UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# D. Ioannis || Slotani || Geffensis, Sacrae || Theologiae Profes-||soris, De retinenda fide orthodo-||xa & catholica aduersus hæ-||reses & sectas, & præci-||puè Lutherana[m], Li-||bri nouem.||

Slotan, Johann

Coloniae, 1560

VD16 S 6745

urn:nbn:de:hbz:466:1-29875

Visual Library

Th. 1425.

f. IV.
4.

Ex donatione R. D. Sebastiani Scholtzen

D. IOANNIS

# SLOTANI

GEFFENSIS, SACRAE THEOLOGIAE PROFESSORIS, De retinenda fide orthodoxa & catholica aduersus hæreses & sectas, & præcipuè Lutheranã, Libri nouem.

Collegij Societatis Jesu Paderborne. 1598.

EIVSDEM DE VERBI DEI *uirtute, & Ecclesiæ insuperabili potentia Libri* V.

Opus hoc tempore lectu perneceſſarium, & ſecunda hac editione ab autore ſic locupletatũ, vt nouum ferè videri poſsit.

COLONIAE APVD MATERnum Cholinum, *Anno* 1560.

# SERENISSIMIS ET POTENTISSIMIS PRINcipibus, Philippo & Mariæ, Regibus Anglię, Francię, Neapolis, Hierusalem, Hiberniæ, &c. F. Ioannes Slotanus Geffensis, salutẽ in domino precatur sempiternam.

Rom, 8

COnsideranti mihi propositum Dei de salute generis humani, quòd neque mors, neque uita, neque angeli, neque principatus, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neq; profundum, neque creatura alia potuit uel unquã poterit auertere, qnin fieret, & fiat, & futurum sit, quod ipse proposuit & decreuit fieri, expendenti inquam mihi hoc propositum Dei, quemadmodum illius bonitatem, ita satis admirari nequeo, maligni hostis malitiam, qui hoc propositũ Dei semper auertere uoluit & semper auertere contendit adhuc, unde etiam rectè orbis uniuersi seductor sathanas uocatus est,

est,id est aduersarius.Nequicq̃ tamen conatus est dei ꝓpositũ auertere,ac adhuc cõtẽdit. Nã pugnando & repugnando rebellis, non potuit unq̃ nec poterit auertere ꝓpositũ dei quia secundũ apostolũ,quos præsciuit & prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui, eosdẽ & uocauit,iustificauit,& magnificauit ꝑ filium suũ,Deũ & hominẽ Iesum Christũ, ꝑ quẽ oĩa machinamenta aduersarij nequissimi ad nihilũ redacta sunt semꝑ & redigenter adhuc amplius. Egit tamẽ interim diabolus, q̃ deorsum de cælo fluxerat(Etenim diabolus deorsum fluens interpretatur,unde dominus ait: Videbam Luc.10
Satanã sicut fulgur de cælo cadentẽ)indefessè, ut ꝓpositũ dei auerteret Nã serpentẽ ingressus, primũ decepit hominẽ, ꝓpter qd̃ meritò serpens antiquus uocatur. Egit enim ille hostis Dei,ut nõ recipet hõ præceptũ dei,ut sibi potius q̃ deo fieret homo similis. Credidit mulier magis diabolo q̃ deo,magis serpenti q̃ creatori,& ambo comederunt,scilicet mulier & uir. Itaque ei facti sunt similes, cui crediderunt,q̃ simile pc̃tũm admiserunt. Propter quod namq; pc̃tũm,ille cecidit de cœlo,nisi q̃ dixit: Ascẽdam in cælũ,& ero similis altissimo? Quid aũt aliud in præuaricatione,illis præsumere ꝑsuasit dicen-

fit dicendo: Comedite, & eritis ſicut dij? Ho-
Iſa.14. mine ita ſeduſto, deinceps pgreſſu tẽporis p fal
laciã, uniuerſum orbẽ circũuenit, atq; ad idolo
latriã induxit. Quod ubi effeciſſet, fallaci cir-
cũuentione nõ cõtentus, ex ſerpente antiquo,
factus eſt draco magnus, quãdo q antiquitus ſe
ducere p fallaciã cõſueuerat uniuerſum orbẽ,
addidit cũ fallacia uim quoq;, q reges & prin
cipes ac ſupbos hoïes inſtigauit ad pſequendũ
& occidẽdũ electos, ppter cultũ & uerbũ dei.
Præter innumeros quos draco hic, p ſuos ſatel-
lites deuorare uiſus eſt (nã reuera nõ deuora-
uit, qa licet occiderẽt corpora, animã tamẽ nõ
potuerunt) etiam ad hoc ſtabat, ad hoc inhia-
bat, ut Chriſtus quoque moreretur, quod pu-
tabat eſſe deuorationem eius. Putabat enim
quod per mortem poſſet eum deuorare, id eſt,
conſilium uel propoſitum Dei annihilare, ut
ſcilicet non fieret quod prædictũ fuerat: Et ip
ſe erit expectatio gentium, & in ipſo benedi-
centur omnes gentes. Sed uerè illuſus eſt, &
fruſtrata eſt eũ ſpes eius, quia nequaquam mo-
riendo Chriſtus deuorandus erat, aut deuora-
Gen. 47 tus eſt, imò per mortem eius effectum eſt,
Gen. 22. nec niſi per illam mortem fieri oportebat, ut
iret in diſperſionem gentium & per ſuos diſci
pulos

pulos doceret gentes, & traheret omnia ad se, & granum frumenti, quod in terra proiectum fuerat mortuum, multum fructum adferat. Cũ itaque apostoli & quotquot erant apostolicæ participes gratiæ pleni gratia & fortitudine, pleni fide & spiritu sapientiæ armati, armis uirtutum cœlestium instructi omnimoda operatione uirtutum in nomine Christi dæmonia eijciebant, serpentes tollebant, super ægros manus imponebant & bene habebant, mortuos quoque suscitabant, & cætera signa faciebãt, quæcunque necessaria uel idonea uiderentur, ad sermõis cõfrmationẽ, eũtes in mũdũ uniuersum et prædicãtes Euãgeliũ oĩ creaturæ, breui tẽpore factũ ẽ, ut draco ille diabolus (q̃ sup̃ illos regnabat, q̃ ei diuinos honores, quos tanq̃ sup̃bissimꝰ exigebat, exhibebãt) depulsus sit ab aris, p̃tractꝰ ex delubris, expulsus à simulachris gẽtiũ, et q̃ prius totius mũdi malè pacatũ tenebat imp̃ium, à fortiore uinceretur, prædaq̃; oĩ ac spolijs uniuersis amissis, armis exueretur. Quapropter ferocior ac crudelior factus, legibus regum, decretis imperatorum, furore gentilium, & sæuis manibus carnificum, propositum Dei auertere uoluit, sed non potuit. Nam nullum ex eis retinere potuerunt, qui

an 8. Ioann. 12

Marc. vlt.

Luc. 11.

ad uitã præordinati fuerant æternã, quin potius Eccleſia pſecutionibus ſemper aucta eſt, & glorioſior effecta. Quamuis enim corpora illorũ occiderẽt, pſuaſi à dæmonibus reges, & pontifices, reges impij, pontifices mortuorum mortui, quãuis pro dæmonijs, ne dicã, ſuis dijs æmulantes, pœnis innumerabilibus corpora diſperderent, animas tamẽ Chriſti lædere nõ potuerunt, neque draconẽ & malignos ſpiritus iuuare, quin cultu quaſi diuinæ religiõis amitterent. Quod tunc impletum uel maximè eſt, quando (ut Lactantius ait) Conſtantinus imperator maximus, primus Romanorũ principum, repudiatis erroribus, maieſtatem dei ſingularis ac ueri, & cognouit & honorauit. Nã cũ ille dies feliciſsimus, orbi terrarum illuxiſſet, quo illũ deus ſummus, ad beatũ imperij culmen euexit, ſalutarẽ uniuerſis & optabilem principatum, præclaro initio auſpicatus eſt, cum euerſam ſublatamq; iuſticiã reducens, teterrimum aliorũ facinus expiauit. Nam (ut libro primo cap. nono hiſtoriæ Tripartit. refert Socrates) Conſtantinus edictis publicis uſus eſt, ut ſubiecti impauidè religionẽ colerent Chriſti, & diligenter diuinitati miniſtrarent, & infirma eſſe ſanciuit, quæ contra religionem fuerant co-

Conſtantini magni pietas.

gitata

gitata uel gesta sub persecutoribus Ecclesiarũ remissionemq; cunctos habere decreuit, qui propter confessionem Christi, migrare in insulas aut alibi præter uoluntatem propriã cõmorari iussi sunt, aut in metallis affligi, aut publicis operibus aut mulierib. aut lanificijs ministrare, aut dari curijs, cum curiales primitus non fuissent. Christiani uerò tunc omnes Romanorum dignitates administrabant, & de cætero cunctis sacrificare negabatur, immolationibusq; aut diuinationibus, non erat locus, sed nec idola dedicare, aut celebritates Paganas agere iam licebat. Plura uerò etiam per ciuitates gentium, de antiqua consuetudine mutabantur. Sanctæ uerò domus, q̃ quidẽ magnitudinẽ uidebãtur habere sufficientẽ, corrigebãtur, aliæ uerò cremẽto altitudinis et latitudinis augebantur. Alibi aũt, cum non essent, à fundamentis ædificatæ fulgebant. Pecunias uerò ex regijs thesauris imperator affluentius impendebat, scribens per singulas ciuitates Episcopis, atque præsidibus populorum, ut sacerdotes sicuti uellent iuberent, isti autẽ iubentibus obedirẽt, quatenus citò perficeretur opus. Lætanti siquidẽ eius imperio, etiã religio ualde florebat. Nã & Constantinus in oĩbus honora

bat religionem,& erat etiam per ſemetipſam glorioſa propter uirtutem plurimorum, tunc in ea pollentium. Itaque cernens diabolus conatus ſuos quos ad auertendum uel impediendum propoſitum Dei adhibuerat, irritos fuiſſe & inanes,& uidens paganorũ errore fuiſſe ſe nudatum,captáq; uaria eius machinamenta, alias excogitat artes,alia conſilia,aliásq; excogitat uias quibus propoſitum Dei auerteret. Ergo iam non apertum contra Deum & ſaluatorem noſtrum excitabat bellum,ſed uiros inueniens Chriſtianos quidem ſe uocabulo profitẽtes, ſed amore honoris & uanæ gloriæ ſeductos ad ſeruitutis organum eos ſuæ machinationis habuit,per quos plurimos ſeduxit. Mutauit ergo perſequutionis modũ,& aliter perſequi cœpit Eccleſiam, quam eatenus perſequutus fuerat. Nam totam ſuæ malignitatis abundantiam per hos conuertit,ad ſcripturarum ueritatem corrumpendam, & dogmata adinuenerunt diabolo ſuggerente hæretica, per quorum tergiuerſationes corrumperetur fides eccleſiaſtica. Tale inſtrumentum diaboli Arrius hæreſiarcha notißimus extitit, qui quaſi os ſerpentis antiqui fuit, per quod peßimæ hæreſeos dogma euomuit. Tales & reliqui

liqui post eum hæretici fuere, per quos abundã tiam iniquitatis sue pfudit, ut fideles traheret à fide in perfidiã, à ueritate in mendaciũ, à luce in tenebras, à uita in mortem, ab altitudine in pfundum, à cælo in infernũ. Porrò ut multitudinem hæreticorum, qui doctrinas demoniorum docuerunt, omittamus, unicũ Ioannẽ Vuicleph in medium pferamus, & liquido patebit, quõ p hunc & eius impiam doctrinã, illiusq; sectatores, nõ solùm inclitũ regnũ Angliæ, sed etiam Bohemiæ, & germaniã uniuersam, imò totã pene Europã, turbauerit & diuexauerit sed & lacerauerit, ut ppositũ Dei auerteret de salute fidelium Christi. Hic siquidẽ Ioannes Vuicleph natione Anglus quũ esset sacerdos & in artibus magister, nec nõ acrimonia ingenij, ac eloquentia (quantum) illius æui sterilitas patiebatur) polleret, multa uolumina cõscripsit, quibus catholicam Ecclesiã pturbauit plurimum atq; diuexauit. Nam multa in illis passim impia dogmata miscuit, de iure diuino & humano, de Ecclesia, de manachis, cæremonijs, decimis, obedientia, deq; multis alijs. Et quidem ipse Vuicleph, non ita multum profecit in Anglia, neque hæresis illius aut multum uiguit, aut præualuit ibidem, sed post mortem

Hæretici instrumenta diaboli.

Ioannes Vuicleph hæresiarcha.

Hæresis ex Anglia in Bohemiã, ex Bohemia in Germaniam & ex Germania quomodo denuo sit in Angliã deuecta.

cius pestifera Hußitarũ secta inde exorta est, uiresq; sumpsit in Bohemia. Mortuo nãque Ioanne Vuicleph ac sepulto, nequaquã tamẽ uirulenta illius dogmata, una cum autore sepulta fuere, sed pestiferi eius libri, lætali ueneno permixti, impunè seruabantur ac legebantur, neque satis diligenti inquisitione exterminati sunt. Vnde factũ est, ut post mortẽ ipsius, libri eius hac occasione Pragã sint deducti, quẽadmodũ Aeneas Siluius in hist. Bohemorũ ca. 35. & Albertus Krãtz in Vuandalia sua li. 10. ca. 2. scriptum reliquerunt. Nam uir quidam nobilis genere ex Bohemis oriundus ex domo (quam putridi piscis) uocãt, Oxouiæ incubuit literis, ibiq; cum Ioannis Vuiclephi lib. offendisset, quibus de realibus uniuersalibus titulus inscribit, magnopere illis oblectatus, exemplaria secum attulit. Inter quæ de ciuili, de iure diuino, de Ecclesia, de diuersis quæstionibus, cõtra clerũ pleraq; uolumina, ueluti precioſum thesaurũ, patriæ suæ Pragæ uidelicet intulit, & amicis solis cõmunem fecit. Imbutus iam ipse Vuiclephitarum ueneno, & ad nocendum paratus, tũq; erat familiæ suæ cognomen, putridum piscẽ, .i. fœtidũ uirus, in ciues suos euomuit. Commodauit dũt scripta quæ attulerat, his potißimè,

qui

qui Teutonicorum odio tenebantur. Porrò Carolus Bohemorum rex undecimus, qui & poste a Romanorum impator factus, Carolus quartus dictus est, uir magnorum operum, qui regnum Bohemiæ, tum religionis cultu tum legũ ac bonorum morum disciplina illustrauit, etiã scholam liberalium artium in Praga erexit, quam Teutones rexerunt, usque ad ortũ Hußitarum. In hoc itaque gymnasio, cum Teutonici doĩarentur, ac Bohemis, natura ferocibus atque indomitis, prævalere uiderẽtur, indoluere uehementer Bohemi, q̃ ab aduenis autoritate, in sua superarentur urbe. Nacti itaque Vuiclephi li. ex illis sumentes p̃fidiæ suæ argumenta, Teutones quotidiæ magis ac magis fatigarunt. Cæterum inter eos, qui Teutonicorũ odio tenebantur, Ioannes quidam eminuit emicuitq; obscuro loco natus, ex uilla Hus, q̃ anserẽ significat, cognomentũ mutuatus. Hic cũ esset ingenio p̃acri, & lingua diserta, multũq; dialecticis oblectaretur, & peregrinas opiniones amaret, auidè admodum Vuiclephitarum doctrinã arripuit, eaq; Teutonicos uexare magistros cœpit, sperans eo modo, confusos Teutones, scholas relicturos. Quid multa? Adeò prævaluit illa pestis, ut innumeræ clades, damna ingentia, urbi

Carolus quartus.

um

um, monasteriorum, templorum expugnationes euersiones, excisiones, & depopulationes ex illa ortæ sint, adeò malè habuit Diabolum, quòd propositum Dei adimpleretur. Vnde quiescere nõ ualens, per os Ioannis Hus & aliorum hæreticorum prius serpẽtis in morem uenenum infudit, deinde per sæuitiam & tyrannidẽ pſecutionis, factus est catholicis & Orthodoxis draco. Nam Ioanne Hus ob perfidiã & ptinaciam exusto, conuenientes in unũ hæretici in Bohemia, primò apud Schlauoniã, nobile monasterium fratrũ prædicatorum extra mænia oppidi situm, à fundamẽtis deijciũt, deinde ecclesias plurimas deiecerunt, monaste ria incenderunt. Deinde duce Ioanne Zischa, in ecclesias, quæ restabant, impetum fecerunt, simulachra sanctorum & imagines magni Dei perfregerunt, multaq; fidelium loca expugnauerunt & diripuerunt, inter quæ Pragatini præpositi Vissegradẽsis oppidum dirupuerũt, in quo uiros ac mulieres, cum pueris & infantibus, cunctosq; loci sacerdotes, in ecclesia con cluſos, immisso igne combusserunt. Comitauiã non parui nominis oppidum, ui cæperũt, & po pulares cum sacerodtibus, in ædibus ligneis incluſos, frustra ueniã petentes, exusserunt. De-

inde

inde ubi multis alijs uictorijs elati essent, magis ac magis in ecclesias desæuierunt, nec iam amplius ullã pati, aut statuam sanctorũ aut picturam poterant, nec tolerandũ esse putabãt, qui prisco more sacerdotalibus indutus uestibus, rẽ diuinã conficeret, Plurimi eorum, quotiens sacerdotes nostros interceperẽt, aut igne cremauerunt, aut nudos rigente hyeme super glaciem colligatos dimisere. Quos parui momẽti existimarũt, defectis uirilibus, abire pmiserũt. Quid plura? Nõ est prouincia quæ tẽpore illo, plures Christi martyres, q̃ Bohemia, pduxerat. Inter quos equitẽ fuisse nõ est ambiguũ, nobilibus parentibus ortũ, quẽ captum ab Hußitis, admotum ignibus, pedes primũ, deinde tibias, mox genua coxasq;, postremò reliquas corporis partes, exuri passum, q̃ illorũ insaniæ cõsentiret. Ecce ut astutißimus serpẽs, in teterrimum & sæuißimũ draconẽ uersus est Orthodoxis & catholicis, p impbam importunitatem, & grauißimã hæreticorũ pſequutionem. Porrò in sola Bohemia pestis illa non substitit, sed & uicinas regiones inuasit, & Germaniã pene omnẽ cõturbauit, neq; adhuc extincta regni Bohemici nõ aſpnẽdã occupat partẽ. Hãc insaniã ac execrandam hæresim nostra tempestate Martin⁹

Luthe-

Lutherus in Saxonia primùm resuscitauit, & p pestilentes libros quos ædidit, & per sectatores suos, quos seduxit, longè pestilentiorẽ reddidit. Vnde factũ est, ut breui temporis spatio uniuersam inuaserit Germaniam, eamq; infecerit, ut una cũ secta, p pace tumult⁹, seditiones, rebelliones, intestina & externa bella, pro rerũ abundantia, oĩm rerum penuriam sterilitatem aut certè mirã annonæ caritatem & illam continuam, recepit, misera afflicta & attrita Germania. Taceo nunc quorundam irruptiones, depopulationes ac deuastationes annis his proximis factas, quæ omnem penè barbarorũ immanitatem excesserũt. Nã monasteria & Ecclesias diripuerũt, quædã collegia & monasteria incenderũt, uasa sacra abstulerũt, & sacramenta sacrosancta in terram deiecerunt, malaq; non dicenda admiserũt. Verùm ista missa faciamus, & q, conamur ostendere prosequamur. Itaque operãte satana ad auertendum ppositũ dei, nõ cõtentus infecisse Germaniam, occasionem nactus, denuo irrepsit in Angliam, & per suos ministros, pcurauit, ut hæresis hæc unde originem traxerat, & orta erat, reuerteretur, hoc est, ut rediret ad Angliam, unde (quẽadmodũ demonstrauimus) fuerat exorta, suscitante eam impio

Germanorum quorundam irruptiones.

Vuicle-

Vuiclepho. Sed nõ est passus clemẽtißimus deus, nobile illud regnũ diutius in erroribus & hæresibus ꝑmanere, quin potius sublatis è medio ijs, quorũ nutu hæreses impunè spargebantur, uos generosißimos & potentißimos reges in regni solio & collocauit, & uniuit, ꝑ quos & aliorũ scelera expiaret, hæreses exterminaret, hæreticos & catholicæ ecclesiæ aduersarios ꝑfligaret, ꝑscriberetq;, catholicos exules reuocaret, religionẽ neglectã reduceret, monasteria templaq; erigeret, & ante omnia regnum Angliæ, ecclesiæ catholicæ unde ad tẽpus malè diuisum fuit denuo uniret. Vtinã ꝑ diuinã clemẽtiam Germania nostra ex dispari impietate ad hũc cõsensum ac fidei unitatẽ redigi posset, & liberari à speudodoctoribus, qui contraria dogmatum semination plebẽ seducũt. Nunquam enim pax aut tranquillitas speranda erit ulla, quamdiu illis libertas prædicandi, docendi, ac scribendi fuerit ꝑmissa. Nam per hos tanquam idoneos ministros suos, semper diabolus ꝑpositum dei de salute hoĩm conatur auertere ac impedire. Sed omißis illis, ad uos serenißimos & Christianißimos reges me conuerto, & dũ uirtutẽ uestram, animorũ uestrorum magnitudinẽ & constantiam intueor, nescio quibus laudib⁹

& præconijs uos prosequar. Adeò enim præclara sunt facta uestra, adeò laudabilia, ut uel æternis præconijs condignè & sufficiẽter nequeant celebrari, sed & in perpetuum ab omnibus catholicis & pijs hominibus, pijßimi & prudentißimi conatus uestri, (quibus contenditis regnum uestrum prænobile, ad pristinam & ueram Ecclesiæ Catholicæ fidem & obedientiam reducere, quemadmodum & feciſtis, maximo catholicorũ omnium applauſu) cùm magno gaudio celebrabuntur. Vt enim diabolus, per ſuos miniſtros, inclitum regnum uestrum, hæresibus & erroribus conſpurcauit, ita clementißimus Deus (qui uult omnes hoĩes ſaluos fieri, & ad agnitionem ueritatis peruenire) per uos tanq̃ per miniſtros & executores iuſtitiæ ſuæ ipſum indies magis magiſq; expurgat. Planè exhibetis nobis Ioſiam quendam, de quo ſacra ſcriptura refert, q̃ fecit quod rectum erat in conſpectu domini, & ambulauit in uijs Dauid patris ſui, & non declinauit neq; ad dexterã, neque ad ſiniſtram. Octauo aũt anno regni ſui, cũ adhuc eſſet puer cæpit quærere dñm deum patris ſui Dauid, & duodecimo anno poſtq̃ regnare cæperat, mũdauit Iudam & Hieruſalem, ab excelſis & lucis ſimulachriſque & ſculptilib⁹.

Deſtru

Destruxeruntq; coram eo aras Baalim, & simulachra quæ superpositæ fuerant demoliti sunt. Lucos etiam & sculptilia succidit atque comminuit, & super tumulos, eorum, qui eijs immolare consueuerant, fragmẽta dispersit. Ossa præterea sacerdotum cõbussit in altaribus idolorũ, mundauitq; Iudã & Hierusalẽ. Sed & in urbibus Manasse & Effraim & Simeon usque Neptalim cũcta subuertit. Quappter rectè de eo in Ecclesiastico scribitur: Memoria Iosiæ in cõpositione odoris. facta opus pigmentarij. In omni ore quasi mel indulcabit eius memoria, & ut musica in conuiuio uini. Ipse est directus diuinitus in pœnitentia gentis, & tulit abominationes impietatis. Et gubernauit ad dominũ cor ipsius, & in diebus peccatorum, corroborauit pietatem. Et uos quidem non anno duodecimo postquam regnare cœpistis, sed mox ab initio postquam regnũ Angliæ adepti estis, animũ adiecistis ad expurgandũ regnũ uestrum ab hæreseos labe, & à schismatis diuisione ac sectione, item ab hæreticis & sciſmaticis omnibus, non minus regna Christianorum polluentibus, quàm olim regnum Hebræorũ fœdabant ac cõspurcabant, impij ac sacrilegi idololatræ ac diuini: Nec uanus aut irrit⁹ conatus uester fuit, Eccles 49.

ſed domino(cuius inſtinctu facinus tam præcla rum aggreßi eſtis,in quo & perſeueratis) con fortante,& fiduciam largiente,& robur ſup- peditante,conatus optimos,ad effectum perdu xiſtis meliorem.Hoc enim etiam uos ipſi inge- nuè agnoſcitis,quãdo nouam monetam ueſtrã, quam excudi feciſtis,eiuſcemodi ſuperſcripti one inſigniri curaſtis:Poſuimus deũ adiutoriũ noſtrorũ.Quappter uobis & regno ueſtro cõ- gaudent ac cõgratulãtur pij uniuerſi, princi- pes & reges muneribus cõgratulatorijs uos ho norant,& benè precantur uobis oẽs,quotquot benè ſentiũt de religione Chriſtiana,ac ſanis ec cleſiæ dogmatibus benè affecti ſunt,& pro fœ lici pgreſſu conatuũ ueſtrorũ,ne aut tumulti- bus aut alijs quibuſcunque diabolicarũ inſidia rum machinamẽtis impediãtur aut auertãtur, aßiduè deũ interpellant,ut q̃ cæpit in uobis, p ficiat uſque in diẽ domini noſtri Ieſu Chriſti.A mẽ.Cæterùm quoniam & ego,licet oĩm mini- mus Chriſtianꝰ,Catholicus,& eſſe & dici ſem per optaui,ac uotis oĩbus deſideraui,& perma nere cupio in æternum,dici non poteſt,quanta uoluptate & lætitia, quantoq̃; gaudio fuerim affectus,& afficiar cõtinuo, hæc de uobis au- diens & de præclaro regno ueſtro,ad cuius re-

ſtaura-

ſtaurationẽ diuino munere reſeruati eſſe uidemini. Quapropter æquũ erat ut etiã munerib⁹ meis cõcurrerẽ, & uobis hãc pſperitatẽ & fœlicitatẽ perpetuã precarer, & aliquo ſaltẽ indicio declararẽ animum meũ quem habeo propenſiſſimum erga. D. V. illuſtriſſimas & ſereniſſimas. Itaque nominibus ueſtris O generoſiſſimi & potentiſſimi reges, hoſce noſtros qualeſcũque libros, quos de retinenda fide catholica & Orthodoxa aduerſus hæreſes & ſectas & præcipuè aduerſus Lutheranam hæreſim, ante aliquot annos cõſcripſim⁹, nũcupamus, atq; ſub auſpicio & præſidio nominũ ueſtrorũ in lucẽ emittimus, ſimplicioribus quibuſque catholicis hiſce noſtris libris conſulẽtes, ne ab Orthodoxa fide & catholica, uanis hæreticorũ perſuaſionibus permoti, deficiant ad aduerſarios. Et fortaſſe illi qui decepti ſunt, p lectiõem horum librorum noſtrorum non reuocabuntur ad ſaniorem ſentertiam ac mentem, ſaltem illos precor ut confirment ac corroborent, ad perſeuerandum in Eccleſiæ caſtris, qui fidei ueritatem inconcuſſis eccleſiaſticæ diſciplinæ regulis ſemp inuiolabiliter tenuerũt, aut eos qui nutabundi oberrant, ambigẽtes utri parti cõſentire uelint ac adhærere Deus Opt. Max. uos in lõgã

*etatem semper conseruet incolumes, ad illius gloriam sempiternam, uestram salutem, & ecclesiæ sanctæ ptectionem, consolationem & pacem, & exiguum hoc munus congratulatoriũ boni consulite.* COLONIAE Agrippinæ, *ipso die sancti Ambrosij* Episcopi *doctoris & confessoris, anno salutis* 1555. 4. *Aprilis.*

## Chrysostomus in sermone quodam aduersus hæreticos.

*EST lapis quidam (quem chrysaconion uocant) quo probatur aurum adulteriũ & nothum, si illi atteratur, ostenditurq; purum & immixtum, incorruptumq; numisma. Hunc indicem ego fidelissimorum hominum cor dixerim. Nam ut qui de fide rationes* Orthodoxorum *& aduersariorum accipiunt, & in gnomone cordis quasi atterunt & probant, inueniunt fidem* Orthodoxorum *synceram & puram, prauamq; aliud sentientium opinionem & fidem esse adulterinam. Verùm ne uidear à scripturis aberrare, tali parabola utens, audi apostolum nos admonentem & consulentem:* Estote probi nummularij. *Et quia eloquia* Domini *auro ignito & probato conferuntur, Dauid inquit:* Eloquia Domini *casta, argentum ignitum probatum terræ.*

Psal. 11.

Esaiæ

Esaias quoque quum considerasset apud Iudæ- Esai.1.
os diuinæ legis eloquium uitiatum sicut argen
tum,& diuinam doctrinam humanæ malitiæ
lenocinio adulteratam,dicit eis: Argentũ ue-
strum reprobum, caupones uestri miscent ui-
num aqua.Proinde dilecti, quum in promptu
habeatis & uos gnomonem & indicem cor-
dis,cùm nostras, tum aduersariorum rationes
accipite,nihil ad cuiusquam gratiam facien-
tes,sed in ueritate ambulantes,& quorum ra-
tiones solidas probaueritis,eas in cordibus ue-
stris solidas seruate.Hoc autem dico non omni-
bus,sed his qui adhuc in fide claudicãt,& hæ-
sitant.Nam qui stabiles & immutabiles in fi-
de,anchoram confessionis, triplci funiculo u-
nitam,in profundum mentis suæ proiecerunt,
etiam absque his inconcussam & immotã cor
dis sui scapham in fide custodiũt.Nunc non est
nobis certamen aduersus carnem & sanguinẽ, Ephe.6.
sed contra principatus,contra potestates, con
tramundi dominos, rectores tenebrarũ harũ,
cõtra spirituales uersutias incœlestibus.A qui
bus excitati hostes fidei,blasphemos sermones
ex gutture,quasi sagitas è pharetra depromp-
tos,in ublime deitatis iaculantur,&c.

# CATALOGVS LIBRORUM, quos F. Ioannes Slotanus Geſſenſis, Prior ordinis fratrum Prædicatorum in Colonia, doctor & iuquiſitor apoſtolicus conſcripſit, ita ſe habet:

SCripſit De retinenda fide orthodoxa & catholica, aduerſus hæreſes, & ſectas, & præcipuè Lutheranam lib. IX.

De verbi Dei virtute, & Eccleſiæ inſuperabili potẽtia lib. V. Hos libros iam prænominatos, anno 1560. ipſe recognouit, correxit & auxit, & ſecundò excudi fecit.

Confutationem apologiæ Iuſti vel Iudoci Velſij Hagani.

Diſputationum aduerſus hæreticos lib. I. In quo ſub propugnatione articulorum Velſio Coloniæ propoſitorum, omnes fermè huius ſæculi controuerſiæ diſcutiuntur, vtpote, De Eccleſia. De primatu Petri, & Eccleſiæ Roma-

manæ. De œcumenicorum Conciliorum autoritate. De veritate corporis & sanguinis Christi in Eucharistia. De transsubstantiatione panis & vini, in corpus & sanguinem domini. De durabili præsentia corporis Christi in Eucharistiæ sacramento. De veneratione & adoratione Christi in sacramento Eucharistiæ. De communione alterius speciei. De sacrificio missæ. De Ecclesiæ septem sacramentis. De veneratione & inuocatione sanctorum. De purgatorio. De templorum ædificatione, & vtilitate cæremoniarum. Item de baptismo paruulorum Tract. I.

Scripsit quoque Homiliarum libros III. de præcipuis mysterijs diuinæ incarnationis, & humanæ redemptionis ac salutis.

In epistolas & euangelia, quæ in festiuitatibus glorioſisſimæ virginis Mariæ, ab Eccleſia legũtur Homil. lib. II.

De laudibus beatisſimæ virginis Mariæ Homil. I.

In epistolas & euangelia, quę leguntur in festiuitatibus sanctorum Homil.

lib.

lib.IIII. In epistolas et euangelia, quæ secundis ferijs per quadragesimam, in ecclesia legi consueuerũt, Homil. lib. I.

De octo beatitudinibus sermones XIIII. In psalmum XC. Homil. IX.

In psalmum CXVIII. Tract. XLI.

De oratione lib. I.

De nationibus barbaris conuertendis ad Christum, dialogum I.

Et aliquot etiam orationes latinè habitas.

Collegit quoque et digessit in ordinem ex commentarijs S. Thomæ Aquinatis Postillas in epistolas et Euangelia dominicalia per totum annum

Item in epistolas ac euangelia, de sanctis, et communi sanctorum, ex eiusdem celeberrimi doctoris commentarijs

# F. IOANNIS SLOTANI GEFFENSIS SACRAE THEOLOGIAE PROFESSORIS De retinenda fide orthodoxa & Catholica aduersus hæreses & sectas

## LIBER PRIMVS.

### *Dialogus.*

Interloquutores, Orthodoxus & Cacodoxus.

### CAPVT PRIMVM.



ACOD. Quousque Orthodoxe vanissime perstabis in semel malefixa sententia? Quandiu Papisticis nugis adhærebis? Quando veritatis lumen errore depositio agnosces atque amplecteris? Satis iã diu veritati reluctatus es. Satis iã multis argumentis pertinaciam demonstrasti tuam. Cede vel tandem veritati, per-

tinaciam pone & Euangelicum lumen (quod hactenus quidem vel obfuſcatũ vel ignoratum fuit)obuijs (quod aiũt) vlnis excipe,Euangelicam & apoſtolicam doctrinam (quæ ſingulari diuinæ bonitatis dignatione iã vniuerſo inuehit mũdo)arripe, nec te patiaris errorũ tenebris diutius detineri. ORTHOD. Quam nouam lucem ego hic audio? quodnam nouum Euangelium? Vel quamnam Euangelicã & apoſtolicam doctrinam?Num Catholica & Apoſtolica Eccleſia, vnquã caruit Euangelio? An vnquam ei defuiſſe credẽda eſt Catholica & Apoſtolica doctrina? Nũ poteſt eſſe aliud Euãgelium, præter illud quod accepimus à Chriſto, Apoſtolis & Euangeliſtis?An poteſt eſſe alia doctrina,præter Catholicam & Apoſtolicam quæ latere potuit Eccleſiam ab initio ſui vſque ad hæc noſtra tempora? Cedo Cacodoxe quænam iſthæc eſt nouа illuminatio,quod Euangeliũ, quod tantopere prædicas, ad quod ſuſcipiendum me hortaris,vt pertinacia depoſita, veram Euangelij lucem amplectar?

Ego

Ego(vt ingenè fatear quod ſentio)nullum aliud agnoſco Euangelium, nullã aliam recipio doctrinã, quàm iam ſcio agnouiſſe patres maioresque noſtros, qui hoc Euangelium, qui hanc doctrinam(quam ego ſequor, & cui ĩhæreo, cuique inhęrebo & adhærebo, quoad vixero)à ſuis quoque maioribus accepêre,& illi deinceps à ſuis,donec tandẽ ad Apoſtolos veniamus, qui hanc doctrinam à Chriſto,& Chriſtus à Deo accepit.Præter hanc doctrinam,omnis alia mihi anathema eſt,& tanquam peregrinam & hæreticam abominor.

## CAPVT II.

CAcodoxus. Audiſtíne vnquam Martini Lutheri nomen?nunquã legiſti libros eius?nondum cognita atq; perſpecta eſt tibi eius doctrina, quã iam tota ferme Germania, atq; aliæ plurimæ non contemnendæ prouinciæ, ſequuntur atq; mordicus tenent? neque dubito futurũ,quin breui pòſt hac vniuerſus Chriſtianus ſit acceptur⁹ orbis, maximè vbi intelligere ac ſubodorari

cœperit, quàm miserè sint hactenus homines per sacerdotes & monachos papisticos decepti, quorũ impostúras Martinus Luther adeò iam denudauit atq; planè detexit, vt iam nemo sit, qui seduci possit, modò illius doctrinam sequi, eiusq; libros euoluere curauerit. OR. Martinum Lutherum hæresiarcham illum mihi nominas, quem iam ferunt, isto anno nimirum 1546. mortuũ? CA. Ille tibi hęresiarcha videtur, qui tam purè docuit Euangelium, qui tam syncerè prædicauit verbum Dei? qui tam bene de nostra Germania meritus est? qui nos in pristinam illam libertatem restituit? OR. Desine obsecro eius apud me falsa encomia celebrare, noli quæso puritatem synceritatemq; doctrinæ illius apud me sublimibus laudibus extollere, apud quem nihil sis omnino promoturus, quippe qui sciam eum hæreses plurimas tanquam hæresiarcham in populum sparsisse, & eius doctrinam plurimos alios hæreticos peperisse, & non dubitem etiam vel ob id hæreticum habendum, quod eum Ec-

Mart Lutherus nõ solum hæreticus, sed & hæresiarcha fuit.

clesiæ

cleſiæ caput Romanus Pontifex, & omnes Chriſtianorum Academiæ, & denique vniuerſus Chriſtianus orbis hæretici loco habeat. Quid quod ipſe ſemetipſum hæreticum declarauit. Quod vt certius cognoſcas, vide quid in aſſertione articulorum ſuorum per Bullam Leonis decimi damnatorum ſcripſerit. Si Ioannes Hus, inquit, fuit hæreticus, ego plus decies hæreticus ſum, quum ille longè minora & pauciora dixerit, velut inchoans lucem veritatis aperire. Hæc ille tuus Luther. Sed iam nemini Catholicorum dubiũ eſſe poteſt, quin Hus hæreticus fuerit, qui potius ignẽ pati voluit, quàm tot eximios patres in Concilio Conſtantienſi (in quo viri totius Chriſtianitatis, tam eruditione q̃ morum probitate ſpectatiſsimi fuerũt) audire, propriæ ſententiæ contra Eccleſiam nimis quàm pertinaciter adhæſit, ac proinde manifeſtarium cunctis hæreticum ſe fuiſſe prodidit. Porrò cum Dominus dicat, ex verbis ſuis aut ore ſuo quemq; iudicandum ac condemnãdum, & itidem ex verbis ſuis iuſtifican

Luther. ſe metipſum hæreticũ declarauit

Luc. 19

dum, & Luther dicat se decies plus Ioanne Hus hæreticum esse, quis negabit eum inter hæreticos numerandum? Et certè si Lutherus hæreticus non est, nemo vnquam hæreticus fuit. Nam aduersus omnium Orthodoxorum patrũ sententiam, statuere sua dogmata semper molitus est. Et hoc quæso quid aliud est, quàm sectam seu hæresim introducere? Nam hæresis Græcè (vt D. Hieronypo placet) ab electiõe dicitur, quòd scilicet vnusquisque id sibi eligat, q̃ ei melius esse videatur. Quod ante eum Tertulianus in lib. De præscrip. hæret. asseruit, docens hæreses dictas Græca voce, ex interpretatione electionis, qua quis ad instituendas, siue ad suscipiendas eas vtitur. Quum itaque Lutherus diuersum à communi totius Ecclesiæ sensu, quod doceret elegerit, meritò hęreticus censendus est, & sectarum author. Ad hæc. Qui hæreticorum olim damnatorum, sepultas & extinctas reuocat hæreses, quas etiamnum approbat & defendit, nõne tibi non solũ hæreticus, verùm etiã hęreticorum patronus

nus & defensor videbitur? Atqui quum talis fuerit tuus Luther, adhuc obstinatè perges eum negare hæreticum? CA. Quasi tu demonstrare de illo idipsum possis.

## CAPVT III.

ORTHODOX. Ne per omnes discurramus hæreticorum errores, aut potius hæreticos, exempli gratia, vnum aut alterum proferemus in medium. Vvicleuistam siquidem se ostendit, quando cuncta de necessitate prorsus absoluta prouenire, non veritus est asserere. Nouatiannm seipsum declarat, quòd pœnitentiam neget peccatori conducibilem esse priusquam à Deo gratiam gratum facientem acceperit. Nam quum agit peccator, quicquid in se fuerit, nihilominus tamen ipse affirmat eum peccare mortaliter, & deteriorem inde fieri. Manichæum quoque semetipsum demonstrat, quũ asserit liberum arbitrium non posse non peccare, sed insuper Manichæo quouis deteriorem, quũ Deum Opti-

Luther Vuiclnuistam Nouatianum & Manichæum se declarauit

mum Maximum peccati autorem facit, ſimul & liberum arbitrium non aliud opinatur quàm prudentiam carnis, quę ſpiritui & gratiæ ſemper reluctatur. Poſſem innumera propemodum iſtiuſmodi exẽpla proponere, ſi liberet per ſingulos illius errores & hæreſes diſcurrere, ſed iſta ſufficiant. CACOD. Vos quidem multa pro hæreſibus habetis, quę tamen nobis non hæreſes, ſed ſanæ doctrinæ ſunt. Sed eſto, donemus tibi quædam', & ad Ioannem Hus reuertamur. Qua ratione Ioannes Hus hæreticus fuit, quem Lutherus aſſeruit lucem veritatis inchoaſſe? Hæreticos ſcimus immerſos tenebris pluſquam Cymmerijs: ſi ergo hæreticus fuit Hus, quomodo per eum lux veritatis inchoata eſt?

## CAPVT IIII.

Ioannem Hus laudat Lutherus.

ORTHO. Conſiderandum eſt nõnunquam non ſolùm quid dicatur, ſed etiam à quo. Haud rarò nanq; vſu venit, vt quis mente vitiatus, & prava affectione imbutus & præpeditus, dicat bonum malum, & malum bonum, tene-

tenebras lucem, & lucem tenebras, noctem diem, & diem noctem. Quod etiã hoc loco veritatem habere perſpicuum eſt. Aſſeruit ille Ioannem Hus lucem veritatis inchoaſſe. Quiſnam ille? Nónne Martinus Luther, Huſsi filius, diſcipulus, atque errorum hæreſumq́; illius reſuſcitator? Aliter certè loqui de magiſtro ſuo, diſcipulus magiſtro in impietate maior & ſacrilegio potentior, non poterat. Laudat hæreticus hæreticum, ſchiſmaticus ſchiſmaticum, vt ſimiles habeant labra lactucas, & dignum ſit patellæ operculum. Et planè neceſſum eſt vt vanis & falſis laudibus, hæreticorum mala ſoboles, tanquam mali corui malum ouum, prædicet parentes ſuos, & accipiant patres à filijs gloriam, qui gloriam quæ à ſolo Deo eſt, non quęſiuerunt. Nam quia ab Eccleſia (quam reliquerunt, quamq́; inhonorauerunt) gloriam habere nequeunt: adhæc quia Eccleſiam non habent matrem, Deum nõ poſſunt habere patrem, à quo non ſunt glorificandi, ſed perpetuis pœnis (ſi impenitentes hinc emigrauerint) & ignominia

Ioan. 5.

minia ſempiterna afficiendi. Quũ itaq; nec à Deo, nec ab Eccleſia, deſertores Eccleſiæ, & hoſtes, habere laudẽ aut gloriam poſsint, quo plures in perfidia detineantur, aut ad eam pertrahantur, malignos excitat hoĩes diabolus, ꝑ quos ſibi deuotos, mendacijs vanis, & citò intermorituris laudibus prędicet & extollat. Verè, inquit Cyprianus, dementia eſt, nõ cogitare nec ſcire, quòd mendacia non diu fallant, noctẽ tã diu eſſe, q̃diu illuceſcat dies: clarificato aũt die, & ſole oborto, luci tenebras & caliginẽ cedere, & quæ graſſabantur ꝑ noctẽ latrocinia ceſſare. Hęc ille. Laudãtur hę retici, ſed à ſuis, à quibus laudari vituperari eſt. Et nõ eſt ſolida eorũ laus, ſed tranſitoria, & (vt ita dicã) momentanea. Scitũ & celebre eſt fortiſsimi Matathię dictũ, quo filios ſuos iã iã morituros animauit, dicens: A verbis viri peccatoris ne timueritis, q̃a gloria eius ſtercus & vermis eſt. Hodie extollitur, vt cras nõ inueniatur, q̃a conuerſus eſt in terrã ſuã, & cogitatio eius perijt. Et Sophar Naamathites apud Iob ait: Hoc ſcio à prin-

Mendacia nõ diu fallunt. lib. 1. epiſt. 3.

Hæreticorum laus non eſt ſolida.

Iob. 20

principio, ex quo positus est homo super terrã, q̃ laus impiorum breuis sit & gaudium hypocritæ ad instar puncti. Si ascenderit vsq; ad cælũ superbia, & caput eius nubes tetigerit, quasi sterquiliniũ in finẽ perdetur, & q̃ eũ viderant, dicent: Vbi est? Velut somnium auolãs non inuenietur, transiet sicut visio nocturna. Rectè quoq; Psalmista: Ad nihilum, inquit, deuenient, tanquam aqua decurrens. Sicut cera quæ fluit, auferẽtur. Vbi Augustinus: Multæ hæreses, inquit, iam emortuę sunt, cucurrerunt in riuis suis quantum potuerunt, decurrerunt, siccati sunt riui, vix eorum memoria reperitur, vel quia fuerint. Spernentur tanquam aqua decurrens. Non vos terreant fratres quidam fluuij qui dicuntur torrentes, hyemalibus aquis implentur, nolite timere, post paululum transijt, decurrit aqua, ad tempus perstrepit, mox cessabit, diu stare non possunt. Hæc ille. Accipient itaque aliquando finem suũ etiam nostri temporis hęretici, quemadmodũ omnes qui fuerunt ante nos, quorũ omnium Psal. 57

psal.9 um memoria perijt cum sonitu. Nonne celeberrimum fuit Arrij nomen seculo suo? Nónne summis laudibus eueheba-

Arrij nomen quondam celeberrimum

tur? Siquidem pro parte eius stabant E-

Lib 3. Tripart. hi, c 10.

piscopi doctissimi, & apud multos dogma eius disputationibus extollebatur. Ipse verò per mediam ciuitatem conspicuus incedens, obsequijs honorabatur satellitum. Sed perijt memoria eius cum strepitu, quia præsumptiones eius Dei iudicia sunt sequuta, eiusque impietas cum strepitu est euersa, quando in loco fœdissimo, visceribus fœdè effusis, fœdam animam reddidit. Manes (vnde Manichęi) in tantam erupit elati

Quomodo perierit. Manes.

onem, vt seipsum non solum Apostolũ Iesu Christi, verùm etiam paracletum

Serm. de Pente.

putauerit & scripserit. Cuius etiam discipuli (vt Leo Papa inquit) vt magnum quendam atque sublimem viderentur sequi autorem, in magistro suo apparuisse spiritum sanctum crediderũt, promissumque à Domino paracletum, non prius venisse, quàm his infelicium decep tor oriretur, in quo ita spiritus sanctus manserit, vt non aliud fuerit Manes ipse quàm

se quam spiritus, quiper ministerium corporeæ vocis & linguæ, discipulos suos in omnem induceret veritatem, & nunquam cognita præteritorum seculorum referaret. Sed perijt memoria eius cum sonitu, quando rex Persarum (vt est videre apud Epiphanium) eum apprehensum, cutem ipsius harundine excoriari iussit, & sic de ipso pœnas sũpsit. Ioannes Hus (autore Aenea Syluio) ingenio peracri & lingua diserta acpotenti, & mundioris vitę opinione clarus, à Bohemis tanquam apostolus aut propheta quispiam suspiciebatur. Sed perijt memoria eius cum fœtore, quando vr contumax, in Concilio Constantiensi, igni traditus est. Quem non multo pòst sequutus est Hieronymus Pragensis. Meruerũt quidem apud Bohemos martyrum honores, nec minores quàm Petrus & Paulus apud Romanos, sed certè apud Bohemos hæreticos & schismaticos, apud eos qui de Ecclesia non sunt, sed potius de synagoga sathanę. Et quid mirum quòd Bohemi hæresiarchis suis, honores martyrum detu-

Ioannis Hus & Hieronymi Pragensis interitus.

Ophitæ

Caini

Lutheriani.

Hæretici hęreticos prædicant

Adolphus Clatenbach Coloniæ exustus.

detulerint, cùm fuerint olim Ophitæ, qui ſerpentem venerati ſunt pro Chriſto: Caini, qui Cain parricidam, & Iudam proditorem, inter præcipuos habueint ſanctos. Nihil enim tam abſurdum, quod non ſine negotio perſuaderi poſsit hominibus à Deo derelictis, & ſpiritus ſancti gratia deſtitutis. Sed vetuſta ſunt illa, magis deplorandũ quod noſtra etiam tempeſtate reperta eſt gẽs acephala, quæ hæreticos in cineré reda ctos, & ob ſcelera atq; turpitudines extremo affectos ſupplicio, inter Martyres collocat, & Apoſtolorum ac Sanctorum feſtiuitatibus reiectis, eis ſacra ſolenmnia conſtituat, hymnoſq; decantet. Hinc hymnus ille (quẽ de duobus hæreticis Anno 1523. prima Iulij Bruxellis concrematis confinxerunt) prodijt. Hinc & ille, quem de Ioanne Hus (ipſi ſanctum nuncupant) in triuijs & compitis, in itinere & diuerſorijs ac inter pocula cantillant. Hinc eſt etiam, quòd Colonienſes apud eos malè audiunt, quia videlicet Adolphum Clarenbach conuictum atque pertinacem

hære-

hęreticum, Vulcano tradiderunt. Hinc illud carmen Chriſtophori Atheſini de fenſoris Martini Buceri apoſtatæ & hæretici, quem malè habuit, quòd impijs magiſtri ſui conatibus, tempeſtiuè obuiam itum fuit. Vnde, Hoſtia, inquit, ſic vobis eſt, quondam factus Adolphꝰ, dum propter Chriſti nomen in igne perit. Quem certè conſtat, non propter nomen Chriſti, ſed propter articulos hæreticos quos recantare noluit, exuſtum eſſe, vt acta illius, etiã ab eius fautoribus atque defenſoribus conſcripta, teſtantur. Sed quorſum iſta, inquies? nimirum vt paucis oſtenderemus, qualis apud poſteritatem hæreticorum noſtri temporis memoria futura ſit, cùm modò talis ſit eorum , qui nos præceſſerunt, ſimul etiam vt doceremus, funeſtos ſemper eſſe exitus obſtinati erroris, maximè, ſi impietati malitia accedat.

## CAPVT. V.

CACO. Dum multis verbis & exemplis oſtendere hęc conaris, interim

Lux veritatis non est per Ioannem Hus inchoata.

terim dissimulare probaris, quia conuellere fortè non potuisti, quod Martinus dixit, Ioannem Hus lucem veritatis inchoasse. OR. Profectò si lux veritatis (quam olim Ecclesia per Christum recepit) ita prorsus euanuit, vt per hãc rimam necesse fuerit reparari, frustra Deus in mundum post tot prophetas, filium suum misit. Sed & filius post apostolos frustra spiritũ sanctum in Ecclesia reliquit: si lux veritatis sic extincta fuit, vt per Ioannem Hus restituenda foret, mirum est, quod nec in huius hominis vita, nec post mortem, Christus vlla pro lucis illius confirmatione, miracula monstrasset. Nam ita facere cõ sueuit, quoties nouam aliquam doctrinæ lucem aperire voluit mundo. Rectius itaque illi conueniet, quod sanctissimus & doctissimus Papa Leo in Manichæum iaculatur, dicens: Non potuit pomissio Domini, tanta per ætatum interualla differri, nec ille spiritus veritatis, quem mundus non accepit impiorum, ita septiformem illam donorum suorum continuit largitatem, vt tot Ecclesi-

In ser. de pœnit.

cleſiæ generationes, ſapientia & intellectu, conſilio & fortitudine, ſcientia & pietate, atque ipſo Dei timore fraudaret, donec prodigioſus turpium mendaciorum ſignifer naſceretur: cui nec hoc quidem tribui poteſt, quod perexiguam diuinæ inſpirationis acceperit portionem, quin & hic de illa mundi extitit parte, quæ non poteſt ſpiritum veritatis accipere. Repletus enim ſpiritu diaboli, ſpiritui reſtitit Chriſti. Pari modo etiam Martini magiſter Ioannes Hus, lucem veritatis inchoare non potuit, quam non habuit aut accepit: fuit enim & ipſe de illa mundi parte, quæ non poteſt ſpiritum veritatis accipere. Nam repletus ſpiritu diaboli, ſpiritui reſtitit Chriſti. Cæterùm quomodo lucem veritatis inchoare poteſt, qui omni lumine tam externo quã interno caruit, quemadmodũ & hæretici omnes? CACO. Quodnam tu nobis lumen internum & externum nuncupas? ORT. Lumen externum appello doctrinam & ſenſum Eccleſiæ, nec non etiam patrum interpretationes. Internum verò,

Lumen internum & externum quid sit, Hæretici carent lumine interno & externo.

spiritus sancti vnctionem, & internam inspirationem illuminationemque. Vtroq; lumine carent, externo quidem, qui sensum & doctrinam Ecclesię non recipiunt, & sanctos Ecclesiæ patres atque doctores, qui scripturas sacras exposuere, itemque traditiones superbè reijciunt. Interno verò, quia carnales homines sunt, & planè animales, & secundum hominem ambulantes. Quamuis enim nullum aliud crimen haberét præter hæresim & apostasiam, operarij tamen carnis sunt, in eo quòd sectarij

Gal. 5.

sunt. Manifesta, inquit Apostolus, sunt opera carnis, quæ sunt, fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixę, dissensiones, sectæ. Adhæc, quomodo internum lumen spiritus sancti perciperét, qui extra Ecclesiam sunt, in qua sola, & non extra eam, accipi potest spiritus sanctus? Ecclesia Catholica, inquit D. Augustinus, sola corpus est Christi, cuius ille caput est saluator corporis sui. Extra hoc corpus, neminem viuificat

Spiritus sanctus in sola recipitur Eccle. sia, Epist 50. ad Bonifacium,

spiritus

ſpiritus ſanctus, quia ſicut ipſe dicit Apoſtolus, Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctũ, qui datus eſt nobis. Non eſt autem particeps diuinæ charitatis, qui hoſtis eſt vnitatis. Non habent itaque ſpiritum ſanctum, qui ſunt extra Eccleſiam. De illis quippe ſcriptum eſt: Qui ſeipſos ſegregant, animales, ſpiritum non habentes. Et iterum: Multo magis iſti, inquit, ſpiritum ſanctum non acceperunt, vbi à corporis compage diuiſi, quod ſolum corpus viuificat ſpiritus ſanctus, extra Eccleſiam, & cõtra Eccleſiam Eccleſiæ ſacramenta tenuerunt, & ciuili bello noſtris contra nos erectis ſignis armisq; pugnauerũt.

Rom. 8. Iudas.

## CAPVT VI.

CACO. Probas quidem eos gratiam ſpiritus ſancti (quam gratũ facientẽ ſiue iuſtificantẽ appellant veſtri) non poſſe extra Eccleſiam accipere, poſſunt tamen gratiam gratis datam: nimirum ſermonem ſapientiæ & ſcientiæ habere, quę ab Apoſtolo 1. Cor 12. inter gratias gratis datas numerantur.

Gratiam gratis datam, ad ſalutem nõ habent hæretici.

rantur, quemadmodum etiam genera linguarum & interpretationem ſermonum, per quæ quidem dona ad notitiam veritatis peruenire poſſunt. ORT. Profectò quicunq; gratia gratum faciente caret, is proculdubio gratiam gratis datam ad ſalutem propriam non habet, quæ quamuis detur ad vtilitatem, non tamen ſemper illius qui poſsidet, ſed potius propter vtilitatem aliorum. Adhæc quiſquis ille eſt, qui gratia gratum faciente priuatus eſt, ac deſtitutus, quum ſit ſicut gubernator in tempeſtate amiſſo clauo, ſicut equi indomiti ſeſſor abſq; freno: & ſicut miles amiſſis armis in bello, facilè circũueniatur, vincatur, & ſeducatur neceſſum eſt, & ad errores aut pertrahatur, aut in eiſdem contineatur. Econtrà autem ſpiritus ſanctus, ſpiritus eſt veritatis, inducens hominem in omnẽ veritatem, docens ipſam veritatem, & nebulas omnes caliginoſæ perfidiæ diſijciens & expellens. Vnde fit vt vbi ille non habet domicilium, vbi lucis illius non irradiat radius, denſiſsimæ tenebrę mentem ho

minis

minis operire incipiant. Vnde canit ſacroſancta per vniuerſum orbem mater Eccleſia, columna & firmamentum veritatis ſpiritum ſanctum interpellans & dicens: O lux beatiſsima, reple cordis intima, tuorum fidelium. Sine tuo numine, nihil eſt in lumine, nihil eſt innoxium. Poſſunt itaque habere ſermonem ſapientiæ & ſcientiæ, quemadmodum etiam genera linguarum & interpretationem ſermonum, ſed abutuntur eis, & ob id ad ſalutem non habent. Cũ enim habitum fidei non habeant, licet habeãt notitiam eorum quæ ſunt fidei, gratia gratum faciente careant neceſſum eſt, qua deſtituti, quicquid habẽt, ac poſsident, ad ſalutem non habent, abutentes ſermone ſapientię & ſcientię, item dono liuguarum & interpretatione ſermonũ ad ſubuerſionem hominũ & deprauationem ſcripturarũ. Sed de hoc ſatis, nunc permitte, vt ad id reuertamur, vnde diſputãdo digreſsi ſumus, nimirum ad demonſtrãdum adhuc amplius Mart. Lutherum hæreticũ meritò cenſendum eſſe, atque pro tali ha-

Hæreti habitum fidei nõ habent.

bendum. CACO. Et quid amplius adferre potes?

## CAPVT VI.

Martinus Lutherus hæreticus fuit.

ORTHO. Audisti (si meministi) Martinum Lutherum fuisse de magisterio Ioannis Hus gloriatum, quodq; decies plus illo hæreticus fuerit atq; sit, quippe qui multo plura & grauiora quàm ille scripserit, & docuerit. Ecce hic audis Lutherum semetipsum tanquam hæreticum condemnantem. Eapropter cõstat eũ hęreticũ esse, ore proprio condemnatũ. Et ecce quis est, q de hoc ambigere possit, modò verba Apostoli ad Titum expendat, quib. asserit. hæreticũ hoĩem post vnã & secũdam correptionẽ nõ resipiscentẽ, subuersum esse, & ꝑprio iudicio condemnatũ? Quæ verba si quis Luthero applicare voluerit, nõne eũ aptissimè hæreticũ declarabit? Ille etẽ nõ tm̃ semel aut bis correptus, sed frequenter: nõ à quibusuis, sed à summis pricipibus, à Christiani orbis monarchis, pontificibus videlicet maximis, & Cæsare clementissimo Carolo V. ab alijs quoq; principib.

Semetipsum proprio ore cõdemnauit hæreticum.

Ad Tit. 3

&

& regibus, à doctiſsimis quibusq; viris, Epiſcopis & Theologis ſollicitatus, vt ad ſaniorem mentẽ rediret, ſed fruſtra. Nã ad vnionem Eccleſiæ & concordiã, ad fidei rectæ integritatẽ redire cõtem pſit, & ſemper ſeipſo deterior, durior, intractabilior & peſtilẽtior effectus, prioribus malis atq; erroribus, poſteriora longè deteriora adiecit. Et nõ ſolùm illos omnes (quos meritò tanq; iudices à Deo conſtitutos venerari & reuereri debuerat) ſuperbiſsimè præ ſe contempſit, veũetiã ſummis iniurijs, contumelijs, mendacijs, calũnijs, diuerſisq; alijs ludibrijs affecit, atque famam eorum (quantũ in ipſo fuit), pſcidit, vt eos vulgo odioſos redderet. Cùm itaq; ſponta neus receſſerit à communi patrum ſenſu, quo cum eius doctrina ex dyametro pugnat, non immeritò doctrinam illius tãquam hæreticã & peregrinam fugimus & deteſtamur. Qui enim pertinacia perire maluit, & ſua ab Eccleſia diſcedere inſania, qui eam perfidiam, per quam ante ſe multos ſciebat perijſſe, ſectari potius elegit, quàm vnanimi pa-

trum consensui adhærere, qui religiosum atq; catholicum existimauit apud se, quod sanctorum patrum iudicio, in Vvicleui perfidia, in Ioannis Hus dementia, & in Hieronymi Pragensis insania, constat esse damnatum, rectè à Catholicis & Orthodoxis viris pro hęretico habetur. Et idcirco secundum D. Paulum à semetipso damnatus dicitur, quòd suo nimirum arbitrio de Ecclesia recesserit. Nemini profectò dubium esse potest, quin Ecclesia fuerit priusquam Lutherus natus esset, atque ita credidisse, quemadmodum modò credit. Verùm cùm ipse alia quædam noua dogmata, contra fidem Ecclesiæ introduxerit, quis planè non perspicit, eum ab Ecclesia in dogmatibus dissensisse, & ab eadem exemisse seipsum? Ipse (in-
in ser. 50 quit Ambrosius) se damnat hæreticus, cum de Ecclesia ipse se proijcit. Ipse enim ostendit quid mereatur à cunctis, qui suo iudicio separatur à cunctis. Ipse, inquam, se damnat hæreticus, quia cum omnes criminosi, Episcopi sententia proijciantur de consortio Christia-

no

no, hæreticus cuncta præueniens, ſententia ſuæ voluntatis abijcitur. Tali ergo hæreticus, quali & Iudas pœna damnatur, vt idem ſui, & reus ſit ſceleris, & iudex ſit vltionis. Tali, inquam, hæreticus, quali & Iudas pœna damnatur, nec immeritò, quia Dominum quem ille vendidit iſte blaſphemat, quem ille perſequutoribus tradidit, quotidie iſte perſequitur. Hactenus ille. Martinus ergo primùm à ſemetipſo damnatus eſt, deinde quoque ab Academijs Chriſtiani orbis inſignioribus, à Pontifice Maximo, & à Clementiſsimo Cæſare noſtro Carolo V. nec nõ etiam ab alijs Catholicis regibus Galliæ, Poloniæ &c. & aliarum ditionum Principibus multis, neque dubium quin ipſe (licet vita functus) vnà cum aſſeclis ſuis adhuc viuentibus ab Oecumeni Conſilio ſit dãnandus, atque tanquam Hęreticus anathematizandus, vnà cum dogmatibus ſuis & diſcipulorum ſuorum, vt nemo poſthac poſsit eſſe à contagione peſtifera excuſatus, ſi poſt tot tantorumque virorum iudicia, maluerit in errore perſiſtere,

*Hæreticus & Iudas pari pœna damnãtur*

fiſtere, quàm veritatem limpidiſsimam intueri atque amplecti. S. Auguſtinus libro 18. de Ciuitate Dei cap. 15. Qui (inquit) in Eccleſia Chriſti morbidum aliquid prauumq́; ſapiunt, ſi correpti, vt ſanum rectumq́; ſapiant, reſiſtunt contumaciter, ſuaq́; peſtifera & mortifera dogmata, emendare nolunt, ſed defenſare perſiſtunt, hæretici fiunt, & foras exeuntes, habentur in exercentibus inimicis. Porrò quum talis fuerit Lutherus (quemadmodum oſtenſum eſt) quis eum ab hæreſi poterit vindicare?

## CAPVT VIII.

CACO. Satis multis adſtruxiſti Martinum Lutherum tanquã hæreticum condemnatum, & adhuc à generali Concilio condemnandum, vt nemo ſit qui de falſitate doctrinæ illius meritò addubitare debeat. Verùm hos omnes, quos condemnatores illius eſſe affirmans, ipſe (dum adhuc viueret) & verbis & ſcriptis hæreticos vocitare ſolebat, aſſerens apud eos non eſſe Eccleſiam, ſed ſynagogam Sathanæ, apud ſe autem ſuosq́ue, veram eſſe Eccleſi-

cleſiam, ibi eſſe veram orthodoxam & apoſtolicam doctrinam, purum Dei verbum, illos autem verbi Dei meros eſſe adulteratores, & idcirco non eſſe de Eccleſia, ſed illos ſolos ad Ecclesiam pertinere, qui ſecum ſentirent & in doctrina & ſacramentorum administratione conuenirent. ORTHO. Non eſt hoc nouum, mi Cacodoxe. Nam ſinguli quique cœtus hæretico- (vt Lactantius inquit) ſe potiſsimum Chriſtianos, & ſuam eſſe Catholicam Eccleſiam putant. Sic Marcionitę & Valentiniani olim fecerunt. Vtrique ſe Catholicos & Orthodoxos dici voluerunt, cæteros appellarunt hæreticos. Sic Nouatiani ſe Catharos, hoc eſt, puros & mundos vocabant, cæteros omnes impuros. Sic Arriani cunctos à ſecta ſua alienos (qui tamen verè catholici & orthodoxi erant) criminabantur, tanquam fidei ſcripturarumq; peruerſores. Et Donatiſtæ hæreticos ſe negabant, ſeq; ſolos in Eccleſia eſſe prædicabant, cæteros omnes ab eadem excludebant. Ita fecerunt etiam poſtmodum

Hæreti, nomen hę reſeos trāſferunt, & Eccleſiam ſibi vendicant.

modum Huſsitæ, Vvuicleuiſtæ, Vvaldenſes, Apoſtolici, Angelici, & omnes omnium ætatum hæretici, neminem ad Eccleſiam pertinere contendentes, niſi qui in perfidia (ipſi fidem nũcupabãt) cum ipſis communicaret. Hæc vtique (inquit Tertulianus) & ipſi habent in nos retorquere. Neceſſe eſt enim & illos dicere, nobis potius adulteria ſcripturarum & expoſitionum eorum mendacia inferri, qui proinde ſibi defendãt veritatem. Hos omnes tanquam patres, auos, proauos, attauosq; ſuos inſequutus Martinus, eos qui verè Catholici & Orthodoxi ſunt, hæreticos, apoſtatas atque Antichriſti diſcipulos appellabat, eos autem quos Eccleſia tanquam hæreticos condemnauit, Catholicos appellare conſueuit. Hoc enim (quemadmodũ paucis exemplis iam tibi demõſtratum eſt) omnibus hæreticis ſemper fuit peculiare, transferre videlicet nomen hæretici à ſe ad Catholicos, & Eccleſiam ab Orthodoxis, ad ſuam ſectã trahere. Non mirum ergo, ſi hoc itidem fecerit Lutherus, non mirum (inquit Plautus)

In lib. de præſcri. hæretic.

Plautus)si patrissat filius.Et pater omnium hæreticorum diabolus, Christũ sese frequenter mentitur.Sed de his satis. S.Bernardus sermone 66.in Cantica cãticorum idipsum etiam testatur, quod hoc capite asseruimus, loquens de hæreticis sui temporis:Se dicunt,inquit,Ecclesiam,sed contradicũt ei qui dicit: Non potest ciuitas abscondi supra montem posita. Ita ne lapidem de monte abscisum sine manibus, montẽ factum, & implentem mundum, vestris creditis incluſum antris?Sed & Cyprianus in epistola ad Iubaianum, de Nouatiano scribit, quòd more simiarum (quę cum homines non sint, homines tamen imitantur) cum ipse in Ecclesia non esset,sed insuper contra Ecclesiam rebellis existeret,hoc sibi vendicasse,vt apud se Ecclesiam esse diceret,ac catholicos hæreticos pronuntiaret. S. etiam Hilarius narrat suo sæculo, Antichristi Synagogam, Ecclesiam se Christi esse mentitam. Loquẽs enim de Saturnino, Vrsatio,& Valente Arrianis, & de pseudoapostolis( qui alios Episcopos ad Synodum

Matt.5. Dan,2

In lib. ad Constantium.

nodum Biturensem compulerant) ait: Denique exinde, nihil in tempore male dictum, nihil in eam quæ tum, se Christi Ecclesiam mentiebatur, nunc autem Antichristi est Synagoga, &c. Quid de Donatistis dicam? de quibus frequenter scribit Augustinus, quòd Ecclesiam in Aphrica tantum esse, eaque non tota, sed in parte Donati contenderent? Quid ergo noui fecit nostro seculo Martinus Lutherus, qui cum se nefario scelere ab vnitate catholica, tanquam ab area dominica separauit, suo cœtui, quem collegit, Ecclesiæ nomen vendicauit? Neque enim mirum id alicui videri debet, hæreticos tantopere contendere, id quod non sunt videri. Nam (vt Sanctus Ambrosius author est) sicut ad impugnandam legem, vera legis, sic ad euertendam Ecclesiam, nomen Ecclesiæ ostendere conatur.

Ambro. in epist ad Titum c. 3.

## CAPVT IX.

POssem quidē tibi Cacodoxe, multis rationibus demonstrare, apud Lutho-

Lutherum eiusque sectatores, non posse esse catholicam & apostolicam Ecclesiam, si non metuerem me oleum & operam omnem perditurum, eò quòd exploratum habeam, te ita illi sectæ addictum, vt nihil æquo animo tibi dici patiaris, quòd ei videatur aduersari. Quòd si me patienter audias, measque rationes æquo iudicio expendas, non dubito futurum, quin citò sententiam sis mutaturus tuam, vbi cognoueris nõ esse veram Ecclesiam, sed sectam & hæresim pernitiosissimam. CACOD. Quibus ratiocinationibus quæso id te posse docere confidis Orthodoxe? OR. Vnica. CACO. Quanam? OR. Ista, Ecclesia consistit in vinculo vnionis & pacis, recto vsu sacramentorum, doctrina sana & apostolica, per spiritum sanctum viua traditione, quam ipsa per successionis seriem Episcoporum & patrum, ab Apostolis, Apostoli à Christo, Christus à Deo accepit. Atqui apud Lutheranos omnia sunt extranea, & apostolicę doctrinę contraria, vbi & fidei dogmata suspecta sunt

Ecclesia catholica in quibus cõsistat.

&

& sacramentorum vsus minimè ecclesiasticus, sed peruersus, & ab Ecclesię cō suetudine alienus: adhæc neque est apud eos vnionis & pacis vinculum. Cōstat proinde apud eos non esse Catholicam & Apostolicam Elclesiam. CAC. Audiui rationem, verùm quibus rationibus, quibus scripturis aut autoritatibus eam vnquam confirmabis? Eandem quippe ratiocinationem, & nostri in vestros retorquere possunt, atque demonstrare, hæc omnia apud vos esse extranea & apostolicæ doctrinæ contraria, & proinde non apud vos, sed apud nos esse veram Ecclesiam, vbi omnia hæc in ea puritate administrantur, qua à Christo instituta sunt. ORT. Adstruunt verbis duntaxat inanibus, nihil reuera probantes, aut facto exhibentes. CACO. Quasi tu aduersus eos hæc vnquam posses probare? ORTH. Vtique possum. Verùm quia tempus nos nunc aliò vocat, non volumen tibi trado, in quo singulas propositiones ita munitas & confirmatas probatasque esse confido, vt talpa cæcior sis futurus, nisi lumen veri-

tatis

ritatis relicta perfidiæ nocte, amplectaris. Mense etenim iam elapso, cum hãc ratiocinationem cum alijs quibusdam exercitij gratia (vt apud nos moris est) proposuissem, ac defendendam suscepissem, rationes omnes quas tunc è sacris literis, atque priscorum patrum orthodoxorumq; doctorũ pręclaris monumentis potui colligere, in hoc volumen (vt semper eas ad manum haberẽ) congessi, quod modò tibi perlegẽdum trado, ea tamen lege & conditione, vt post illius lectionem illud mihi reportes, iudicium tuum de ijs quę in eo cõtinentur, ingenuè prolaturus. CACO. Age fiat. Conditionem recipio. ORT. Sed velim te affectionibus omnibus paulisper semotis, cum vero iudicio volumen euoluere, atque expendere, non à quo, sed quid dicatur: & considerare non quòd aduersum vestros, rationes meæ militent, sed quòd veritas ostendatur, & Dei causa & Ecclesiæ defendatur. CACO. Curabitur.

# IOANN. SLO. GEF.

# LIBER SECVNDVS

## CAPVT PRIMVM.

Ecclesia catholica in quo cõ ſtat.



Ccleſia Catholica conſiſtit in vinculo vnionis & pacis, recto vſu ſacramen torum, doctrina ſana & a poſtolica per ſpiritũ ſanctum viua traditione, quã ipſa per ſucceſsionis ſeriem Epiſcoporum & patrũ, ab Apoſtolis, Apoſtoli à Chriſto, Chriſtus à Deo accepit, Præcipua iã commemorata ſunt, in quibus Eccleſia Catholica & Apoſtolica cõſiſtit, & quibus quaſi notis & indicijs quibuſdam dinoſci queat & debeat, videlicet vinculũ vnionis & pacis, rectus vſus ſacramẽtorum, doctrina ſana, apoſtolica traditio, quam ipſa per ſucceſsionis ſeriẽ ab apoſtolis, apoſtoli à Chriſto, & Chriſtus à Deo accepit. Nam illa Eccleſia eſt ab apoſtolis fundata, cuius fides & cathedra ſeu doctrina, & poteſtas eccleſiaſtica, id eſt, vis ſeu poteſtas dimittendi & retinẽdi peccata, ligandi atque ſoluẽd, baptizandi & docendi, nec non interprætandi ſcripturas,

scripturas, deriuãtur à Christo in Apostolos, quibus sensum aperuit vt intelligerent scripturas, & ab illis per traducẽ succedentium Ecclesiarũ & Episcoporum, vsque ad præsens tẽpus durat. Hæretici nostri temporis, libẽter audiunt Ecclesiã illic esse, vbi est fides & verbũ Christi, libẽter admittũt has esse notas Ecclesiæ, habere videlicet Christi doctrinã & hanc puram, sacramenta & rectum eorum vsum, sed reliquas audire contemnũt. Et quanquam hæ notæ Ecclesiæ sint propriæ, non tamẽ sunt adeo claræ & sufficiẽtes ad veram Ecclesiam demonstrandam, vt per eas possit vera Ecclesia, ab adulterinis conuẽticulis hæreticorum (quæ has notas sibi tribuũt) secerni. Nam omnes omnium ætatũ hæretici (qui vnitatẽ fidei nec inter se seruant) has notas sibi tribuerũt. Ad verã itaq; per totum mundum dispersam, Apostolicam & Catholicam seu vniuersalem Ecclesiam, visibilem, manifestam, non spiritualem vel mathematicam, ex prædestinatis aut charitate præditis tantum adunatam, sed ex malis & bonis,

dum in hoc mundo versatur, coaptatã, ad talem, inquam, Ecclesiam demonstrandam, notæ (quas assignant hæretici) non sufficiunt, sed oportet adesse reliquas iam à nobis datas.

## CAPVT II.

Doctrina tradita pe successionis seriem Episcoporum & patrum, apud quos censenda sit esse.

POrrò quoniam de reliquis notis nihil curant aduersarij, eò quòd eas in secta sua ostendere nequeant, idcirco apud eos vera Ecclesia non est. Et licet conentur eas aut cerè quasdam ex eis sibi vendicare, non tamen id verè demonstrant, sed neque possunt: singunt ergo potius eas, vtpote cùm Episcopatus & Episcopos nescio quos nominant, sed re vera non sunt, quia ab apostolica cathedra minimè traxerunt originem, nec est apud eos catholica doctrina per successionis seriem Episcoporum & patrum. Patres autem doctrinam & fidem apostolorum, dicunt esse apud eos, qui custodiunt professionem omnium patrum, secundum suorum temporum successiones, in his q̃ sunt fidei, vt autor est Irenæus lib. 4. c. 43. & 63. Nam cap. 43. sic inquit. Eis qui

in

in Ecclesia sunt presbyteris obaudire oportet, his qui successionem habent ab Apostolis, qui cum Episcopatus successione, charisma veritatis certum, secundum placitum patris acceperunt. Reliquos verò, qui absistunt à principali successione, & quocunq; loco colliguntur, suspectos habere, vel quasi hęreticos & malæ sententiæ, vel quasi scindentes & elatos & sibi placentes, aut rursus vt hypocritas, quæstus gratia & vanæ gloriæ hoc operantes. Omnes autem hi deciduntà veritate. Capite verò 63. sic habet: Agnitio vera est Apostolorum doctrina, & antiquus Ecclesiæ status, in vniuerso mundo, & characterecorporis Christi, secundum successiones Episcoporum, quibus illi eam q̃ in vnoquoq; loco est Ecclesiam tradiderunt, quæ peruenit vsque ad nos custodita sine fictione, scripturarum tractatione plenissima, neque ablationem recipiens lectio sine falsatione, & secundum scripturas expositio legitima & diligens, & sine periculo, & sine blasphemia, & præcipuum dilectionis mu-

nus, quod est pręcioſius quam agnitio, glorioſius autem quam prophetia, omnibus autem reliquis chariſmatibus ſupereminens. Quibus verbis liquidò claret, non ſufficere ad Eccleſiam conſtituendam ſacraméta & verbum Dei vel ſanam doctrinam, ſed oportere eam eſſe traditam, per ſucceſsionis ſeriem Epiſcoporum & patrum, qui eam acceperint ab Apoſtolis, Apoſtoli à Chriſto, & Chriſtus à Deo. Quæ ſunt verba Tertulliani in lib: de præſcrip. hæret: Apoſtolos (inquit) domini habemus authores, qui nec ipſi quicquam ex ſuo acbitrio, quod inducerent elegerunt, ſed acceptam à Chriſto diſciplinam, fideliter nationibus aſsignauerunt. Ibidẽ quoq; dicit, nationibus obueniſſe doctrinam per apoſtolos, & ipſis apoſtolis per ſpiritum ſanctum. Et adhuc ait: Si hæc ita ſunt, conſtat omnem doctrinam, quæ cum illis Eccleſijs apoſtolicis, matricibus & originalibus fidei conſpiret, veritati deputandam, & ſine dubio tenentes, quod Eccleſiæ ab apoſtolis, Apoſtolà Chriſto, Chriſtus à Deo ſuſcepit.

Reliquam

Reliquam verò omnem doctrinam de mendacio præiudicandam, quæ sapiat cõtra veritatem Ecclesiarum & apostolorũ & Christi & Dei, Et adhuc amplius in eodẽ libro: Christus (inquit) duodecim precipuos lateri suo adlegarat, destinatos nationibus magistros & c, Hij in orbem profecti, eandem doctrinam eiusdem fidei, nationibus promul gaueruut, & proinde Ecclesias apud vnamquãq; ciuitatẽ condiderunt, quibus traducem fidei & semina doctrinæ cæteræ, exinde Ecclesiæ mutuatę sunt, & quotidie mutuãtur vt ecclesiæ fiant, ac per hoc & ipsę apostolicæ deputabũtur, vt soboles apostolicarum Ecclesiarum, omne genus ad originem suã censeatur & c. Et iterũ: Quid autem prædicauerint, id est, quid illis Christus reuelauerit, & hic præscribam, nõ aliter probari debere nisi per easdem Ecclesias, quas ipsi Apostoli condiderũt: ipsi eis prædicando, tam viua (quod aiunt) voce, quam per epistolas postea: Hactenus ille, Porro quũ de doctrina apostolica loquimur, omnem doctrinã apostolcã

Doctrina apostolica quæ cẽsenda sit.

intelligimus, tam scripturis contentã, quàm traditionibus sanctis commendatam, ab Apostolis tenet Ecclesia, prout Paulus iubet, dicens: State & tenete traditiones quas didicistis, siue per sermonem siue per epistolam nostram. Et in epistola ad Timotheum, eundé monet, vt seruet mandatum sine macula, & irreprehensibile. Et non multò pòst: O Timothee, inquit, depositnm custodi, vitans prophanas vocum nouitates, & oppositiones falsi nominis scientiæ. Quod verbum Tertullianus in lib. de præscrip. hæret. de doctrina viua voce tradita intellexit, dicens: Traditiones per viuam vocem doctrinę Ecclesiasticæ appellabat Apostolus depositum. Nec circunstantia verborum Apostoli, hunc locum aliter intelligere sinit, si rectè perspexeris. Sed iterum in epist. ad Thessal. Rogamus, inquit, & obsecramus vos in domino, vt quemadmodum accepistis à nobis, quomodo oporteat vos ambulare & placere Deo, sic & ambuletis, vt abundetis magis. Scitis enim quę præcepta dederim vobis per domi-

2. The 2 Traditiones non scriptæ.

2. Thim. 6

1. The 4

dominum Iesum. Insuper Lucas refert in Act. Apostolorum cap. 10. de Paulo & discipulo eius Timotheo in hęc verba: Cùm pertransirent ciuitates, tradebant eis custodire dogmata, quæ erant decreta ab Apostolis & senioribus qui erant Hierosolymis. Et cap. 15. Paulus electo Syla profectus est, traditus gratiæ Dei à fratribus: perambulabat aũt Syriam & Ciliciam, confirmans Ecclesias, præcipiens custodire præcepta apostolorum & seniorum. Vnde declaratur multa fuisse Apostolorum dogmata & prȩcepta de regimine Ecclesiȩ, quæ minimè mandata fuerunt literis. Dominus qu oque in Euangelio: Eun- Matt. vlt.
tes, inquit, ad discipulos suos, docete omnes gentes, baptizantes eos &c. docẽtes eos seruare omnia, quæcunque mandaui vobis. Quod etiam Apostoli diligenter sunt exequuti, multis annis viua voce tradentes gentibus omnia quȩcunque mandauerat illis Christus, priusquam vllus Euangelistarum aut Apostolorum Euangelium vel Epistolam conscripsisset. Sed nec omnia, quæ

acceperant à Christo, literis commendarunt, sed multa viua voce Ecclesijs tradiderunt, quæ tandem consuetudine fidelium roborata, ex animo in animum, à maioribus in posteros medio incurrẽte verbo sunt transfusa. De quibus Tertullianus in lib. de Corona militis, postquã multas Ecclesiasticas traditiones recensuisset, vtpote de ritu baptismi & Eucharistiæ, ante lucanis precibus, oblationibus pro defunctis, & martyrum natalitijs dicit. Harum & aliarum huiusmodi disciplinarum, si legem postules, scripturam nullam inuenies. Traditio tibi perpẽdetur auctrix, & cõsuetudo cõfirmatrix, & fides obseruatrix. Et paulò superius dixerat, q̃ ad traditionis obtentũ, nõ est exigenda autoritas scripturæ. Hæc ille. Multa itaque sunt in Ecclesia vniuersali recepta, & ea quidem ad salutem necessaria, quæ in scripturis canonicis dilucidè & exertè non ita reperiuntur, sed per traditionem Apostolorum Christi, illi innotuerunt, de quibus vel subobscura, aut nulla mentio in sacra scriptura habe-

betur, & tamen tota Ecclesiæ susceſsio, tam in Oriente quàm in Occidente, à spiritu sancto edocta, à temporibus Apostolorum vsque in præsens, ea tanti fecit, ac si scriptura ipsa continerentur, solius primorum & maiorum traditionis autoritati innixa, quam qui non recipit nec veneratur, nõ est etiam quòd recipiat scripturas istas sanctas, quas habemus, quippe quarum autoritas non per aliud, quam per traditionem maiorum Ecclesiæ nobis nota est, ac subinde qui traditionem negat, totam religionem Christianã penè subuertit. Quòd autem huius scripturæ quã habemus autoritas, non per aliud Ecclesiæ innotuerit, q̃ per traditionẽ, sed & autoritatem ab Ecclesia receperit, D. Augustin. contra epist. Manichæi, quã vocant fundamẽti, c. 5. asserit, dicẽs: Ego Euangelio non crederẽ, nisi me Catholicæ Ecclesię cõmoueret autoritas, quam cap. 4. dicit miraculis inchoatam, spe nutritam, charitate auctã, vetustate firmatam. Nam vnde discernit Ecclesia hæc quatuor Euangelia quæ modò habet & meritò rẽ-

Scripturæ autoritas per traditionem innotuit & firmamentum recepit.

tò reueretur, ab alijs Euangelijs, quæ sub nominibus aliorum apostolorum, nimirum Petri Andreæ, Thomæ, vel etiam Nicodemi, aut cuiusuis alterius etiam Apostoli nomine commendabãtur, nisi traditione duce, per spiritũ sancti magisterium in ipsius Ecclesiæ primoribus seruata? Non enim erat contentum in hac scriptura, quòd omnia quæ ibi scripta erant, diuinitus erant reuelata: neq; si esset, od id statim quando primitus recipiebatur, fides indubitata ei adhibenda erat, cum quælibet scriptura humanitus adinuenta, huiusmodi titulis potuisset cõdecorari. Creditum est ergo, contenta in Euangelio à Deo esse reuelata, quia traditioni Iesu Christi & apostolorum omnino erãt conformia, cuius rei iudicium ad apostolos & viros apostolicos Ecclesiæ proceres spectabat: non quidem testificando solùm, sed tanquam iudices sententiam ferendo, vtpote qui plenè spirituales erant, & Christum & doctrinam eius ad plenum retinebant, & per spiritũ sanctum quem habebant, & eius traditionem,

tionem, de omnibus spiritualibus iudicabant, confirmante sermonem suũ eodem spiritu, signis & nunquam visis in natura mirabilibus. Porro Ecclesia illa sancta Apostolorum & apostolicorum virorum scripturã hanc, posteritati tanquam traditioni suæ conformem, declararunt, & vt talem debere acceptari, alijs scripturis reiectis, per spirirum sanctum iudicarunt, quam rursus traditionẽ, miraculorũ claritate, eximiaq; & plusq̃ humana qua pollebãt virtute, magisterio spiritus in auditorũ cordibus operante firmiter comprobarunt.

Locum Pauli, ex Epistola ad Timotheum quem Tertullianus interpretatur de doctrina viua voce tradita, pulchre explicat Vincentius Lirinensis dicens: O exclamatio ista, & præscientiæ est pariter et charitatis: præuidebat enim futuros, quos etiam prædolebat errores. Quis est hodie Timotheus? Nisi vel generaliter vniuersa Ecclesia, vel specialiter totum corpus præpositorũ, qui integram diuini cultus scientiam, vel habere ipsi debent, vel alijs infundere?

Quid

Quid est, depositum custodi? Custodi (inquit) propter fures, propter inimicos, nedormientibus hominibus super seminent Zizania, super illud triticj bonum semen, quod seminauerat filius hominis in agro suo. Depositum (inquit) custodi. Quid est depositum? id est, quod tibi creditum est, non quod à te inuentum, quod accepisti, non quod excogitasti, rem non ingenij, sed doctrinæ: non vsurpationis priuatæ, sed publicę traditionis, rem ad te perductam, non à te prolatam, in qua non autor debes esse, sed custos: non institutor, sed sectator: non ducens, sed sequens. Depositum, inquit custodi, catholicæ fidei talentum, inuiolatum illibatumq; conserua. Quod tibi creditum est, hoc penes te maneat, hoc à te tradatur. Aurum accepisti, aurùm redde, nolo mihi pro alijs, alia subijcias: nolo pro auro, aut impudenter plumbum, aut fraudulenter æramenta supponas: nolo auri speciem, sed naturam planè. Et iterum: Deuita, inquit, prophanas vocũ nouitates. Nõ dixit,

Talentum cuique traditum custodiendũ

dixit, antiquitates, non dixit vetuſtates, imò planè quid econtrario ſequeretur oſtendit. Nã ſi vitanda eſt nouitas, tenenda eſt antiquitas: & ſi ꝑpphana eſt nouitas, ſacrata eſt vetuſtas. Et oppoſitiones, inquit, falſi nominis ſciẽtię. Verè falſum nomẽ apud doctrinas hæreticorũ, vt ignorantia ſcientię, & caligo ſere nitatis, & tenebrę luminis appellatiõe fucentur. Quã quidẽ, inquit, promittentes circa fidẽ exciderũt. Quid promittẽtes exciderũt? Niſi nouã, neſcio quã, ignoratamq; doctrinam? Verùm ipſe quoque Irenæus lib. 3. aduerſus hæreſes ca. 4. hortatur Chriſti fideles, ne propter nouã hæreticorum doctrinã, velint depoſitũ apoſtolicarũ traditionũ neglige re, ſed in dubijs ad depoſitoriũ veritatis (quod eſt Eccleſia) recurrere, eãq; au dire: Tantę igitur, inquit, oſtenſiones cũ ſint hæc, non oportet adhuc quærere apud alios veritatẽ, quã facile eſt ab Eccleſia ſumere, cum apoſtoli quaſi in depoſitorium diues, pleniſsimè in ea contulerunt omnia, quæ ſunt veritatis, vti omnis quicunque velit, ſumat ex

Falſum nomen apud doctrinas hæreticorum.

Veritatis depoſitorium eſt Eccleſia.

ea

ea potum vitæ. Hæc est enim vitæ introitus, omnes autem reliqui, fures sunt & latrones, propter quod oportet deuitare quidem illos, quæ autem sunt Ecclesiæ, cum magna diligentia diligere, & apprehendere veritatis traditionē. Quid enim etsi quæ de aliqua modica quæstione disceptatio esset, nónne oporteret in antiquissimas recurrere Ecclesias, in quibus Apostoli conuersati sunt, & ab eis de præsenti quæstione sumere quod certum, & reliquidum est? Quid autem si neque Apostoli scripturas reliquissent nobis, nónne oportebat ordinem sequi traditionis, quam tradiderunt ijs, quibus cō mittebant Ecclesias? cui ordinationi assentiunt multæ gentes barbarorum, eorum qui in Christum credunt, sine charactere vel atrament o, scriptam habentes per spiritum, in cordibus suis salutem, & veterem ttaditionem diligenter custodientes, in vnum Deum credentes fabricatorem cœli & terræ, & omnium quæ in eis sunt, per Christum Iesum Dei filiū &c. Et post pauca, Hanc

fidem

fidem (inquit) qui sine literis crediderunt, quantum ad sermonem nostrum barbari sunt, quantum autem ad sententiam & consuetudinem & conuersationem, propter fidem per quam sapientissimi sunt, & placent Deo, conuersantes in omni iustitia, & castitate & sapiẽtia. Quibus si aliquis annunciauerit ea, quæ ab hæreticis adinuẽta sunt, proprio sermone eorum colloquẽs, statim concludẽtes aures, longo longius fugient, ne audire quidem sustinentes, blasphemum colloquium. Sic per illam veterem Apostolorum traditionem, ne in conceptionem quidem mentis admittunt, quodcunq; eorũ portentiloquium est, neq; enim cõgregatio fuit apud eos, neq; doctrina instituta. hæc ille. Vtinam tam tenaciter nostri Germani tenerent traditiones nonscriptas, quemadmodum isti barbari, de quibus loquitur Irenæus, tenuerũt. Quod quia in ea obseruatum non est, tot in ea existunt fides, quot iudicia, & quot sunt voluntates hominum. Vnde quod de suo seculo scribit in lib. ad Constantium Au

guſtum S.Hilarius,de noſtro hoc ſeculo rectè dici poteſt:Periculoſum nobis admodum(inquit)atq; etiam miſerabile eſt,tot nunc fides exiſtere, quot volũtates,& tot nobis doctrinas eſſe quot mores,& tot cauſas blaſphemiarũ pullulare,quot vitia ſunt,dum aut ita fides ſcribuntur,vt volumus,aut ita vt volumus intelliguntur,& ſecundum vnum Deum,& vnum Dominum, & vnũ baptiſma,& etiam fides ſit vna, excedimus ab ea fide,quæ ſola eſt,& dum plures fiunt,ad id cæperunt eſſe,ne vlla ſit, hæc ille. Qui etiam de fidei renouatore ac ſubinde immutatore Conſtantio, ad Conſtantium ſcribens , oſtendit quibus ſint comparandi, qui toties fidem ſuam renouant ac immutant: Accidit tibi(inquit)quod imperitis ædificatoribus,quibus ſua ſemper diſplicent,accidere ſolet,vt ſemper deſtruas, quod ſemper ædifices.hæc ille.Cæterùm mirari ſatis nequeo(inquit Vincent:Lirinenſ.) tantam quorundam hominum veſaniam,tantam excæcatæ mentis impietatem, tantam poſtremo errandi libidinem,vt contenti non ſint, tradita

& recepta semel antiquitus credendi regula, scilicet noua ac noua in diem quę rant, semperq; aliquid gestiant, religioni addere, mutare, detrahere. Quasi nõ cæleste dogma sit, quod semel reuelatum esse sufficiat, scilicet terrena institutio, quæ aliter perfici, nisi assidua emendatione, imo potius reprehensione non posset, quum diuiua clament oracula: Ne transferas terminos, quos posuerunt patres tui. Et. Super iudicantem, ne iudices. Et Scindentem sepem, mordebit eum serpens. Et illud apostolicũ iam ex Epist. ad Timoth. ꝓductũ, quo omnes omniũ hæreseon sceleratæ nouitates, velut quodã spiritali gladio, sæpe truncatæ, sempq; truncandæ sunt. Et post hæc inueniunt̃ aliqui, tanta inueteratæ frontis duritia, tanta impudẽtiæ incude, tam adamantinę pertinatię, qui tãtis eloquiorũ cælestiũ molib⁹ nõ succumbant, tantis ponderibus non fatiscant, tantis malleis non quassentur, tantis postremo fulminib⁹, nõ cõterãt.

## CAP. III.

PORro priusquam progrediamur ac propositum prosequamur iter,

Scripturis omnia cõmendari non potuerunt.

quoniã aduersarij nihil aut credendum aut recipiendũ vociferantur, nisi quod sacris contineatur eloquijs, & hoc tamquam basim quandã ac fundamentum quoddã statuant suæ doctrinæ, iam demonstrare conabimur, non omnia quæ tenenda sunt à scriptura petẽda esse, nec oĩa diuinitus tradita in scripturis contineri. Nam si omnia scripta esse debebant, quæ ad Ecclesiæ salutem & regimen animarum pertinebant, superfluum plane & otiosum esset spiritus sancti magisterium ineffabili pollicitatione ei promissum, nõ ad horam tantum, sed quod vsq; in finem seculi esset eam comitaturum & cum ea permansurum, non per interualla temporum, sed perpetua & continua successione vsq; ad finem seculi: Adhoc autem in Ecclesia spiritus ille sacer perpetuo residet, vt in rebus dubijs & controuersis claram veritatis suæ lucem exhiberet, sanctorum doctorum corda secretis inspirationibus illustrando, & per eos Ecclesiam suam in cunctis quę ad fidei necessitatem attinent erudiendo. Quo fit, vt propter

Spiritus sancti magisterium Ecclesiæ, nunquam defuit, nec unquam est defuturum.

perpetuam

perpetuam huius ſpiritus præſentiam, Eccleſia apud Paulum columna dicatur & firmamẽtum veritatis, nimirũ quòd hoc ſpiritu veritatis, tam ſolidè fulciatur, vt nequeat in errores aliquos impingens, diutius in eis perſeuerare. Par enim fuit, vt apoſtolis iam è medio ſublatis, Eccleſiam per viros apoſtolicos ſpiritus ſanctus in cunctis (que neceſſaria forent) deinceps edoceret, ac omnia potius ageret, quàm vt diutius in rebus vehementer ambiguis ipſa fluctuaret. Porro hoc ſpiritus ſancti magiſterium in Eccleſia ſuperfluum cenſendum eſſet, ſi omnia in ſcripturis contenta & explicata haberentur, quæ ad Ecclaſiæ ſalutem, & animarum regimen neceſſaria videntur. Quorſum enim opus eſſet illius magiſterio, cùm iam omnia literis eſſent demandata, & à proceribus Eccleſiæ legi & populo tradi poſſent? Adhæc ſi omnia neceſſariò ſcripturis forẽt demandanda, non eſt vllo modo veriſimile, ſanctos illos apoſtolos & primos patres, tam parcos in ſcribendis volumi nibus fuiſſe, quos tamen conſtat parum 1. Ti. 3.

scripsisse, sed multis annis Ecclesiam viua voce & traditione erudijsse, priusquam aliquid scriberent. Quod si adeo necessarium est, omnia scripturis commendari, quare Christus qui salutis omnium fuit desiderantisimus ac sitientisimus nihil scripsit? Certè longè satius fuisset ipsum per totam vitam suam nihil aliud agere, quam scribendis libris incumbere, & illis omnia demandare, quæ ad animarum regimen & salutem Ecclesiæ forent necessaria, quam viua voce Apostolis tradere quæ ipsi postmodum suggerente spiritu sancto alijs absque scripto longo tempore essent tradituri, donec tandem quædam eorum, quæ à Christo acceperant, literis posteritati etiam transmittēda commendarent. Porro cum Christus nihil scripserit, sed solū verbo docuerit, firmiter credendum est Euangelistas & Apostolos multa præterijsse de verbis & traditionibus Christi, ac eorum nullam in suis libris feciisse mentionē. Vnde Ioannes: Snnt (inquit) & alia multa quæ fecit Iesus, quæ si scriberentur per singula

Scripta sunt non oia quæ fecit Christus, & multo minus quę dixit. Ioan. ult.

singula,nec ipsum arbitror mundũ capere posse eorum qui scribendi sunt libros. Quod si non oĩa scripta sunt quæ fecit Christus, certè multò efficatiori ratione concluditur,neq; oĩa esse scripta,que dixit aut docuit viua voce atq; discipulis tradidit,etiã de ijs que ad salutẽ sunt necessaria Ecclesiæ,quæ tamẽ omnia credendũ est Apostolos diligenter gẽtibus denunciasse, atq; ita ex ore in os,& ex pectore in pectus transfusa, ad nos vsque peruenisse,absque scriptu ræ alicuius testimonio. Præterea si omnia ad salutem necessaria ex scripturis petẽda sunt, quid de illis primis humani generis parentibus ac eorum successoribus vsque ad catecly smum,& deinde vsque ad Moysen,qui primus accepit legem scriptam in dispositione angelorum,dicturi sunt? Certe Ecclesiam tunc fuisse negare non audebunt, quæ ab initio mundi vsque ad finem fuit & perseuerabit,& tamen impiũ est credere illam in necessarijs ad salutẽ tunc in aliquo defeciisse. Fuit itaq; Ecclesia ante omnem scriptuã,omnemq; anteceſsit.

Ecclesia fuit ab initio mũdi, ante omnẽ scriptuam.

Homi 2. supe. can.

Non tu mihi (inquit Origenes) ex aduentu saluatoris in carnem, sponsam dici Ecclesiam putes, sed ab initio humani generis, & ab ipsa constitutione mũdi, imo (vt Paulo duce altius mysterij huius originem repetam) ante etiam constitutionem mundi. Sic enim dicit ipse: Sicut elegit nos in Christo ante

Epheſ. 1.

constitutionem mundi, vt essemus sancti & immaculati coram ipso in charita te, prædestinans nos in adoptionem filiorum Israel. Sed & in Psalmis scribi-

Psal.

tur: Memento congregationis tuæ domine, quam congregasti ab initio. Prima etenim fundamenta congregationis Ecclesiæ, statim ab initio sunt posita. Vnde & Apostolus dicit ædificari Eccesiam non solum super Apostolorum fundamentum, sed etiam prophetarum. Inter prophetas autem, numeratur & Adam, quia magnum mysterium prophetauit in Christo & in Ecclesia dicens: Propter hoc relinquet homo patrem suum & matrẽ suam, & adhærebit vxori suæ, & erunt ambo in carne vna. Euidenter enim de his dictis ei-

Adam propheta fuit

us, dicit Apostolus, quia mysterium hoc magnum sit, ego autem dico in Christo & in Ecclesia. Fuit ergo ante omnem scripturam Ecclesia. Epiphanius quoque lib. 1. contra hæreses, cùm de mundi exordio loqueretur, cùm Adã & filios eius recensuisset vsque ad Iared. Quemadmodum, inquit, traditio habet, quæ ad nos deuenit, hinc incepit fraus in mundo fieri, & ab initio quidem per inobedientiam ipsius Adam, deinde per ipsius Cain parricidium. Nunc autem in temporibus Iared, & vltrà, veneficium, incantatio, petulantia, adulterium & iniustitia. Non opinio aliqua alia, non doctrina immutata, sed vna lingua, vnum genus in terra, illo tempore dispersum, &c. Et iterum: Sem, inquit, genuit Arphaxat, Arphaxat Cena, Cena Hala, Hala Heber pium & religiosum, Heber Phalec, & nihil erat in terra, non hæresis, non opinio alia atque alia, sed solùm homines vocabantur, vnius labij & vnius linguę. Erat autem solùm impietas & pietas, lex naturæ, & vniuscuiusque volũ-

tatis propositum secundum naturam, & neque à doctrina, neq; ex libris scriptorum error & seductio, non Iudaismus, non hæresis alia aliqua, sed sicut nunc est fides, quæ iam in sancta Catholica Ecclesia versatur, quæ ab initio fuit, & postea rursus reuelata est. Si quis enim pro veritatis studio expendere velit, sancta & Catholica Ecclesia principium omnium est: ex hoc nimirum scopo, Adam Protoplastus formatꝰ est, non circuncisus, sed carne præputium habens. Non autem erat idololatra, & nouit patrem Deum & filium, & spiritum sanctum, propheta enim erat. Itaq; quum non haberet circunciſionem, nó erat Iudæus: & quum simulachra non adoraret, aut aliud quid, non erat idolo latra. Propheta enim erat Adam, & nouit quòd pater dixit filio, faciamus hominem. Quid igitur erat? Neque circúcisionem habens, neque simulachra colens, sed Christianismi formam ostendens. Sic etiam de Abel & de Seth, & de Enos, & de Enoch, & de Mathusala, & de Noe & Heber, vsque ad Abrahã accipien-

Ecclesia Catholica est principium omnium.

Adam & cęteri patres legis naturæ Christianismi formam habuerunt.

piendũ eſt. Operabatur aũt tunc & pietas, & impietas, & fides & incredulitas. Fides quidem Chriſtianiſmi imaginem obtinens, incredulitas autem, impietatis & iniquitatis formam exhibens, cõtraria legi naturæ, vſque ad præiudicãdum tempus. Hactenus ille. Ex cuius verbis liquet Eccleſiam ab initio mundi vſque ad ipſum Heber, imò vſq; ad Abraham abſque ſcriptura fuiſſe, quia ſolùm erat pietas (apud fideles ſcilicet) & impietas (apud impios & infideles) lex naturæ, & vniuſcuiuſque voluntatis propoſitum ſecundum naturam, & neque à doctrina, neque ex libris ſcriptorum error & ſeductio, eò quod librorum ſcriptores nulli adhuc eſſent. Deinde etiam hoc animaduertendũ eſt, ipſum Epiphaniũ hęc aſſerere, nõ autoritate ſcripturę, ſed traditiõe, p quã etiã multa alijs in locis ꝓbat, vt intelligat lector qti ſemp venerabilis pater fecerit traditiõs, quantũue illis tribuere ſolit⁹ ſit. Cęterũ quod forſan qdam præmiſſis verbis obijcere cõtendũt, ꝓphetiam Enoch, quas Iudas Apoſtolus in epiſtola ſua

Traditiones ſemper magnifecit Epiphanius.

Liber Enoch inapocryphanumeratur.

la sua recenset, nihil aduersum nos facit, eò quòd liber ille, vnde prophetia illa desumpta est, inter apocrypha nunumeretur.

## CAPVT IIII.

HIs accedit, hanc aduersariorum sententiam, qua volunt nihil tenendum, credendum aut faciendum esse, nisi quod in scripturis habeatur, destruere semetipsam, quum nusquã hæc sentẽtia in scriptura canonica legatur. Si enim nihil recipiendũ est, nisi quod in scripturis ostenditur, & hæc sententia in sacris literis non inuenitur, qua fronte audent eam nobis obtrudere? Adhæc si nihil faciendum aut tenendũ est, nisi quod exertè in scripturis præcipitur, aut traditur, sancti Apostoli & Euangelistæ perperam egisse censentur, qui nouum conscripserunt Testamentum, quod eis commissum esse nusquã in scripturis legitur, neque Christus præcepit: Ite, scribite, sed prædicate Euangelium omni creaturæ. Cęterùm vt rationibus omissis, clarius demonstremus, non omnia quæ tenenda sunt, à

Mar. vlt.

scrip-

scriptura petenda esse, ac proinde non omnia diuinitus tradita in scriptura cõtineri, exemplis idipsum commonstrabimus, vt omnes videant multa in vniuersali Ecclesia esse recepta, & ea quidẽ ad salutem necessaria, quæ in scriptura canonica dilucidè non leguntur. Nónne credit & confitetur Catholica Ecclesia Trinitatem personarum, in vna simplicissima essentia? At quibus scripturis probari potest, tres personas, vnius esse essentiæ, & æqualis potentiæ? Ostendere quidem potest esse tres, patrem scilicet, filium, & spiritum sanctũ. Hoc enim Christus apud Matthæum c. vlt. & Ioannes Apostolus in 1. can. c. 5. clarè testantur. Verùm ostendere quòd hi tres debeant dici tres personæ, vt nos Latini dicimus, aut tres hypostases, quemadmodum Græci dicunt, scripturæ autoritate nemo potest, etiamsi omnes ingenij sui vires exerat, & omnes scripturarum sinus, locos & angulos excutiat quàm diligentissimè. Non hoc dicimus, quasi scripturis probari nõ possint hæc ipsa, sed quòd sub hac verborum

Trinitatem personarum in vna essentia, ex scriptura aperte non habemus.

rum

rum forma in ſcripturis non reperiantur. Licet enim nomen perſonæ non inueniatur in ſcriptnra noui ac veteris Teſtamenti dictum de Deo, tamen id quod nomen ſignificat, multis modis inuenitur aſſertum. Sic etiam nuſquã ſcriptum habetur Homouſion, aut conſubſtantialem patri eſſe Chriſtum. Non enim hæc verba in ſcripturis reperiuntur, ſed in ſymbolo Nicæno, vbi dicitur: Genitum non factum, conſubſtantialem patri : Item quod Chriſti anima benedicta poſt mortem ad inferos deſcenderit, nemo Euangeliſtarum expreſſe narrauit, ſed ex ſolo apoſtolico ſymbolo clarè conſtat. Eiuſdem rationis eſt, quantum ad claram expreſſamque ſcripturam attinet, quòd credimus ſpiritus ſancti diuinitatem & æqualitatem cum alijs perſonis, quòd eundẽ à patre ſimul & filio dicimus procedere, quòd duas in Chriſto naturas, in vnitate diuini ſuppoſiti adunatas, quòd duas voluntates in eodem. Quid, quòd perpetuam Mariæ virginitatem totap orbem confitetur Eccleſia, quã tamen ſcri-

scriptura diuina, non astruere, sed potius impugnare videtur, si corticem verborum sequaris, & intellectum praua impij Eluidij apprehendere malueris, quàm catholicam sequi Ecclesiam. Nam illius perpetuam integritatem impugnans, plurimas & ipsa prima fronte perspicuas adduxit pro sua parte scripturas, licet perperam intellectas. At quas scripturas nos proferre possumus pro perpetua illius virginitate? & tamen certò credimus, eam perpetuò fuisse virginem. Hęc exempla idcirco à me posita sunt, vt ostenderem, non omnia esse reijcienda aut abolenda, quę in scriptura claris verbis non exprimuntur, non quasi ambigens de eiusmodi sacrosanctæ fidei articulis, sed coactus & impulsus, per importunas aduersariorum falsissimi fundamenti assertores: non inquam vt eosdem articulos in dubium vocarem, aut infirmis scandalũ ingererẽ, aut fidẽ obscurarẽ (firmissimè emẽ illos cum Ecclesia catholica & credo & cõfiteor) sed vt

Mariæ virginitas perpetua exprcisis scripturæ verbis nó probatur.

fane sophisma falsitatis & deceptiõis fũ

damen-

damentum eorum subuerterem & reuellerem, nihil scilicet sine expressa scripturarum autoritate statuendum aut recipiendum esse in Ecclesia. Et quanquam multa iam dicta sint, tamen si nihil sine expressa scriptura statuendum de religione est, itemque nihil extraeandem recipiendum, cur Apostoli in primitiua Ecclesia statuerunt, à sanguine & suffocato abstinendum esse? fortasse dices, quòd præceptum esset in Geniſi, dicente Domino ad Noe & filios illius: Omnes pisces maris, manui vestræ traditi sunt, & omne quod mouetur & viuit, erit vobis in cibum. Excepto q̃ carnem cum sanguine non comedetis. Sed legis vmbra iam per lucem Euangelij discussa erat, iamque eiuscemodi pręcepta mortua erãt, & in morte Christi vigorem suum perdiderant. Adhæc etiam Christus illud præceptum liberum esse iussit, quando dixit: Quod intrat per os, non coinquinat hominem, sed quod procedit ex ore. Et Paulus: Non est, inquit, regnum Dei esca & potus, sed iustitia & pax, & gaudiũ in spiritu

Actor. 15.

Gen 9.

Obiectio.

Solatio.

Matt 15

Rom 14

ritu sancto. Cur itaq; apostoli abstinendum ab eo præceperunt, quod non antè præceperat Christus, sed liberũ esse iusserat? Præterea nõne Christus, cum Apostolos suos mitteret in vniuersum mundum, præcepit eis vt credituros baptizarent in nomine patris & filij & spiritus sancti? Nõne disertis verbis, eis baptizandi formam contradidit? Et tamẽ Apostoli leguntur multos baptizasse in nomine domini nostri Iesu. Quem baptizandi ritum Ecclesia postmodũ dimisit, & priorem reuocauit, & restituit. Deinde quòd voluit Christus prius esse docendos homines, & postea baptizandos, in paruulis siue infantibus obseruare non potuit, ecclesia, quos tñ religiosa consuetudine & Apostolica traditione abluendos ab originalis peccati macula per lauachrũ regenerationis ad Ecclesiã defert. Adde nusq̃ scriptum esse baptizatos ab hęreticis, minimè rebaptizandos esse, sed pro baptizatis ab Ecclesia recipiendos (modò forma Ecclesiæ seruata sit in collatiõe baptismi) & per solã manuũ impositionẽ reconcilian-

ciliandos esse Ecclesiæ. Nusquam enim hoc expressa permititit scriptura, neq; ex aliquo loco canonicæ scripturæ probari potest. Item quis est qui negare audeat Petrum & reliquos Apostolos baptizatos esse, & tamen per quam scripturam idipsum probari potest? Certè p nullam, quẽ admodũ licet videre apud Augustinum epist. 108. ad Seleucianã, vbi affirmat quidem eos baptizatos, & hoc ipsum indicasse Christum, quũ diceret ad lotionẽ pedũ Petri: Qui lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus: non tamen scriptum esse, quando baptizati fuerint, quanq̃ de hoc dubitandum non sit. Piget referre plura, quę in ecclesia catholica piè obseruantur, & religiose custodiuntur ac tenentur, de quibus vel subobscura, aut certè nulla habetur in sacris literis mentio, quę tamen tota ecclesiæ successio à spiritu sancto edocta, à temporib. Apostolorũ vsq; in præsens semp credidit, tenuit ac obseruauit, secura de pollicitatione Christi & magisterio spiritus sancti. De quibusomnib. D. Aug. in epist.

ioan. 13

epist. 118. ad Ianuarium inquit, Illa quę non scripta, sed tradita custodimus, q̃ quidem toto terrarum orbe obseruantur, datur intelligi, vel ab ipsis Apostolis, vel plenarijs Concilijs (quorum est in ecclesia saluberrima autoritas) commendata atque statuta retineri, sicuti quòd domini passio, & resurrectio, & ascensio in cœlum, & aduentus de cœlo spiritus sancti, anniuersaria solennitate celebrantur, & si quid aliud tale occurrerit, quod seruatur ab vniuersis, quacunq; se diffundat Ecclesia. Et iterum ibidem: Similiter etiam si quid horum, inquit, tota die per orbem frequẽtat Ecclesia. Nam hoc quin ita faciendũ sit disputare, insolentissimę insanię est. Hactenus ille.

Traditiones apostolicas nullo pacto debemus deserere.

Itaque nos hæc scientes, magno studio teneamus, quod tota Ecclesiæ successio à spiritu sancto edocta, semper credidit, tenuit ac obseruauit, nõ solùm quæ apertè in sacris literis traduntur, verùm etiam quæ per traditionem apostolicam ac ecclesiasticam nobis innotuerunt. Nam (vt Vincent. Lirinẽsis testa-

tur)magno metu nobis immutatæ fidei,ac temeratæ religionis piaculum, pertimeſcendum non ſolùm eſt, à quo nos non ſolùm conſtitutionis Eccleſiaſticæ diſciplina,ſed etiam cenſura apoſtolicæ deterret autoritatis.Scitum etenim cunctis eſt, quàm grauiter, quàm vehementer inuehatur in quoſdam B. Apoſtolus Paulus,qui mira leuitate nimium citò translati fuerant ab eo, qui eos vocauerat in gratiam Chriſti, in aliud Euangelium,quod non eſt aliud, qui coaceruauerant ſibi magiſtros ad ſua deſideria, à veritate quidem auditum auertentes,conuerſi verò ad fabulas,habentes damnationẽ.Et poſt pauca:Cùm Galatæ(inquit) nauſea quadã veritatis adfecti,apoſtolicę catholicęq; doctrinæ manna remouentes,hæreticę nouitatis ſordibus oblectarentur,ita ſe ſe apoſtolicæ poteſtatis exercuit autoritas, vt ſumma ſeueritate decerneret. Sed licet aut nos,inquit,aut angelus de cœlo euangelizet vobis præterquã qd euangelizauimus vobis, anathema ſit. Quid eſt quod ait, Sed licet nos? Cur

Gen. 19

non

non potius, Sed licet ego? hoc est, etiam si Petrus, etiamsi Andreas, etiamsi Ioannes, etiamsi postremò omnis apostolorũ chorus euangelizet vobis, præterq̃ quod euangelizauimus, anathema sit. Tremenda districtio, propter adserendam primæ fidei tenacitatem, nec sibi, nec cæteris coapostolis peperciſſe. Parum est etiam, si angelus, inquit, de cælo euangelizet vobis, ptæterquam qđ euangelizauimus, anathema sit. Non suffecerat ad custodiam, traditæ semel fidei, humanæ conditionis cõmemoraſſe naturã, nisi angelicã quoq; excellentiã cõprehendisset. Deinde paucis interpositis, postq̃ cõprobasset illa nõ solis Galatis esse dicta, sed cunctis ætatibus imperata subiecit. Annũciare ergo aliquid Christianis catholicis p̃ter id qđ acceperunt, nunq̃ licuit, nusq̃ licet. Nũ licebit & anathemare eos, qui annuncient aliquid p̃terq̃ quod semel acceptum est? nunquã nõ oportuit, nusquam non oportet, nunquam non oportebit. Quæ cũ ita sint, estne aliquis, vel tãtę audaciæ, q̃ p̃ter id quod apud Eccleſiã an-

nuntiatum est, annunciet, vel tantæ leuitatis, qui præter id quod ab Ecclesia accepit, accipiat? Clamet & repetendo clamet, & omnibus & semper, & vbiq; per literas suas clamet ille, ille? Vas electionis, ille magister gentium, ille apostolorum tuba, ille terrarum præco, ille cælorum conscius, vt si quis nouum dogma annunciauerit, anathemetur.

## CAPVT V.

HIS pro euersione ruinosi fundamenti aduersariorum interpositis, iam cœptum carpamus iter, & copiosius de ipsa serie successionis Episcoporum agamus, quæ vel vna est ex præcipuis Ecclesiæ notis. Nam hæc Episcoporum successio maximè in Romana Ecclesia tam magna & euidens est Ecclesiæ nota, vt vna fuerit ex veritatibus illis, quæ D. Augustinum in Catholicę ecclesiæ gremio retinuerũt. Sic enim hic in lib. quem scripsit contra epist. Manichæi, quam vocant fundamenti, c. 4. In catholica Ecclesia, tenet me ab ipsa sede Petri Apostoli (cui pascendas oues suas post resurrectionẽ Do-

Episcoporum successio in Romana Ecclesia.

dñs commendauit) vsque in præsentẽ episcopatum, succesio sacerdotum. Et in epist 165. ad generosum Donatistam, haud leue adfert argumentum contra Donatistas à certa illa succesione Romanorum pontificum: Si ordo (inquiens) Episcoporum sibi succedentium considerandus est, quanto certius & verè salubriter, ab ipso Petro numeram⁹, cui totius Ecclesiæ figuram gerenti dominus ait: Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi nõ vincent eam. Petro enim succesit Linus, Lino Clemens, Clementi Anacletus &c. In hoc ordine succesionis, nullus Donatista episcopus inuenitur. Sic & Epiphanius Constantię Cypri episcopus, contra sectam 27. scribens, recitat seriem summorũ Pontificũ, qui in Romana vrbe sibi inuicẽ successerunt. Et Cyprian⁹ lib. 1. epist. 6. ad Magnum scribens, argumentatur Nouatianũ in Ecclesia non esse, quòd Euangelica & Apostolica traditione contempta, nemini succedens, à seipso ordinatus sit. Nam ecclesia, inqt, vna est, quę vna, & Matt. 16

intus esse,& foris nõ potest.Si enim apud Nouatianum est,apud Cornelium non fuit.Si verò apud Cornelium fuit, qui episcopo Fabiano legitima ordinatione succesit,& quem præter sacerdotij honorẽ,martyrio quoque dominus glorificauit,Nouatianus in Ecclesia nõ est, nec episcopus computari potest, &c.Porro hæc episcoporũ succesio, in Romana Ecclesia præcipuè spectanda est,vbi hactenus perpetuò perdurauit. Nam quum alij multi episcopatus iam pridem defecerint,neq; illam sacerdotum succesionem reseruauerint,Sarracenis & Turcis omnia occupantibus,& præterea hæreticis & hæresibus frequẽter contaminatæ fuerint sedes episcoporum illoruu,vnica ista Romana cathedra,certissimam & stabilissimam pontificum seriem conseruauit. Quod robustissimum ac validissimum argumentũ est,eam non aliunde, quàm ex institutione diuina,hanc authoritatem & stabilitatem accepisse,pseueratura & duratura, nihilominus in eadem firmitate & autoritate vsque ad consummationem seculi

**Romana Ecclesia semper põtificum seriem stabilem ac certam conseruauit, quam ex institutione diuina accepit.**

ſeculi. Nam quemadmodum ex verbis D. Auguſtini diſcere licet, Chriſtus Petro figuram totius eccleſiæ gerenti, dixit: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiã meam, & portæ &c. Cui adijcitur quòd Lucas refert dominum dixiſſe ad Petrum. Ego pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua. Et quod Ioannes refert dominum poſt reſurrectionem ſuam dixiſſe eidem: Paſce oues meas. Hæc etenim ſunt Romani pontificis ſolidiſsima fundamenta, quę hæretici, ſciſmatici atq; tyranni, quantumuis furerent, quantauis etiam vterentur violentia, quantumuis eſſent robuſti, nunquam hactenus ſubuertere potuerunt, aut poterunt vnquam. Paſſa eſt ſedes illa per multa, multos ſuſtinuit fortiter inſultus, ſed ſemper euicit, ſolido nimirum innixa fundamẽto. Deſcendit pluuia, & venerunt flumina, hæreticæ ſeductionis & perſuaſionis, & flauerunt venti, hoc eſt tempeſtates violentæ perſequutionis, & irruerunt in domum illam, & non cecidit, quia fundata eſt ſupra petram. Innocentius autem

*Matt. 16. Romani primatus ſolidiſsi, ma fundamenta. Luc. 22. Ioan 21.*

tem huius nominis tertius pontifex in sermone quodam de cõseruatione pontificia apertis verbis declarat idipsum, dicens: dñs non quilibet, sed ille, qui in vestimento & in femore suo scriptũ habet, rex regum & dñs dominantium, de quo legitur quia dñs nomẽ est illi, per seipsum apostolicæ sedis primatum cõstituit, vt eius cõstitutioni, nulla possit audacia refragari, iuxta quod ipse testatur: Tu es Petrus & super &c. Cũ em̃ idẽ ipse sit fundator & fundamentũ ecclesiæ, ꝓfectò portę inferi ꝑualere non possunt aduersus eã, quia fundementũ immobile perseuerat de quo dicit apolus fundamentũ positũ est, ꝑter quod aliud poni nõ potest, ꝙ est Chr̃s Iesus. Licet ergo nauicula Petri magnis fluctib⁹ in medio mari sępe iactetur, ꝑsertim cum in ea dormit Iesus, nunq̃ tamẽ sub mergit̃, qa Iesus impat ventis & mari, & trãquillitas magna fit, ita vt hoĩes inde mirent̃ & dicãt: qualis est hic? qa vẽti & mare obediunt ei. Hęc est em̃ dom⁹ illa sublimis & stabilis, de qua veritas ait: Descẽdit pluuia, venerũt flumina, flauerũt vẽti & irruerũt in domum illam, &

nõ cecidit, fundata eñ erat supra petrã, sup illã videlicet de qua dicit Apostolus: Petra aũt erat Chrs. Patet ergo q; apostolica sedes non deficit in tribulatione, sed ꝓficit de Dei ꝓmissione, vt dicere valeat cũ ꝓpheta: In tribulatione dilatasti me, de illius ꝓmissione ꝓficit cõfisa, q; dixit Apostolis: Vobiscũ ero oĩbus diebus vsq; adconsummationẽ seculi. Porro si Deus nobiscũ, quis contra nos? Quia igitur constitutio hæc, nõ est ab hoĩe, sed à Deo, imo verius quia hæc constitutio est ab hoĩe Deo, frustra laborat hæreticꝰ vel schismaticus, frustra laborat ꝑfidus lupus, vt demoliatur vineam, vt tunicam scindat, vt euertat cãdelabrũ, vt lucernã extinguat, iuxta verbũ honorabilis legisdoctoris dicẽtis: Si ex hoibus est consiliũ dissoluetur, si vero ex DEO est nõ poteritis illud dissolue re, ne fortè & DEO inueniamini repugnare. ET iterũ: EGO ꝓ te rogaui Petre, vt nõ defi. &c: Rogauit (inqt) & impetrauit, qm̃ exaudit' est in oĩbus ꝓ sua reuerentia. ET ideo fides apostolicæ sedis, in nulla vnq̃ turbatiõe defecit, sed integra sẽꝑ & illibata ꝑmansit, vt Petri priuilegiũ

1. Cor. 10

Psal 4.
Matt. vlt.
Rom 8.
Ecclesia Romana frustra impugnatur.

Acto. 5.

perſiſteret inconcuſſum. Et iterum: Mi
Mart.16 hi (inquit) dicitur in apoſtolo. Tibi da:
Matt.18. &c. Cũ omnibus apoſtolis loqueretur, particulariter dixit, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retẽta ſunt. Cum autem ſoli Petro loqueretur, vniuerſaliter ait: Quodcunq; ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis &c. quia Petrus ligare poteſt cæteros, ſed ligari non poteſt à cæteris. Tu (inquit) vocaberis Cephas, quod exponitur caput, quia ſicut in capite conſiſtit omnium ſenſuũ plenitudo, in cæteris autem mẽbris, pars eſt aliqua plenitudinis, ita cæteri vocati ſunt in partem ſollicitudinis, ſolus autem Petrus aſſumptus eſt in plenitudinem poteſtatis. Et iterum, primatum (inquit) Petri dominus Ieſus Chriſtus, & ante paſsionem, & circa paſsionem & poſt paſsionem conſtituit. Ante paſsionem cum dixit: Tu es Petrus &c. Circa paſsionẽ quum ait: Simon ſathanas expetiuit vos &c. ego autem rogaui pro te &c. Poſt paſsionem verò quum tertio præcepit: Si diligis me, paſce oues meas.

meas. In primo sublimitas potestatis, in secundo constãtia fidei, in tertio pastura gregis erprimitur hæc ille. Quia itaq; à Deo stabilitatem accepit, idcirco superari nequit. Discurre per cæterorum Apostolorum sedes, & iam aut omnes vacuas inuenies, aut nõ legittimos habere successores, Nec Paulus, nec Ioannes nec Iacobus, neque cæterorum fere quisquam successionem hodie reliquit vllam. Soli Petro sua successio manet incolumis. Huc accedit, quod Romanæ cathedræ, nunquam vllus illusit hæreticus, neq; vnquam illius fundamẽta labefactauit. Alexandriam, Ephesum, Anthiochiã, expugnauit aliquando hæreticorum furor. At Romanæ Ecclesiæ inconcussam fidem, nulla vnq̃ violauit impietas, nulla de ea spolia, hæreticorum superbia reportauit. Quod D. Cyprianus li. 1. epist. 3. ad Corneliũ testatur, quum dicit, Romanorum fidem apostolo prædicante laudatam, ad quos perfidia non posit habere accessum. Vnde hoc? Quia (vt diximus) fundata est domus ista super petram, super verbum

Hæretica prauitas nunquam in Romana cathedra præualuit.

Matt. 7. Esa. 40. verbum dñi, quod manet inæternum, super veritatē infallibilem quæ ait: Cœlum & terra transibunt, verba autē mea

Matt. 24 Luc. 21. non transibunt. Voluit autem dominus hanc successionem à Petro sumere exordium, & ab ipso per successiones continuas, ad finem vsque seculi perdurare. Compertissimum equidem est, pontifices summos alterum post alterum hactenus in Ecclesia successisse, nec interruptam fuisse, successionis huius continuam progressionem, adhunc vsque diem. De qua quidem successione, intelligēda & accipienda esse verba Christi dicentis: Amen dico vobis, non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant, nōnulli voluerunt. Hæc (inquit Christus) generatio, nimirum quę tunc cœpit, & vsque ad finem mundi perdurabit. Apostoli etenim omnes præterierūt, & cęteri vniuersi, qui tum superstites erant, nec tamen ad hunc vsque diē impleta sunt cuncta, quæ tum prædixerat Christus. Palam est igitur ea verba de Christianorum generatione, quæ à Petro tum sumpsit initium

Successionem facer dotum voluit dominus exordium sumere à petro, & durare in Romana Ecclesia, vsque ad finem mundi.

Lu. 21.

intelligi

intelligi debere, Et certè non absque summa Dei prouidentia curatum est, vt Petrus in ea mundi parte sedem firmaret suam, vnde continua nobis & interrupta, pontificum siue sacerdotum successio propagata sit. Cæterùm quoniam hanc autoritatem, stabilitatem, & successionem cathedræ Romanæ, diximus esse ex ordinatione & institutioue diuina, oīs cathedra quæcunq; ab hac deficit, aut ei aduersatur, quia ibi institutio Dei non est, ibi cathdera pestilentiæ reperiī. Vnde D. Augustinus in li. quęstionum veteris &no. testam. quęstione centesima decima: Hanc (inquit) dicimus cathedram pestilētiæ, quæ extra Dei ordinationē est, adhoc vtiq; inuenta, vt iniqua inde exeant iudicia. Propterea pestilētiæ cathedra dicta est, quia est corruptio quæ parit mortē, sicut & iniquitas damnationem, Non est ergo à Deo, quæ est cathedra mortis. Et iterū: Vbi hæc institutio non est, ibi cathedra pestilentiæ reperiī. Et iterū: Vbi cathedra pestilentię est, non potest iudicium non esse iniquum, quamuis quædam sibi

Cathedra pestilentię

sibi applicent, velut velamina, quibus impietatem contegant, vt videntes fallantur. Non potest enim sola impietas proponi, quia non inuenit emptorem, & vbi lex diaboli est, si ipse nominetur, horretur. Sed sicut mel veneno admiscetur per quod lateat, ita & legi diaboli, quædam iusta admiscent, & nomen applicant veritatis, sed vniuscuiusque sensus est iudicãdus, quia ideo aliquando aliquid verum ostendit, vt fallat, vt cum maligna prædicat, bona putentur. Quoniam cathedram pestilentiæ, non esse de Dei ordinatione asseuerauimus, etiam eorum qui extra Ecclesiam, vel contra Eccieſiã, sedes sibi instituerunt, cathedram pestilentiæ dicimus. Qui enim inconcessa præsumit, reus est, quanto magis si & corrumpat traditionem eius, cuius sedem vsurpat? Nam & ordinem ab Apostolo Petro cœptum, & vsque ad hoc tempus per traducem succedentium episcoporum seruatum perturbant, ordinem sibi sine origine vendicantes, hoc est, corpus sine capite profitentes, vnde congruit etiam sedem eorum,

orum, cathedram pestilentiæ appellare. Nec enim ideo impune erit, quia sub dei nomine hoc agunt. Constat enim suas illos causas sub Dei nomine agere. Non enim zelo Dei hoc agunt, sed sibi locũ volentes defendere, Cum sciamus Chore & ducentos quinquaginta viros per prę̃sumptionem Deo offerentes, hiatu terræ absorptos esse, & Oziam regem cum deo illicitè obtulisset, lepra in fronte percussum: hactenus ille.

Ecclesiæ clarissima nota, est Episcoporũ successio.

Rectè diximus hanc successionem episcoporum in Romana Ecclesia, esse vnã ex præcipuis notis Ecclesiæ. Nam ibi est vera Ecclesia, vbi est legittima sacerdotum & Episcoporum successio, & ab hac successione semper doctrinæ veritas est petita. Ibi enim doctrina apostolorum est, vbi est legittima Episcoporũ successio, à temporibus apostolorum, ad hæc vsq; nostra. Quantumlibet autem aduersarij (qui hanc Ecclesiæ nostram negant, quia eam nõ habẽt, reclament, est tamen nihilominus omnium clarissima Ecclesiæ nota, & ei maxime propria est habẽda, quamq; patres sem-

per agnouerunt. Porro retulimus quædam solidissima fundamenta primatus Petri, sed possunt adnotari multo plura. Quod sanctissimus martyr Ioannes Roffensis Episcopus, in confutationem vigesimi quinti articuli Lutheri contra primatũ Romani pontificis, diligenter facit, multos locos sacræ scripturæ producens, quibus primatus Petri veritatẽ ostẽdit. Quẽ nos magna ex parte sequuti, in li. disputationum nostrarũ aduersus hæreticos, & præcipuè in propugnatione interrogationis quintæ, Velsio hæretico à nobis ꝓpositæ, easdem scripturas expendimus & explicauimus, ita vt iam viginti duo loca enumerare possimus. Primo Christus vni Petro, regni sui claues promisit. Matt. 16. Secundo vni Petro dictum est, vt fratres confirmaret. Luc. 22. Tertio soli Petro dictũ est: pasce oues meas, pasce agnos meos. Ioan. 21. Quarto, Christus singulariter dixit Petro: Sequere me. Ibidem. Quinto Petrus solus in mare se misit, & venit ad Iesum. Ibidẽ. Sexto solus Petrus post Christũ, ambulauit sup aquas. Mat. 14.

Primatũ Petri 22 scripturarum loca comprobant

Septimo,

Septimo, vnicũ Petrum appelauit Cephã & Petrũ, Octauo Petrus primus inter apoſtolos nominatur. Nono, Chriſtus Petri nauẽ aſcendit. & rogauit eũ à terra reducere puſillũ. Decimo Chr̃s in vltima cœna, venit primo ad Simonẽ Petrũ, lotur⁹ pedes apoſtolorũ ſuorũ. Vndecimo, in ſoluendo didrachmate, Petrus ſol⁹ præ cæteris apoſtolis, Chr̃o adiunctus fuit. Duodecimo, angelus ad Petrũ noĩatim, mulieres dn̄icæ reſurrectionis nũcias, miſit. Mar. vlt. Decimo tertio, poſt reſurrectionẽ ſuã Chriſtus Petro citius quam alijs apoſtolis apparuit. Decimo quarto, tã inſignẽ Petri lapſũ, Euangeliſtæ, non ſine cauſa, tãto ſtudio expreſſerũt. Decimo quinto, cũ Ioĩes p̃ curreret, Petrus tamen primo ſepulchũ Chriſti eſt ingreſſus. Decimo ſexto, in ſubrogatiõe S. Mat. apoſt. Petrus toti⁹ rei geſtæ, autor fuit prẽcipuus. Decimo ſeptimo, in die pẽtecoſtes, ſolus Petrus concionẽ habuit. Decimo octauo, ſolus Petrus, licet adeſſet Ioannes, claudũ ſanauit. Decimo nono, Petri iuſſu, Ananias & Saphira ſubito moriunt̃. Vigeſimo,

Marc. 8. Ioan. 1. Matt. 16. Marc. 10. Marc. 3. Luc. 6. Luc. 5. Ioan. 18 Matt. 17 Luc. 24 Matt 26 Marci 14 Luce 22 Ioan. 20 Act. 1 Acto 2 Acto. 3. Acto

Petri miracula singulariter, præ cætero rum miraculis describuntur. Act. 5. Vigesimo primo. Solus Petrus in Cæsarea visionem vidit de gentium vocatione, ac admissione ad fidem, Vigesimo secundo ac vltimo. In synodo Hierosolymitana, suam sententiam Petrus primũ dixit. Act. 15. Has viginti duas prærogatiuas Petri, quas ex scripturis colligimus, comprehẽdimus sub quindecim, in libro paulo ante citato, quemadmodum diligenter legenti, patebit.

## CPVT VI.

PORro quoniam hæc ita se habent. idcirco de hac ecclesia Romana, patres tam magnifice sunt loquuti, Vnde Irenæus li. 3. c. 3. aduersus hęreses, Romanam ecclesiam vocat maximam & antiquissimam & omnibus cognitã, à gloriosissimis duobus Apostolis Petro & Paulo Romę fundatam & constitutam. Adhanc (inquiens) Ecclesiam, propter potentiorem principalitatem, necesse est omnem conuenire Ecclesiam, hoc est, eos qui sunt vndique fideles, in qua semper ab his qui sunt vndiq;, conser-

uata

uata est ea, quæ est ab Apostolis traditio. Hinc & Anacletus beatissimus mar- Dist 21 c.
tyr & pontifex, ait: Hæc sacro sancta Ro- sacro san-
mana & Apostolica ecclesia, non ab Apostolis, sed ab ipso Domino saluatore nostro primatũ obtinuit, sicut ipse beato Petro Apostolo dixit: Tu es Petrus, &c. Hinc est etiam quod præclarissimus martyr & Episcopus Ignatius in epist. 2. quæ est ad Romanos, dicit Romanam Ecclesiam sanctificatam & illuminatam in voluntate Dei, Deo dignam, eminentia dignã, beatitudine dignam, laude dignam, fide dignam, & fundatam in dilectione & fide Christi. Hinc quoq; Lutius martyr & põtifex, 24. q 1.
hæc sancta (inquit) & Apostolica, mater omnium ecclesiarum Christi Ecclesia, quę per Dei omnipotentis gratiam, à tramite Apostolicæ traditionis, nunquam errasse probatur, nec hæreticis nouitatibus deprauanda succubuit, sed vt in exordio normam Christianæ fidei percepit, ab autoribus suis Apostolorum Christi principibus illibata fidetenus manet. Audis hic Petri sedem nun-

quam à tramite veritatis aberraſſe, nec hæreticis prauitatibus deprauandam ſuccubuiſſe, ſed in illibata fide, quam in exordio fidei Chriſtianæ percepit, perſtitiſſe hactenus. Quæ verba veritatem habent, etiam ad noſtra hæc tempora relata. Nam hæc Petri ſedes adhunc vſque diem, abſque aliqua hæreſeos nota, manet inuiolata, ſolidiorq; ſaxo quolibet ipſa perdurat, Et. 24. q. 1. habentur multi canones, quibus oſtenditur Romanam eccleſiam, nunquam in hæreſim cecidiſſe. Vnde D. Ber. epiſt. 190. ad Innocentium papam. Oportet (inquit) ad veſtrum referri apoſtolatum, pericula quæque & ſcandala emergentia in regno Dei, ea præſertim quæ de fide contingunt. Dignum namq; arbitror, ibi potiſsimum reſarciri damna fidei, vbi non poſsit fides ſentire defectum. Hæc quippe huius prærogatiua ſedis. Cui enim alteri aliquando dictũ eſt, ego pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua? Ergo quod ſequitur, à Petri ſucceſſore exigitur: Et tu aliquando conuerſus, confirma fratres tuos. Audis ſententia

Luc. 22.

D. Ber-

D.Bernardi pericula & ſcandala quæque,prçcipuè quæ ſunt de fide,ad iudicium ſummi pontificis Romani referẽda eſſe,& hanc eſſe prærogatiuam Romanæ ſedis,vt ibi non poſsit fides ſentire defectum. D. quoque Hieronymus in epiſt.ad Damaſum papam, teſtatur apud Romanos ſolos in corruptam patrum ſeruari hæreditatem. Ibi ceſpite terram fœcundo,dominici ſeminis puritate,centenos fructus referre.D.quoq; Cyprianus li.1.epiſt.3. ad Cornelium,vocat Petri cathedram Romanam eccleſiã,principalẽ eccleſiã,vnde vnitas ſacerdotalis exorta ſit.Et li.4. epiſt.8.Romanam eccleſiam, matricem vocat eccleſiarum,vnde & alios hortatur,vt Eccleſiæ Catholicæ matricẽ & radicem,agnoſcerent ac tenerent. Tertullianus etiã in li.de præſcrip.hæreti.fœlicem vocat Romanam Eccleſiã,cui totam doctrinam, apoſtoli cum ſaguine ſuo profuderint,vbi Petrus paſsioni dominicę adæquatur,vbi Paulus Ioannis exitu coronatur,vbi apoſt. Iohãnes poſtea quã in oleũ igneũ demerſus, nihil

passus est, in insulam relegatur. Idem in eodem libro diligenter inculcat & monet, apostolicas cathedras requirendas esse, harum doctrinam traditionemq; amplectendam contrà hæreticos. Sed & D. Hieronymus in epist. ad Theophilum, dicit Romanam fidem apostolico ore laudatam, cuius se esse participem, Alexandrina Ecclesia gloriatur. Hic quantum Romanę sedi censeat deferendum, vel inde luculenter ostendit quòd quum Romanus ipse non esset, tamen apertè fatetur satis sibi esse, si suam fidem, quibusuis improbantibus aliis, comprobaret papa Romanus: Mihi (inquit) in iã citata epist. cathedram Petri, & fidem apostolico ore laudatã, censui consulendam, inde nunc animę meę postulans cibum, vnde olim Christi vestimenta suscepi. Et iterũ: Ego (inquit) nullum primum nisi Christũ sequens, beatitudini tuæ. i. cathedræ Petri communione consocior, super illã Petram ædificatam Ecclesiã scio, Quicunq; extra hanc domum agnum comederit, prophanus est: Si quis in arca Noe non

24. 4. lib. can hæc est fides.

non fuerit, peribit regnante diluuio. Quid Leonem Papam sanctissimum & eruditissimum cõmemorem, qui multis in locis, huius ecclesiæ & fidei laudes concelebrat, peculiariter verò in sermone secundo & tertio, quos habuit jn anuiuersario die ordinationis suæ? D. Athanasius ad Marcum Romanæ vrbis episcopum scribens : Optamus, inquit, vt à vestræ sanctæ sedis ecclesię autoritate (quæ est mater & caput omniũ ecclesiarum) ea ad correctionem & recreationem fidelium orthodoxorum percipere, per præsentes legatos mereamur, quatenus vestra fulti autoritate, vestrisque precibus roborati, illęsi à memoratis æmulis sanctæ dei ecclesiæ & nostris, euadere, nobisque commissos eruere valeamus. Quibus verbis haud obscurè indicat, imò euidentibus verbis exprimit, Romanam Ecclesiam matrem & caput esse omnium Ecclesiarum. Et Innocentius 3. Spõsus, inquit, sum, quia habeo nobilem, diuitem, & sublimem, decoram, castam, gratiosam, sacro sanctam Romanam ecclesiã, quæ

disponente Deo, cuctorum fideliũ mater est & magistra. Hæc est Sara maturior, Rebecca prudentior, Lia fœcundior, Rachel gratiosior, Anna deuotior, Susanna castior, Iudith animosior, Edissa formosior. Multæ filiæ congregauerunt diuitias, hæc autem sola supergressa est vniuersas. Cæterùm si adhuc modum horum patrum aut aliorum sententias pro autoritate cathedræ Romanæ in medium adferre libitum esset, non dubium quin multo plures producere possemus.

## CAPVT VII.

SEd fortasse horum patrum sententijs, & Romanæ Ecclesiæ præconijs quidam aut inuidi aut increduli obiectabant, atque hunc fermè in modũ obstrepere non cessabunt: Quis negat (dicent) Ecclesiam Romanam à summis illis viris collaudatam pro meritis suis, quando laude dignissima fuit, eò quòd põtifices haberet doctissimos pariterq; sanctissimos, clerum florentissimũ, & populum modestissimum? At nunc, quando Romana curia facta est omnium

nium malorum lerna, quando in ea tot tamq́ue horrenda conſpiciuutur ſcandala, quando tam multi cernuntur abuſus, quis eius tam inepta ferat patienter præconia? quis patientibus auribus audiat tam inſulſas laudes? Quaſi nos vitiorum atque abuſuum, patroni potius eſſe ſtatuiſſemus, quàm veritatis atque dignitatis. Non enim hæ laudes ipſos Eccleſiæ Romanæ, pontifices homines reſpiciunt, ſed potius autoritatem, dignitatem atque prærogatiuam, quam illa Eccleſia à Chriſto in Petro accepit. Quòd ſi quid vitij ineſt hominibus, ꝓpterea non continuò poteſtate priuantur atque dignitate quam acceperunt. Niſi fortè velimus reuocare articulos damnatos Ioannis Vvicleui & Ioannis Hus, volentium papam malum non habere poteſtatem ſuper fideles, nec caput eſſe Eccleſiæ, imò nec membrũ illius. Quod tam longè abeſt à nobis, quã certò ſcimus eoſdem in Concilio Conſtantienſi fuiſſe dãnatos quàm iuſtiſsimè. Siquidẽ Iudas Apoſt. licet eſſet fur & ꝓditor domini ſui, tamen quamdiu vixit,

*Miniſtri mali propter malitiam non amittunt ordinis poteſtatem.*

vixit, apostolatus dignitate exutus nō est. Et Cayphas, tametsi esset pessimus, & qui pecunia Pontificatum sibi comparauerat, non tamen idcirco Pontifex non fuit. Petrus post acceptas claues apud Matthęum c. 16. peccauit, quia audiuit, Vade post me Sathana, & postea negauit Christum, non tamen idcirco primatum amisit. Et apostoli cæteri post electionem suam ad officium apostolatus, imò post acceptas claues apud Matthæum cap. 18. peccauerunt, quia in passione domini fugerunt: & Thomas credere noluit, & tamen apostoli permanserunt. Et inter septem Diaconos vnus Nicolaus, non modò impietate hæretica, sed etiam vita (vt aiunt) execrabilis fuit, & tamen diaconus permansit. Non enim potestatem suam ob peccata quædam amittunt. Deformat quidem dignitatem eorum vita corrupta, verùm nequaquam tollit aut extinguit eorum quam habent in officio potestatem, neque ipsarum sedium (quibus præsident) auferunt prærogatiuam. Aliud (inquit sanctissi-

mus

mus & eruditiſsimus Papa Leo epiſt. 53. ad Anatholium Conſtantinopolitanũ Epiſcopum. Et epiſt. 62. ad Maximum Anthiochænum epiſcopum ſcribens) ſunt ſedes, aliud pręſidentes. Et ſi diuerſa nonnunquam ſunt merita pręſulum, tamen iura permanent ſedium, quibus & ſi poſſunt ęmuli perturbationem forſitaſsis aliquam inferre, non tamen poſſunt minuere dignitatem. Neque enim propterea Alexandrina Eccleſia, perdidit dignitatem ſuam, quia Dioſcorus eius antiſtes multa impiè geſſerat, & in impietate manebat: neque ſplendor tãtæ eccleſiæ (quæ à beato Marco beati Petri diſcipulo fundata eſt) tenebris potuit obſcurari alienis. Et D. Auguſtinus lib. 2. cõtra literas Petiliani cap. 51. Quum enim Petilianus noſtris obieciſſet, dicens: Si cathedram vobis miſeri vendicatis, habetis illam profectò quã Dauid Propheta pſalmographus peſtilentiæ cathredam pronunciauit: vobis enim iuſtè relicta eſt, quia in ea ſancti ſedere non poſſunt. Adhæc reſpondit D. Auguſtinus: Hæc non vides, ali qua

*Sedibus ſuis non derogat malis præſidẽtes.*

liqua esse documenta, sed vana conuitia. Hoc enim est illud, quo paulò antè dixi: Verba legis dicitis, sed in quos dicatis non attenditis: sicut diabolus verba legis dicebat, sed cui diceret nō agnoscebat. Ille caput nostrum sursum ascensurum, deorsum volebat dejicere, vos autem corpus eiusdem capitis, quod per totam terram diffusum est, ad exiguam partem vultis redigere. Certè ipse paulò antè dixisti, nos legem nosse & legaliter loqui, sed in actibus erubescere. Dicis quidem ista nihil probans. Sed & si de aliquibus probares, de his cæteris non perscribe res. Veruntamen si omnes per totum orbem tales essent, quales vanissimè criminaris, cathedra tibi quid fecit Ecclesiæ Romanæ, in qua Petrus sedit, & in qua hodie Anastasius sedet, vel Ecclesię Hierosolymitanę, in qua Iacobus sedit, & in qua hodie Ioannes sedet, quibnos in catholica vnitate cōnectimur, & à quibus vos nephario furore separastis? Quare appellas cathredrā pestilentię, cathredrā apostolicā? Si propter homines

mines, quos putas legem loqui, & nõ facere, nunquid dñs Ieſus Chriſtus, propter Phariſæos, de quibus ait: Dicunt enim, & non faciunt, cathedræ, in qua ſedebant vllam fecit iniuriam? Nõne illam cathredram Moyſi commendauit, & illos ſeruato cathedræ honore redarguit? Ait enim: Super cathedram Moyſi ſedent, quæ dicunt facite: quæ autem faciunt, facere nolite: dicunt enim & non faciunt. Hæc ſi cogitaretis, non ꝓpter homines, quos infamatis, blaſphemaretis cathredrã apoſtolicã, cui nõ cõmunicatis. Sed quid eſt aliud q̃ neſcire dicere, & tñ non poſſe niſi maledicere? Hactenus ille. Sic itaq; propter vitia aut ſcandala quędã (quibus tamẽ haud quaquam patrocinamur, quęq́; nullo pacto defendimus) nõ cõtinuò amittũt officij ſui poteſtatẽ, neq; vitia aut imꝓbi mores præſidentiũ, tollunt prærogatiuas ſediũ. Si tñ vera ſunt quæ aduerſarij illis adfingunt. Dicunt multa, ſed nihil probãt, ſed & ſi de aliquibus ꝓbare poſſent, de his tñ cęteris nõ ꝓſcriberẽt. Adhęc idcirco credim⁹ eos cõuitijs & maledi- Matt. 23

dictis agere, quòd videant se superatos veritate. Etenim quoniam veritatem, quam tenemus & defendimus, vident tanta firmitate roboratam, & tanta luce illustratam, vt quid contra eam dicendum sit, quo conuicta refelleretur, non inueniant, conuitijs, calumnijs, medacijsque agunt, vt nostri ijs permoti & territi, susceptam causam deserant, & apud rudem plebem soli videantur victores. Sed de his hactenus.

## CAPVT VIII.

Vnio Ecclesiæ dupex est.

NVnc de ipso vinculo vnionis & pacis dicturi, de ipsa Ecclesiæ vnione distinctionem præmittemus. Est enim vnio Ecclesiæ duplex: Vna quæ est per fidem, per quam omnes fideles sunt grex sub vno pastore. Et hæc est illa Ecclesia, quæ in Euangelio aliquando comparatur sagenæ missę in mare,

Matt. 13

& ex omni genere piscium congregan ti: aliquando decem virginibus, è qui-

ibidem

bus quinque erant fatuæ, quinque prudentes. Et hanc vnionem rumpit hæreticus. Alia autem est vnio, quæ fit per charitatem, per quam tanquam per iun

cturas membra iunguntur, nimirum vt capiti suo Christo cohæreant. Et hoc modo vnitas Ecclesiæ, consistit in vnitate charitatis, qua membra inuicem se diligunt, & Deum. Et huic vnioni, schisma (quod scissuram siue diuisionem latinè sonat) repugnat, eamque diuidit. Nam sæpenumero euenit, vt quispiam schismaticus dicatur & sit, qui tamen nulla hæreseos macula notari potest, sed credat Ecclesiam esse omnium matrem, fidemque teneat, quam catholica tenet Ecclesia, licet recusset capiti sese subdere, & membris alijs coniungi capiti cohærentibus. Porrò ad vtramque vnionem tenaciter conseruandã, præcipuè tamen eam quæ est per charitatẽ (hæc enim prærequirit vnionem, quæ est per fidem) audiamus apostolũ. Obsecro (inquit) vos fratres, per nomen domini nostri Iesu Christi, vt id ipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata. Sitis autem perfecti, in eodẽ sensu, & in eadem scientia. Et iterum: Obsecro vos vt dignè ambuletis, vocatiõe qua vocati estis, cum omni humilitate

Vnio vt conseruari possit, quæ sint necessaria

1. Cor. 1.

Ephe. 4

& mãſuetudine, cum patientia ſuppor tantes inuicem in charitate. Soliciti ſer uare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis. Vnum corpus, & vnus ſpiritus, ſicut vocati eſtis in vna ſpe vocatiõis veſtræ. Vnus dominus, vna fides, vnum baptiſma. Vnus Deus & pater omnium, qui ſuper omnes & per omnia, & in omnibus nobis. Vnicuique autem noſtrûm data eſt gratia, ſecundum mẽſuram donationis Chriſti, &c. Et ipſe dedit, quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam aũt prophetas, alios verò Euangeliſtas, alios autem paſtores & doctores, ad conſummationem ſanctorũ in opus miniſterij, in ædificationem corporis Chriſti, donec occurramus omnes in vnitatem fidei, & agnitionis filij Dei, in virũ perfectum, in menſuram ætatis, plenitudinis Chriſti, vt iam non ſimus paruuli fluctuantes, & circunferamur omni vento doctrinę, in nequitia hominum, in aſtutia, ad circunentionem erroris. Veritatem autem facientes in charitate creſcamus in illo per omnia, qui eſt caput Chriſtus, ex quo totũ corpus cõpa

ctum

ctum & cõnexum per omnem iunctu-
ram ſubminiſtrationis ſecundum ope-
rationem in menſuram vniuſcuiuſque
membri augmentum corporis facit in
ædificationem ſui in charitate. Quibus
verbis quid aliud quàm diſſenſionem
prohibet,& charitati ſtudendũ monet,
ne ſpiritum vnitatis & pacis amittant fi
deles?Porrò diſſenſionem vitamus, &
vnitati atq; charitati ſtudemus,quando
dignè ambulamus vocatione qua voca
ti ſumus, rectęq; in pręceptis domini
incedimus,quando cum omni humilita
te & manſuetudine cum patientia ſup-
portamus inuicem in charitate. Hæc e-
nim pariunt concordiam atq; vnitatem
animorum.Perturbatio autem & inqui
etudo,ſuperbia,iracundia & impatien-
tia,contentionem & diſcordiam gene-
rant, quę corrumpunt fœdera pacis.
Hanc autem vnitatem ſpiritus, vel ob
id ſectandam & amplectendam docet,
quod vnum corpus ſimus, vt quia vnũ
corpus eſt eccleſia,vnum etiã ſapiat po
pulꝰ,qa vna eſt fides,hoc eſt,vnũ qd̃ cre
ditur, quia vnus ſpiritus,vna ſpes voca-

tionis noſtræ, vnus dominus, vnum baptiſma, vnus Deus & pater omnium. Quia itaque hæc omnia, quæ enmerat vnitatatis ſunt, vn⁹ debet eſſe & anim⁹ populi vt in nullo diſſentiat. Porrò vt hæc vnitas, melius illibata & imperturbata perpetuo & forti connexionis vinculo perſeuerare poſſet, dedit vnicuiq; noſtrûm gratiam, ſecundum menſurá donationis Chriſti: & cum hoc etiam dedit quoſdam Apoſtolos, & cæteros, quos enumerat vſque ad conſummationem ſeculi, vt non ſimus ſicut paruuli fluctuantes. Vbi planè docet, diuerſa & varia in Eccleſia data eſſe dona, diuerſos & varios in Eccleſia ſtatus & gradus conſtitutos, ad prædictam ſcilicet vnitatem Eccleſiæ conſeruandam, vt vnuſquiſque ſuo officio intentus, ad eccleſiæ ædificationem laboret. Nã huiuſcemodi officia, ordines, & miniſteria, ob id ſunt in Eccleſia, vt prouehantur & cõſummentur fideles (qui fidei ſacrameto initiati & à peccatis mundati, ſancti vocantur) ad ſalutem & in ædificationem corporis Chriſti, vt ſcilicet per eos

1, Cor, 12

Ephe 4

Vnitas Eccleſiæ vt conſeruari poſsit, neceſſarius eſt ordo in ea

eos qui in Ecclesia eiuscemodi functiones habent, populus Christi meritò & numero ipsis ducibus augeatur, & vt p eorum curam & ministerium in fide sana & probatis operibus Christi fideles vnanimiter perseuerent, donec ad æternam salutem spiritualiter salubriterq; consummantur. Hæ autem functiones ob salutem Christi fidelium, durabunt in ecclesia vsque ad consummationem seculi. Nam quia Christus hanc ecclesiæ vnitatem in hyerarchico ordine durare voluit vsque ad finem, idcirco in locum apostolorum diuina dispensatione successerunt episcopi, qui singuli singulis ecclesijs (vt D. Hieronymus inquit) in schismatis remedium prępositi sunt, ne vnusquisque ad se trahens Ecclesiam Christi, vnitatem rumperet. Inter episcopos quoque cuiusque prouinciæ, vnus Archiepiscopus, qui Metropolitanus, & inter metropolitanos patriarchæ seu Primates constituti sunt, quorum Romanus, veluti cathedram Petri, vicaria successione obtinẽs, primas iudicatus est, nõ ꝙ dignitate sacer-

dotali cæteros antecelleret, sed magis amplitudine solicitudinis, & prærogatiua iurisdictionis, vt ecclesiæ vnitas conseruaretur, anteiret. Nam (quemadmodum suprà ex D. Cypriano attulimus) ab hac Petri cathedra, Rom. scili cet ecclesia, vnitas sacerdotalis exorta est. Hæc vnitas, certissimum est signum Ecclesiæ, & pręcipua dos atque nota, quo catholica Ecclesia, dinoscitur ab hę retica, & sathanę synagoga, q̃ quoties nomẽ charitatis & vnitatis audit, toties sibi suam diuisionẽ exprobrari putat. Sed tñ nihilominus, reclamet licet synagoga perfidiæ, certissimũ & maximè propriũ ecclesiæ signum est vnitas, nó carnis, sed spiritus, ad quã hortatus est Paulus (vti dictum est) & quam Christus summo studio nobis commendatam voluit, dicens ad patrem: Pater sancte, serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, vt sint vnum sicut & nos. Et paucis interpositis: Non pro eis (inquit) rogo tantùm, pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me, vt omnes vnum sint, sicut tu pater in me,

Vnitas Ecclesiæ certissima est nota illius

Ioan 17

me, & ego in te, vt & ipsi in nobis vnum sint. Quid enim aliud hisce verbis precatus est, quàm vt vnum cum ipso, & vnum inter nos essemus? quia non pro ijs tantùm rogauit, qui tum præsentes aderant, verùm & pro ijs, qui crediturí essent per sermonem eorum quotquot in præsenti crederent, quotquot posteris etiam ętatibus, alij per alios essent credituri: pro his omnibus, inquam, orauit, vt omnes vnum essent ex vniuersis, qui continua successione Euangelium scripturi erant, vnã congregationẽ constituens, quę propterea Catholica, hoc est, vniuersalis Ecclesia nominatur, vt quæ non in aliqua orbis parte, sed in vniuerso orbe: neq; ad certum aliquod tempus, sed ad consummationem vsque seculi, ex omnium hominũ nationib. esset cõgregãda ad incõphensibilẽ inter sese, & cũ ipso vnionẽ. Quã quo diligẽtius inter nos retinere studeremꝰ, nõ solũ vinculũ illius pacẽ, legare nobis testamẽto, sed & mortẽ tã acerbã & ignominiosam pro nobis sub ire dignatus est. Nã mortis eius nõ alia

fuit causa, quam vt filios Dei, qui erant
Ioan. 11 Ioan 11 disperſi congregaret in vnum. Hanc i. taque Eccleſiam profitemur vnam, vt quicquid præter vnam eſt Eccleſiam, Sathanæ ſynagoga, non eccleſia poſsit nuncupari.

## CAPVT IX.

Vnitas per epiſcopos fouenda, vindicanda & tuenda eſt

PORRÒ quamdiu hæc vnitas, atque hic ordo cuſtoditur, & per legitimam ſucceſsionem & induſtriam epiſcoporum ac ſacerdotum conſeruatur, tamdiu vinculum iſtud charitatis, omnibus chariſmatibus ſupereminens inprimis firmatur. Notanter diximus ſiue adiecimus, & per legitimam ſucceſsionem & induſtriam epiſcoporum ac ſacerdotum conſeruatur, eò quòd ab epiſcopis maximè (qui in Eccleſia apoſtolorum loco præſident) hæc vnitas firmiter tuenda & vindicanda ſit, quémadmodum D. Cyprianus lib. 3. epiſt. 13. & lib. 2. epiſt. 10. & in tractatu 3. de ſimplicitate prælatorum diligentiſsimè inculcat, dicẽs: Idcirco copioſum eſt corpus ſacerdotũ, cõcordiæ mutuę glutino atq; vnitatis vinculo copulatũ, vt ſi quis

Cypri lib. 3. epiſt. 1

quis ex collegio noſtro hæreſim facere, & gregem Chriſti lacerare & vaſtare tentauerit, ſubueniant cæteri, & quaſi paſtores vtiles & miſericordes, oues dominicas in gregẽ colligant. Et iterum. Hanc vnitatem (inquit) firmiter tenere, & vindicare debemus, maximè Epiſcopi, qui in Eccleſia præſidemus, vt epiſcopatum quoq; ipſum, vnum atq; indiuiſum probemus. Nemo fraternitatẽ mendacio fallat, nemo fidei veritatem, perfida præuaricatione corrumpat. Epiſcopatus vnus eſt, cuius à ſingulis in ſolidũ pars tenetur. Eccleſia vna eſt, quæ in multitudinem latius incremento fœcunditatis extenditur, quomodo ſolis multi radij, ſed lumem vnum, & rami arboris multi ſed robur vnum, tenaci radice fundatum. Et cum de fonte vno, riui plurimi defluunt, numeroſitas licet diffuſa videatur exundantis copiæ largitate, vnitas tamen ſeruatur in origine. Auelle radium ſolis à corpore, diuiſionem lucis vnitas non capit. Ab arbore frange ramum, fractus germinare non poterit. A fonte præcide riuum,

Cyp. in tract. de ſimplic. prælatorum.

Vnitas Eccleſiæ ſimilitudinibus probatur.

præciſus areſcet: Sic & Eccleſia domini luce perfuſa, per orbem totum radios ſuos porrigit, vnum tamen lumen eſt quod vbique diffunditur, vnitas corporis ſeparatur, ramos ſuos in vniuerſam terram copia vbertatis extendit, profluentes largiter riuos latius expandit, vnum tamen caput eſt, & origo vna, & vna mater fœcunditatis ſucceſsibus copioſa, Illius fœtu naſcimur, illius lacte nutrimur, ſpiritu eius animamur. Adulterari non poteſt ſponſa Chriſti, incorrupta eſt & pudica. Vnam domum nouit, vnius cubiculi ſanctitatem, caſto pudore cuſtodit. Hæc nos Deo ſeruat, hæc filios regno, quos generauit aſsignat. Et in p̃cedẽtibus perfectius ad huc declarans, quomodo in hoc eccleſiaſticæ vinculum vnionis conſiſtat, vt ad caput & originẽ recurratur, Hoc eo fit (inquit) fratres dilectiſsimi, dũ ad veritatis originem non reditur, nec caput quæritur nec magiſtri cœleſtis doctrina ſeruatur. Quæ ſi quis conſideret & examinet tractatu longo atque argumentis opus non eſt. Probatio eſt ad fidem facilis, compen-

Vnitas Eccleſiæ à capite quærenda.

compendio veritatis. Loquitur dominus ad Petrum: Ego dico tibi (inquit) quia tu es Petrus, & super istam petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferorum non vincent eam. Tibi dabo claues regni cælorum, & quæ ligaueris super terram, erunt ligata & in cœlis. & quæcunque solueris super terram, erunt soluta & in cœlis. Et eidem post resurrectionem suã dicit: Pasce oues meas. Et quamuis Apostolis omnibus post resurrectionem suam, parem potestatẽ tribuat & dicat: Sicut misit me pater & ego mitto vos, accipite spiritum sanctum, si cui remiseritis peccata, remittẽtur illi, si cui tenueritis, tenebuntur, tamen vt vnitatem manifestaret, vnitatis eiusdem originem ab vno incipientem sua autoritate disposuit. Hoc erant vtiq; & cæteri Apostoli quod fuit Petrus, pari consortio præditi & honoris & potestatis, sed exordium ab vnitate proficiscitur, vt Ecclesia vna monstretur. Quam vnam Ecclesiam etiam in Cantico Canticorum spiritus sanctus ex persona dñi designat & dicit: Vna est colũba

Matt. 16

Ioan. 21

Ioan. 20

Cant. 6

Vnitatem Ecclesiæ qui non tenet, fidē non tenet

ba mea, pefecta mea, vna est matri suæ, electa genitrici suæ. Hanc Ecclesiæ vnitatem qui non tenet, tenere se fidē credit? Qui Ecclesiæ renititur & resistit, in ecclesia se esse confidit? quando & beatus Paulus Apostolus hoc doceat, & sacramentum vnitatis ostendat dicens: V

Ephes 4

num corpus &c. Hanc vnitatem firmiter tenere & vindicare debemus maxime episcopi &c. Vnde iterum alibi scribit dicens: Hoc vel maxime & laboramus & laborare debemus, vt vnitatem à domino & per Apostolos nobis succes-

Cyp, lib, 2 epist. 10.

soribus traditam, quantum possumus obtinere curemus, & quod in nobis est, palabundas & errantes oues, quas quorundam peruicax factio, & hæretica tentatio à matre secernit, in Eccesiam colligamus, illis solis foris remanentibus, qui in obstinatione sua vel furore perseuerarunt, & ad nos redire noluerunt, discretionis & separationis à se factæ, & Ecclesiæ derelictæ, ipsi ratione domino reddituri. Et, S. Leo epist. 84. Nō poterit (inquit) veritatis nostræ vera esse compago, nisi nos ad inseparabi-

lem

lem soliditatem, vinculum charitatis ad strinxerit. &c. Et iterum: Hæc connexio totius quidem corporis vnanimitatem requirit, sed præcipuè exigit concordiam sacerdotum.

## CPVT X.

CAeterum ne verba quædam D. Cypriani iam citata cuiquam erroris occasionem præbeant, ista nimirum quibus asserit episcopatum vnum esse, cuius à singulis in solidum pars teneatur, & hoc fuisse cæteros Apostolos, quod fuit Petrus, pari consortio præditos, & honoris & potestatis, idcirco sic accipiẽda sunt, vt intelligatur loqui de vnitate episcopatus, quẽ quamuis numero multi gerant, ordine tamẽ ac genere vel gradu dignitatis, par fit in omnibus, quemadmodum exemplis declarat. Non tamen propterea omnium Episcoporum potestas par est, quantum ad vsum clauium, & quantum ad iurisdictionem (quæ disciplinę coniuncta est) pertinet. Quum autem dicit, Cuius à singulis in solidum pars tenetur, sic accipiendum credimus, vt dicamus quem-

Episcopatus quomodo vnus sit.

Episcoporum non est par potestas.

quẽque episcopũ toto sacerdotio fungi in ecclesia sua, docendo, baptizando, ligando, soluendo, offerendo, sed ita, vt seruiatur interim disciplinæ, quæ ad pacem & vnitatem conseruandã necessaria est omnibus, quę nihil detrahit muneri Episcopali, sed officio eius legem statuẽs, functionem potestatis, ad vniuersorum vtilitatem moderatur, & vt significetur disciplinæ (quę discrimẽ facit inter Episcopos, vt alius alio maior habeatur) rationem habendam esse, sine qua nec stare episcoporũ ordo, nec vlla vel doctrina in ecclesia, vel religio salubris esse potest. Quantum ergo attinet ad ordinem ac genus dignitatis, par atq; vnus episcopatus est, & oẽs episcopi pares sunt. Nam oĩs sic æque episcopi sunt, atque æque multum per impositionem manuum illis collatum est. Verùm quantum ad disciplinam & iurisdictionem, nõ omnes pares sunt, sed alius alio maior est. Sic eñ sup episcopos Archiepiscopi, & super ipsos Patriarchæ, sup oẽs deniq; Papa collocatur. Vnde S. Leo papa epist. 84. ad Anastasium

um Episcopum Thessalonicensem cap. vlt. ait: Sacerdotibus etsi dignitas non sit communis, est tamē ordo generalis, qm̄ & inter beatissimos Apostolos in similitudine honoris, fuit quædam discretio potestatis, & quum omnium par esset electio, vni tamen datum est, vt cę teris præmineret. De qua forma, Episcoporum quoq; est orta distinctio, & magna dispossitione puisum est, ne oēs sibi oīa vendicarent, sed essent in singulis puincijs singuli, quorum inter fratres haberetur prima sentētia, & rursus quidam, in maiorib' vrbibus cōstituti, solicitudinem susciperent ampliorem, per quos ad vnam Petri sedem vniuersalis ecclesiæ cura confluueret, & nihil vnquam à suo capite dissideret. Qui ergo quibusdam scit se esse præpositum, nō molestè ferat, aliquē sibi esse p̄latū, sed obedientiam quam exigit, etiā ipse dependat: hactenus ille. Et planè necessariū est, vt quēadmodū ppter discipli nam & vnitatē conseruandā disparitas quantū ad vsum clauium & iurisdictionē attinet, inter episcopos sit, qua alius alio

Episcoprū distinctio, vnde orta sit.

Obedientia inferiorum erga superiores est necessaria,

alio maior est: ita eitam (ne hæc disciplina labefactetur, aut vnitas rumpatur) necessaria est inferiorum erga superiores obedientia, vt vel populus sacerdotibus, sacerdotes Episcopis, Episcopi Metropolitanis, Metropolitani patriarchæ verò vna cum omnibus episcopis Archiepiscopis sacerdotibus & vniuerso clero ac populo, imò etiam ipsis regibus ac Gæsare, subesse atq; obedire tenentur Romano pontifici tanquam Christi vicario, Ille autem Christo. Hęc ita debere fieri, sanctissimus martyr & pontifex Ignatius epist. 1. ad Trallianos docet inquiens: Episcopo subiecti este te sicut domino, Necessarium est vos nihil præter Episcopum facere, neq; aliquid agere. Sed & presbiteris subditi estote, sicut Apostolis Iesu Christi. Oportet etiã & diaconis, qui sunt in ministerium Iesu Christi, omni modo placere, non enim cibo & potu sunt ministri, sed ministerij ecclesiæ Dei. Oportet ergo præcepta eorum obseruare, sicut ignem ardẽtem, ipsi verò sint tales. Vos autem reuereamini eos tamquam domi-

**Romano pontifici omnes obedire tenentur.**

dominum Iesum Christum, quoniam custodes sunt loci eius, sicut episcopus forma est patris omnium, presbyteri vè rò sicut consessus Dei, & coniũctio A, postolorum Christi. Sine ipsis enim ecclesia electa non est, neq; collectio sanctorum, neq; congregatio sancta. Et iterum: Veneremini (inquit) episcopum vestrum sicut Christum, secundũ quod vobis beati Apostoli præceperunt. Qui enim intra altare est constitutus, mundus est. Propter quod obidite episcopo vestro & presbiteris. Qui verò extra altare constitutus est, extra episcopum est, & presbyteros & diaconos aliquid agens. Qui autẽ talis fuerit pollutus est conscientia, & est deterior infideli. Et epist. 2. ad Magnesianos: Dignum est, (inquit) & vos obedire episcopo vestro, & in nullo ei contradicere. Terribile est enim tali contradicere. Non em̃ istum visibilem quis spernit, sed illum inuisibilem in eo contemnit, qui non potest à quoquam contemni. Hic enim non ab homine, sed à Deo habet promotionem. Quod cum exemplis scripturæ

probasset, subiecit: Nemo inultus remã-
sit, qui se contra potiores extulit, quod
Inobedien tia erga præpositos non manet inulta. etiã exemplis scripturæ commonstrat,
& tandem infert, dicens: Omnes in con
cordia inuicẽ diligamus, & secundum
carnem nemo consideret præpositum
suum, sed secundum Christum Iesum.
Nihil sit in vobis, quod vos possit sepa-
rare, sed adunamini episcopo, subiecti
per ipsum Deo in Christo. Sicuti ergo
dominus sine patre nihil facit (non em̃
possum (inquit) à meipso facere quic-
quam) sic etiam & vos sine Episcopo, si-
ue presbyteri, siue diaconi, siue laicus.
Non ergo aliquid rationabile vobis vi-
deatur, extra ipsius sententiam, tale em̃
iniquum est, & ideo odiosum. Et epi-
stola. 3. ad Tarsenses: Presbyteri subdi-
ti estote Episcopo, diaconi presbyteris,
populus diaconis, pro animabus hanc
ordinationem custodientibus. Et epist.
5. ad Philadelphiẽses, ait: Principes sub
diti estote Cæsari, milites principibus,
diaconi presbyteris, vt sacrorum admi
nistratoribus, presbyteri verò & diaco
ni atq; omnis clerus simul cum omni

popu-

populo,& militibus atq; principibus, sed & Cæsare, obediant Episcopo, Episcopus verò Christo, sicut patri Christus, & ita vnitas per omnia seruetur. Et epist. 6. ad Smyrnenses: Omnes (inquit) episcopum sequimini, sicut Christus Iesus patrem, presbyteros sicut Apostolos, diaconos autem veneramini, sicut mandato Dei ministrantes. Nemo præter Episcopũ aliquid agat eorum, quæ ad eccclesiam pertinent. hæc ille. Et Cyprianus li. 1. epist. 11. ad Pomponiũ: Nec putent (inquit) sibi vitæ, aut salutis constare rationẽ, si Episcopis & sacerdotibus obtẽperare noluerint, cum in Deuteronomio dominus deus dicat, Et homo quicunq; fecerit in superbia, vt nõ obaudiat sacerdotem, aut iudicem, qui cunque fuerit in diebus illis, morietur homo ille, & omnis populus cum audierit, timebit, & non aget impiè, etiam nunc. Interfici Deus iusit, sacerdotib⁹ suis non obtemperantes, iudicibus à se ad tempus constitutis non obedientes, & tunc quidem gladio occidebantur, quando adhuc & circuncisio carnalis

Ecclesiastica negotia, nemo debet sine Episcopo tractare.

Deut. 17

manebat, nunc autem & quia circunci-
sio spiritualis esse ad fideles seruos Dei
cœpit, spiuritali gladio superbi & con-
tumaces, necantur, dũ de ecclesia eijci-
untur. Neq; enim viuere foris possunt,
cum domus Dei vna sit, & nemini salus
esse nisi in ecclesia posit, indisciplina-
tos autem perire, dum nõ audiunt, nec
obtemperant consilijs salubribus, testa
tur diuina scriptura, quæ dicit: Non di-
ligit indisciplinatus castigantẽ se. Qui
autẽ oderunt correptiones consumen-
tur turpiter. hęc ille. Porro vt eorũ quo
rum interest subesse, tanto promptior
sit obedientia, debent quoq; etiam ipsi
præpositi audire sanctissimum papam
Leonem ex domini sententia admonen
tem in epist. 84. c vlt. Qui scit se quibus
dam esse præpositum, sicut nõ vult gra-
uis oneris sarcinam ferre, ita non aude-
at alij importabile pondus imponere.
Discipuli enim sumus humilis & mitis
magistri dicentis: Discite à me, quia mi
tis sum & humilis corde, & inuenietis
requiem animabus vestris. Iugum em̃
meum suaue est, & onus meum leue.

Prælato-
rum offici
um.

Matt 23
Matt. 11

Quod

Quod quomodo experiemur, nisi & illud in obseruantiam veniat, quod idem dominus ait: Qui maior est vestrũ, erit minister vester, Qui autẽ se exaltat, humiliabitur, & q se humiliat, exaltabitur

Matt. 20
Matt 10
Luc. 22
Luce. 14

## CAPVT XI.

CAeterùm quando hæc modestia & moderatio prælatorum, & obedientia subditorum non seruatur, tunc hoc vnionis vinculum non custoditur, sed schismata & hæreses plerumque oriuntur. Hoc etenim abundè testatur D. Cyprianus lib. 1. epist. 3. ad Cornelium: Neq; enim (inquit) aliunde hæreses obortæ sunt, aut nata schismata, quam inde quod sacerdoti Dei non obtemperatur. Nec vnus in Ecclesia ad tempus sacerdos, & ad tempus iudex vice Christi cogitatur, cui si secundum magisteria diuina obtemperaret fraternitas vniuersa, nemo aduersum secerdotum collegium quicquam moueret, nemo post diuinum iudiciũ, post populi suffragium, post coepiscoporum consensum, iudicem se non iam Episcopi, sed Dei faceret. Nemo disidio vnitatis

Hæreses & schimata Vnde oriantur.

Episcopum iudicans Dei se iudicẽ constituit

Christi ecclesiam scindet, nemo sibi placens ac tumens, seorsum foris nouam hæresim conderet, nisi si ita est aliquis sacrilegæ temeritatis ac perditæ mētis, vt putet sine Dei iudicio fieri sacerdotem, cum dñs in euangelio suo dicat: Nónne duo passeres asse veneũt, & neuter eorum cadit in terram, sine patris vestri voluntate? Cum ille nec minima fieri, sine voluntate Dei dicat, existimat aliquis summa & magna, aut non sciente, aut non permittente Deo in Ecclesia Dei fieri, & sacerdotes, id est, dispẽsatores eius, non de eius sentẽtia ordinari? Hoc est fidem nõ habere, qua viuimus, hoc est Deo honorem non dare, cuius nutu & arbitrio regi & gubernari oĩa scimus & credimus. Planè Episcopi nó de voluntate Dei fiunt, qui extra Ecclesiam fiunt, sed contra dispositionem & traditionem Euangelij fiunt, &c. Et li. 3. epist. 9. ad Rogatianum, vbi postquã docuisset, Episcopis obedientiam esse præstandam, & diaconum quendã (qui contumelijs & iniurijs Rogatianum Episcopum exacerbauerat) audaciæ suæ pœniten-

**Episcopus absque Dei iudicio nõ fit. Matt. 10**

**Dei nutu cuncta reguntur.**

**Episcopi qui extra Ecclesiam fiunt, non Dei nutu fiunt.**

pœnitentiam agere debere edixiſſet, vt honorem ſacerdotij agnoſceret, & Epiſcopo præpoſito ſuo plena humilitate ſatisfaceret, voluit .Hæc(inquit) ſunt initia hæreticorum, & ortus atq; conatus ſchiſmaticorum malè cogitantium, vt ſibi placeant, vt præpoſitum ſuperbo tumore contemnant. Sic de Eccleſia receditur, ſic altare prophanum foris collocatur, ſic contra pacem Chriſti & ordinationem atq; vnitatem Dei rebellatur. Et li. 4. epiſt. 9. ad Florentium Pupianum: Vnde enim(inquit) ſchiſmata & hæreſes obortæ ſunt & oriuntur, niſi dum Epiſcopus qui vnus eſt, & Eccleſiæ præeſt, ſuperba quorundam præſumptione contemnitur, & homo dignatione Dei honoratus, ab indignis hominibus iudicatur. Quis enim hic eſt ſuperbiæ tumor, quæ arrogantia animi, quæ mentis inflatio, ad cognitionē ſuam præpoſitos ac ſacerdotes vocare? In qua etiam epiſtola oſtēdit ſacerdotes in Eccleſia, Dei nutu fieri.

IOANN. SLOT. GEF.

# LIBER TERTIVS.

## CAPVT I.

POsteaquam declaratum est, in quibus ecclesia Catholica & Apostolica consistat, & quibus notis dinosci queat, deniq; vbi de illius vnione, ac quid eam promoueat impediatque ostensum est, superest, nunc vt demonstremus apud hæreticos, omnia esse extranea, & Apostolicæ doctrinæ contraria, vbi & fidei dogmata suspecta sunt, & saramentorum vsus minimè ecclesiasticus, sed peruersus, & ab Ecclesiæ consuetudine alienus, vbi neq; adest vnionis & pacis vinculum, vt liquidò constare possit, minimè apud eos esse Catholicam & Apostolicam Ecclesiam. Porro sana doctrina, & legittimus sacramentorum vsus ac cultus Dei, quum sit in sola Ecclesia quærendus, constat quoq; etiam apud solã ecclesiã esse & inueniri, & nõ apud cõuẽticula hæreticorũ. Quod aũt hæc

Ecclesia sola habet sanam doctrinam, legitimũ sacramentorum vsum, & cultum Dei.

in sola

in sola sint Ecclesia Catholica, docet Lactantius Firmianus lib. 4. c. 4. dicēs: Sola Ecclesia Catholica est, quæ verum cultum retinet. Hic est fons veritatis, hoc est domicilum fidei, hoc templum Dei. Et iterum: Sed tamen, inquit, quia singuli quique cœtus hæreticorum, se potissimum Christianos & suam esse catholicam ecclesiam putant, sciendū est illam esse veram, in qua est religio, confessio, & pœnitētia, quæ peccata & vulnera, quibus est subiecta imbecillitas carnis salubriter curat. Hæc ille. Porrò verus cultus est, vbi vera religio est. Vera autem religio, in sola duntaxat est Ecclesia Catholica. Quod D. Augustinus in lib. De vera religione c. 6. ostendit, dicens: Neq; in confusione paganorū, neque in purgamentis hæreticorū, neque in languore schismaticorū, neque in cæcitate Iudęorum, quærenda est religio, sed apud eos solos, qui Christiani Catholici vel Orthodoxi nominantur, id est, integritatis custodes, & recta sectantes. Idem quoque Vincentio Donatistæ epist. 48. scribens, asserit ex Catho

Religio vera in sola est Ecclesia.

lica Ecclesia, esse omnia Dominica sacra menta. De doctrina autem sana in lib. De vera religione cap. 7. ait: Huius religionis sectandæ caput est historia & prophetia, dispensationis temporalis diuinæ prouidentiæ pro salute generis humani in æternam vitam reformandi atque reparandi. Quæ cum credita fuerit, mentem purgabit vitæ modus, de diuinis præceptis conciliatus, & idoneam faciet spiritualibus percipiẽdis, quæ nec præterita sunt nec futura, sed eodem modo semper manentia, nulli mutabilitati obnoxia, id est, vni ipsi Deo patri & filio & spiritui sancto. Hanc autem doctrinam sanam in sola duntaxat Ecclesia esse quærandam Tertullianus autor peruetustus in libr. de præscrip. hæret. demõstrans inquit: Nobis quærendum est adhuc & semper. Vbi tamen quæri oportet? Apud hæreticos, vbi omnia extranea & aduersaria nostræ veritati, ad quos vetamur accedere? Quis seruus cibaria ab extraneo, ne dicam ab inimico domini sui speret? Quis miles ab infœderatis, ne dicam

cam ab hostibus regibus donatiuum & stipendium captat, nisi planè desertor & transfuga & rebellis? Etiam anus illa intra tectum suum dragmam requirebat: etiam pulsator ille vicini ianuam tundebat: etiam vidua illa non inimicũ licet durum iudicem interpellabat. Nemo inde strui potest, vnde destruitur. Nemo ab eo illuminatur, à quo contenebratur. Quæramus ergo in nostro, & à nostris, & de nostro, in quo duntaxat quod salua regula fidei potest in quęstionem deuenire. Idem etiam author vel ob id minimè dicit cum hæreticis ex scripturis decertandum, quod nullum ius allegandi scripturas competat eis, quòd nullam habeant possessionem, nullam communionẽ reliquã, sed omnia iura illos pariter cum Ecclesia perdidisse. Sed omnia specialius ostendentes atque tractantes, primò demonstrabimus apud hęreticos non esse rectum sacramentorum vsum, deinde neque sanam doctrinam, denique neq; vnionis & pacis vinculum.

Luc. 15
Luc. 11.
Luc 18.

Cap.

## CAPVT II.

Sacramentorum rectum vsu non esse apud hęreticos.

PRincipiò itaque, quantum ad rectum vsum sacramẽtorum attinet, sciendum est, fuisse hæreticos, qui licet in ecclesiasticis dogmatibus à catholica communione discreparent, in administratione tamen omnium sacramentorum, materiam, formam, & intentionẽ eandem, cum Catholicis habebant cõmunem, quemadmodum inter multos fuerunt Donatistæ, quos D. Augustin' epist. 48. ad Vincentium Donatistam, dicit habere sacramenta, licet non ad salutem. Et idcirco epist. 50. ad Bonifacium, dicit Donatistas exufflare sacramẽta Christi, fortè ob id, ꝙ non accipiebant gratiã sacramentorum vel spiritũ sanctum. Vnde dicit: Non quidem accipitis baptismum, cum ad nos reditis, qui vobis extra cõpagem corporis christi inesse potuit, prodesse non potuit, sed accipitis vnitatem spiritus in vinculo pacis. Et ibidem adhuc amplius dicit Donatistas extra ecclesiam, & contra Ecclesiam, ecclesiæ sacramenta tenuisse, & tanquam ciuili bello, nostris contra

tra nos erectis signis armisque pugnasse. Et circa finem: Non querant, inquit, spiritum sanctum, nisi in Christi corpore, cuius habent foris sacramentum, sed rem ipsam non tenent intus, cuius est illud sacramentum, & ideo sibi iudicium manducant & bibunt. Et lib. 21. de ciuitate Dei, cap. 25. Hæretici & schismatici ab vnitate corporis separati, possunt idem percipere sacramentum, sed non sibi vtile, imò verò etiam noxium, quo iudicentur grauius, quàm vel tardius liberentur. Non enim sunt in eo vinculo pacis, quod in illo exprimitur sacramento. Idem docet lib. 3. contra literas Petiliani cap. 40. & tractat. 13. in Ioannem. Et lib. 1. 3. 4. 6. & 7. de Baptismo contra Donatistas per multa capita. Et libro secundo contra literas Petiliani, capite vltimo. Et in libro de vnico baptismo contra Petilianum cap. 2. 3. & 6. Et in libro de vnitate Ecclesiæ contra epistolam Petiliani cap. 18. Et li. primo & secundo contra Cresconium Grammaticum per multa capita. Et contra secundam Gaudentij epistolam cap. 4. vi

de

de etiam Leonem Papam epist. 79. cap. 6. & 7. de hac materia. Multa quoq; in hanc sententiam licet videre 1. quæst. 1. can. Quod quidam. Rursum D. Augustinus in lib. de vera relig. cap. 5. scribit in hæc verba: Hæreses tam innumerabiles, à regula Christianitatis auersæ, testes sunt, non admitti ad cõmunicanda sacramenta eos, qui de patre, Deo, & sapientia eius, & munere diuino aliter sentiunt, & hominibus persuadere conantur, quàm veritas postulat. Sic enim creditur & docetur, quod est humanæ salutis caput, non aliã esse philosophiam, id est, sapiẽtiæ studium, & aliam religionem, quum hi quorũ doctrinam non approbamus, nec sacramenta nobiscum communicant. Quòd in illis minus mirandum est, qui eorũ quoque sacramentorum ritu dispares esse voluerunt, sicut nescio qui Serpentini, qui appellantur Manichæi, sicut alij nonnulli. Sed in illis magis animaduertendum hoc magisque prædicandum, qui paria sacramenta celebrantes, tamen quia sententia dispares sunt, &

erro-

errores ſuos animoſius defendere, quã cautius corrigére maluerunt, excluſi à catholica communione & participatione, quamuis parium ſacramentorum propria vocabula, propriosque conuentus, non in ſermone tantùm, ſed etiam in ſuperſtitione meruerunt, vt Photiniani, Arriani, alijque multi. De his ergo qui quanquam ſententia diſpares ſint, paria tamen ſacramenta celebrant, & pares ritus in adminiſtratione ſacramentorum habent, materiam, formam & intentionem Eccleſiæ ſeruant, dicendum eſt, q̃ vera quidẽ ſacramenta habẽt, ſed non ad ſalutem, verùm potius ad iudicium & dãnationẽ, vt conſtet eos neque rectum, neq; legitimũm ſacramentorũ vſum habere, quẽ nemo habet ad ſalutem, niſi qui in vnitate fidei catholicæ Eccleſiæ Chriſti incorporatur. Ex p̃miſsis cõſtat erraſſe eos q̃ hæreticos ob hoc ipſum q̃ extra vnitatẽ ſunt eccleſię dixerũt neq; ſacramẽta vera cõficere, neq; alijs adminiſtrare poſſe, atq; hac ratiõe cẽſebãt eos, q̃ ab hæreticis baptizati erãt, denuò baptizãdos, cũ ad vnitatẽ reuer-

Cypriani error de rebaptiſandis hæreticis.

reuerterentur Eccleſiæ. Huius ſententiæ fuit beatiſsimus Chriſti martyr Cyprianus, qui exiſtimabat hæreticos & ſchiſmaticos omnes, nihil habere poteſtatis, ac iuris in conferendis ſacramentis, eò quòd in Eccleſia non ſint. Vnde libro primo epiſtola duodecima dicit hæreticum non poſſe baptizare, nec eu chariſtiam conficere, nec olei creaturã, i. chriſma ſanctificare, quia ſcriptũ eſt: Oleum peccatoris non vnget caput meum. Item in epiſt. ad Iubaianum, & ad Pompeianum.

Porrò de illius ſententia diſputans D. Auguſtinus lib. 2. contra Creſconium Grammaticum cap. vltimo & epiſt. 48. ad Vincentium, excuſat eum, quemadmodum etiam videre licet apud Petrũ Lumbardum lib. quarto, diſtinctione ſexta. Cæterùm fuerunt alij hæretici, qui in nomine ſanctiſsimæ Trinitatis minimè baptizabant, ſicut fuerunt Bonoſiani & Cataphrygæ, qui idem ſentiebant cum Paulianis, quia & illi Chriſtum Deum non credebant, exiſtimantes ipſum eſſe purum hominem, & iſti ſpiri-

De Gen. diſtin. 4

ſpiritum ſanctum peruerſo ſenſu eſſe quendam purum hominem Montanũ credebant. Itaque illi qui ab huiuſmodi hæreticis baptizati fuerunt, quum ad ſanctam Eccleſiam veniebant, baptizabantur, quia baptiſma non fuit, quod in errore poſiti, ſanctæ Trinitatis nomine minimè perceperunt. Vnde etiam Anabaptiſtæ quidam noſtri temporis, quia de Trinitate malè ſentiũt, negantes verbum humanam naturam de vigine aſſumpſiſſe, ac ſibi hypoſtaticè vniuiſſe, & ipſum verbum carnem, id eſt, purum hominem factum aſſerentes, quam ob cauſam etiam ſolum patrem inuocant vt Deum, non autem filium, aut ſpiritum ſanctum, verum Eccleſiæ baptiſma tribuere non poſſunt. Vnde qui ab eis baptizantur, quum ad Eccleſiam venerint (ſi prius in Eccleſia catholica baptizati non fuerunt) baptizandi ſunt. Si autem de baptiſmo eorum dubitatur, locum habet decretalis Alexandrini tertij extra de baptiſ. & eius effectu. c. de quibus.

Anabaptiſtæ quidã non baptizant.

## IOANN. SLOT. GEF.
## CAPVT. III.

Sacramentorũ rectũ vsum non esse apud Lutheranos.

POrrò illi, qui neque sacraméta paria habent, neque ritus in administratione pares, quomodo rectum sacramentorum vsum habere possunt? Tales profectò sunt, qui hac nostra tempestate, hæreticorum nomine censentur, qui quædam sacramenta suscipiunt, quędam verò reijciunt, & in illis sacramentis quę retinent, pares ritus nobiscum non habẽt. Nã omnes ritus (quos Ecclesia non temerè, sed consultò adhibet, tanquam viua quædam incitamenta fidei & pietatis, ad formandam & retinendam religionem necessaria, quibus vulgus manu ducitur ad intelligendum & retinendum mysterium Christi) tanquam inutiles & superuacaneos reiecerunt. Et quanquam sciamus absque huiusmodi ceremonijs & ritibus vera sacramenta (dummodo adsint verbum & elementum, tanquã partes quędam substantiales, quibus sacramenta consistunt) posse subsistere, quia tamen eiusmodi ritus (qui tam ad decorem honorem q; sacramenti, q̃ ad docendum &

deno

denotandum quid in sacramento agatur, additi sunt) diuinorum mysteriorum pleni sunt, & magna cum ratione à patribus instituti, neque dubium sit, à primitiua & Apostolica Ecclesia ad nos peruenisse, impijssimè credimus abijci, quòd tot seculis, tot sanctissimis viris, sacrosanctum est habitum. Eapter nostri temporis hæretici, qui omnes hos ritus abijciunt & aspernantur, multa & grauia committunt sacrilegia, quæ illis rectum adimunt sacramentorum vsum.

## CAPVT IIII.

QVòd autem omnia sacramenta non recipiant, ex hæresiarchæ scriptis, quæ reliquit, euidenter ostendemus. Is enim in captiuitate sua Babylonica, sacramentorum numerum damnat, dicens: Neganda mihi sunt septem sacramenta, & tantùm tria pro tempore ponenda, baptismus, pœnitentia, panis. Quanquã si vsu scripturæ loqui velim, nõ nisi vnũ sacramẽtũ habeam, & tria signa sacramentalia. Hanc hæresiar

Sacramenta omnia non recipiunt Lutherani.

chę doctrinam, discipuli eius (magistro in impietate non inferiores) sequuti, tria tantùm reuera dicunt esse sacramenta, nempe Baptismum, Cœnam Domini, & Absolutionem, quæ est sacramentum pœnitentiæ. Quanquam nec sic inter eos conueniat, eò quòd quidam eorum duo tantùm priora sacramenta recipiant, pœnitẽtiam verò aut absolutionem, inter falso dicta sacramenta numerent, Confirmationem, Vnctionem extremam, & Ordinem sacrum (quõ à nobis celebratur) esse ritũ quosdam institutos ab hominib. Matrimoniũ esse statum quendam, qui ad vitam corporalẽ pertineat, quod non magis sacramentum dici possit, quã magistratus aliquis qui in Rep. geritur, aut status quiuis alius. Ordinem autem ob id maximo studio ex Ecclesia tollere nituntur, ex sacerdotibus (vt in lib. de præscrip. hæret. ait Tertullianus) laicos facientes, & sacerdotalia munera laicis iniungentes, vt sublata legitima ministrorũ potestate, gratiã cõiunctã habente, & sacramẽta & alia oĩa quæ in Eccle-

Ordinem cur Luthe rani tolle- re nitun- tur.

fia miniſtrorũ opere peraguntur, euileſcere faciunt. Vnde ordinẽ nõ eſſe ſacramentũ aſſerunt, ſed nudum prædicã di verbũ, & porrigendorũ populo ſacramentorũ, miniſteriũ. Nec nos indigere ſacerdotio, quod cũ quadã cõſecratione & ſanctificatiõe diſtinguit ſacerdotes à laicis. Nullũ ergo aliud ſacerdotium agnoſcũt, quàm quod ipſi ſibi finxerunt, videlicet docendi verbi & ſacramẽtorum nudum miniſteriũ, alicui de mandatũ à magiſtratu prophano, aut vulgari populo, vel ſimpliciter, vel cum aliquo ſolenni ritu, quẽ ipſi ſibi finxerunt. Eſſe proinde ſacerdotes, quamdiu cõmittenti populo aut magiſtratui placeat, deſinere eſſe cũ reuocatur miniſterij commiſsio. Quale verò apud nos eſt & fuit hactenus ſacerdotium, ad celebrandum miſſam ſiue offerendum altaris ſacrificium, remittenda peccata hominibus, cæteraq; peragenda, quæ nos dicimus pertinere ad ſacerdotale officium, quod ſubſiſtere poſſe credimus, abſque prædicandi verbi miniſterio, eſſe ignoratum Eccleſiæ Chriſti, ſed

*Sacerdotium Lutheranorum.*

sed inuentum esse papisticæ Ecclesiæ, imò nihil esse quàm merum figmentum ignorantium hominum, nec de sacramento, nec de re Ecclesiastica quicquam intelligentium, Christo autore dignitatis autoritatisque imparitatem non esse in Ecclesia, omnes eandem à Christo potestatem habere, omnes in eodem gradu consistere, omnes sanctificatos in Christo, tametsi nolint licere omnibus ea potestate vti, sed his tantùm, quibus id à populo aut magistratu prophano committitur, cui verbi & sacramentorum ministerium demandatur. Quem ritè vocari intelligunt atque ea vocatione, ministrum Ecclesiæ constitui. Ex quibus constat (modò rectè expendere velimus) apud eos non esse veros sacerdotes, sed falsos & fictos, eò quòd laici cóstituant sacerdotes sine chrismate & oleo sancto, atque absque omni ordinatione & benedictione Episcopali, quá ipsi non habent, quia à nullo catholico pontifice Romano acceperunt. Quo modo enim veri sacerdotes esse pos-

Sacerdotes veros non habẽt Lutherani

sent,

sent, qui non ab Episcopis legitimè ordinatis, sed à populo aut laico magistratu, vel certè ab apostatis monachorum, vel presbyteris excommunicatis nullam episcopalem potestatem habentibus, ordinati sunt? Quomodo (inquam) veri sacerdotes esse possent, qui non legitimè, modò scilicet & forma debitis, quibus Ecclesia ex apostolorum traditione semper vsa est, ordinati sunt? Ex hoc fonte consequitur eos non rectè vti Eucharistiæ sacramento, quod non habent. Cùm enim constet eiuscemodi sacerdotes (qui reuera sacerdotes nõ sunt, sed laici) non ab Episcopis veris & legitimis ordinatos, adhæc neque legitimo modo, sed reiectis modo & forma, quibus Catholica & Orthodoxa Ecclesia hactenus vsa est, certum est eos sacerdotes hyerarchicos non esse. Porrò si sacerdotes hyerarchici non sunt, quemadmodũ reuera minimè sunt, rudes laici nullis sacris ordinib. ritè ab vllo Episcopo initiati, nequaq̃ etiam sacrosanctam Eucharistiam conficere possunt,

**Eucharistiæ sacramentum Lutherani non habẽt**

Idololatria Lutheranorum.

sed cœnam suam (etenim ipsi cœnam vocant) celebrant sine transubstantiatione panis & vini, ac proinde populo suo nil nisi merum panem, & purũ vinum porrigunt. Etenim quonam pacto verè consecrarent, qui sacros ordines à nullo habent Episcopo, qui etiá dum verba consecrationis super panem & vinum proferunt, neq; fidem, neque formam, neq; intentionem Ecclesiæ retinent? Reipsa igitur non aliud ibi agũt nisi quòd merum panem, merumq; vinum pro corpore & sanguine Christi populis suis porrigunt, & adorandum præbent, si tamen in hac barbarie illa sua (vsqueadeo irreligiosa) adhuc adoratur Eucharistia, quam non adorare tutius esse docuit Lutherus, vnde etiam plurimi discipulorum omnino adorandam esse pernegant, aut reseruadam in templis. Superat certè hoc immane crimen idolatriæ Lutheranorum, omnem retro gentium Iudæorumque impietatem, si verum dicere liceat. Cæterùm vt dicta nostra, autoritate aliqua confirmemus, audiamus D. Hieronymum

mum in diologo contra Luciferianos scribentem in hæc verba: Hilarius cum diaconus de ecclesia recesserit, solusq; vt putat turba sit mundi, neque eucharistiam conficere potest, episcopos & presbyteros nō habens, neq; baptisma sine eucharistia tradere. Et cum iam homo mortuus sit, cum homine pariter interijt & secta, quia post se nullum clericum potuit diaconus ordinare. Ecclesia autem non est, quæ non habet sacerdotem, sed amissis paucis homunculis, qui ipsi sibi & laici sunt & episcopi, auscultа quid de omni Ecclesia sentiendum sit. hæc ille.

Ordinationes ministrorum, quas Lutheranorum superintendentes, summa temeritate faciunt, planè irritas este, & nullam gerendi ministerij potestatem tribuere, facillime ex sacris scripturis & sanctorum patrum sententijs, comprobari potest. Ex scripturis quidem: Nam Christus ex multis discipulis duodecim elegit, quos ordinauit Apostolos. Luc. 6. His solis tradidit potestatē, Eucharistiam consecrandi & offerendi,

**Ordinationes ministrorum apud Lutheranos, esse irritas & nullam gerendi ministerij potestatem tribuere, comprobatur.**

quando cum illis solis cœnabat dicens: Hoc facite in meam commemorationé. Luc.22.1.Cor.11.His enim verbis consecrationem & oblationem præcepit,& consecrantibus corpus & sanguiné adfuturum pollicitus est,alioqui non potuissent idem facere,quod fecit ille. Eisdem tradidit potestatem, ligandi & soluendi,retinendi & remittendi pecca ta,quãdo post resurrectionem suam in sufflauit,& dixit eis:Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis,& quorum retinueritis,retenta sunt Ioan.20. Porro quemadmodum Christus,crescente numero discipulorũ,septuaginta duos adiecit, qui secundũ locum post apostolos obtinerent,ita apostoli accepta ab ipso po testate ordinauerũt, Episcopos,presby teros,diaconos, & cæteros ministros, q necessarij erant ad Ecclesiasticã hierarchiam & hanc ordinandi potestatem,vl terius in solos Episcopos à se ordinatos,transfuderunt, vt testatur Apostolus ad Titum.1.Huius (inquit)rei gratia, reliqui te Cretæ, vt ea quæ desunt cor-

corrigas,& conſtituas per ciuitates preſ byteros,ſicut & ego diſpoſui tibi. Et in epiſt. ad Timotheum, quem Epiſcopũ Epheſiorũ ordinauerat: Noli(inqnit) negligere gratiam quæ in te eſt, quæ data eſt tibi per prophetiam, cum impoſitione manus presbyterij. Et infra: Manus citò nemini impoſueris. Et hæc poteſtas ordinandi durauit hucuſq; in Eccleſia, ſine qua nec veros Epiſcopos, nec veros presbyteros, nec veros miniſtros Eccleſiæ haberemus. Præterea cũ numerus duodecim Apoſtolorum (damnato Iuda) eſſet diminutus, ſed reficiendus ac reſtaurandus, non temere, non humano iudicio, duodecimus eſt ſubrogatus, ſed omnium Apoſtolorum ſuffragarijs deſignati ſunt duo, quorum alterum Chriſtus ſorte probauit. Non enim ad hanc dignitatem, cuiquam patuit aditus, niſi Chriſti Ieſu ordinatione, qui per ſpiritum ſanctum iuſsit ſibi ſegregari Paulum & Barnabã, ad Apoſtolicum munus. Denique clariſsimum eſt, Aaronem prefiguraſſe Epiſcopum

1. Tim. 4

1. Tim. 5

Actor. 6

Actor. 13

pum & ſummum ſacerdotem, filios vo-
rò eius ab eo conſecratos, ſacerdotes ca
tholicæ Eccleſiæ, ſed vti nemo præter
Aaronem & filios eius adminiſttare po
tuit, quæ ſpectabant ad cultum altaris,
ita certè nemo poteſt quod altaris eſt,
legitimè agere, quam pontifex ipſe, &
qui ob ipſo ſunt ordinati ſacerdotes.
Nec eius ſibi ſumere debet miniſterij
honorem, præter eum qui vocatus eſt,
Heb 5 & ordinatus ſicut Aaron. Porro ſi ſen-
tentias patrum audire libet, lege Irenæ
um li. 4. contra hæreſes, cap. 43. vbi vt
quis verè ſit Epiſcopus, requirit ſeri-
em legitimæ ſucceſsionis & ordinatio-
nis deſcendẽtis ab Apoſtolis vſq; ad ip-
ſum. Cui ſubſcribit Tertullianus, in li.
de præſ. hæret. docens apud quos quæ-
réda Eccleſia ſit. Epiphanius contra hæ
reſes, aduerſus hæreſim. 75. Hieronymus contra Luciferianos, & ad Ruſti-
cum de ſeptẽ Eccleſiæ ordinibus. Gre-
gorius epiſt. 3. ad Bonifacium, & habe-
tur diſtinctione 88. c. presbiteri. Leo
pontifex ad Galliæ & Germaniæ Epi-
ſcopos epiſt. 88. Damaſi' papa in epiſt.

ad

ad primæ Numidiæ,& cæteros orthodoxos Episcopos, permultis scripturæ testimonijs & exemplis, validissimè ostendit, quascunq; ordinationes fecerint,qui veri Episcopi non sint,planè irritas esse, quòd dare nequaquam possint,quod non habent.Ex quibus perspicuum euadit, Lutheranarum Ecclesiarum(vt vocant) ministros,sacrã Eucharistiam consecrare non posse,cum potestatem consecrandi ab his, quibus eam Christus concesit, nõ acceperiut. Manifestum est enim,quod Christus solis Apostolis , & eorum successoribus Episcopis,hanc potestatem tradiderit, cum dixit:hoc facite in meam commemarationem,quemadmodũ omnes veteres sancti patres,hoc verbum Christi intellexerunt.Dionysius eccles.hierar. c.3.parte.2,Irenæus lib.4.c.32.Cyprianus lib.2.epist.3. Chrysostomus homĩ. 2.in 1.cap. 2.ad Timoth. & in epistο.ad heb.homil,17.Et Hierony.in epist. ad Heliodorum ait sacerdotes apostolico uradui succedẽtes, christi corpus sacro ore conficere. Ergo qui ab Apostolorum

rum ſucceſſoribus Epiſcopis, per legi timam ſucceſsionem ordinati nō ſunt, conſecrandi Euchariſtiam ex hoc verbo Chriſti, nullam poteſtatem acceperunt, proindeq; potius execrant, quàm conſecrant. Et certè dum noua hac, & prorſus inaudita vſurpatione, contempta catholicorum Epiſcoporum autoritate, ſibi ſacerdotes non veros, ſed falſos & fictitios ordinant laicos plerumq; infames & perditos nebulones, ſine chriſmate & oleo ſancto, abſque omni ordinatione & benedictione Epiſcopali, quàm ipſi non habent, quid de illis aliud cenſendum eſt, quàm quod nihil omnino faciant? Quum enim ipſos nullus catholicorum Epiſcoporum conſecrauerit, nónne vana & planè temeraria erit omnis eorū nouæ poteſtatis vſurpatio, quàm quum à nemine habeant, nemini dare poſſunt? Quomodo verè conſecrarēt, qui ſacros ordines à nullo Epiſcopo, acceperūt? Quomodo veros ſacerdotes habere poſſunt, à quibus veri ſacerdotes, nec ordinari nec cōſtitui poſſunt? Cum em̄ illegitimi ſunt ordinato-

natores, quomodo legitimos consecrare possunt sacerdotes? Illegitima siquidem est eorum ordinatio, partim quia ab eis ordinatur, apud quos potestas nõ est, partim etiam, quia non vtuntur debito modo & forma, quibus Ecclesia ex apostolorum apostolicorumq; virorũ institutione semper vsa est, atq; etiam núc vtitur, in Episcoporum, sacerdotũ & reliquorũ clericorum ordinatione.

## CPVT V.

SEd & pœnitentiæ sacramentum truncant, Credit Ecclesia Catholica, pœnitentiæ sacramentum tribus cõstare partibus, nempe contritione, cõfessione & satisfactione. At hæresiarcha Lutherus in assertione omnium articulorum suorum per Bullã Leonis 10. dãnatorũ, eas labefactare conatẽ dicens: Tres esse partes pœnittẽiæ, cõtritionẽ, cõfessionẽ, & satisfactionẽ, non est fundatũ in sacra scriptura, nec in antiquis sanctis doctoribus. Et contra contritionẽ speciatim ibidem eiuscemodi articulos ædidit: Contritio facit hypocritam, imò magis peccatorem. Et

Pœnitẽtiæ sacramentum truncant Lutherani.

nullo

nullo modo confidas te absolui propter verbum Christi. Quodcunq; solueris, hic (inquam) confide, si sacerdotis obtinueris absolutionem, & crede fortiter te absolutũ, & absolutus verè eris, quicqd sit de cõtritione. Et iterum: Nullus debet sacerdoti respondere, sese esse contritum, nec sacerdos inquirere. Aduersus Confessionem verò huiuscemodi articulos ibidem tradidit: Nullo modo præsumas confiteri venialia peccata, nec mortalia omnia.' Dum volumus omnia purè cõfiteri, nihil aliud facimus, quàm quòd misericordiæ Dei nihil volumus relinquere ignoscendũ. Et fidei volens tribuere totam iustificationis causam, & nihil absolutionis sacramento, peccata (inquit) non sunt vlli remissa, nisi remittente sacerdote, credat sibi remitti, imò peccatum maneret, nisi remissum crederet. Sed & aduersus satisfactionem, eiusmodi articulũ posuit, quem ipse ibidem verissimum vocat prouerbium, omni doctrina de contritionibus hucusq; data, præstantius, quo dicitur: Optima pœnitentia no

ua

ua vita. Hactenus Catholica &orthodo xa Eccleſia vnanimi conſenſu docuit at q; credidit, miniſtrum ſacramenti pœnitẽtiæ, ſacerdotem eſſe hierarchicum. Iſte autem hæreſiarcha in loco nunc ſæpe citato. In ſacramento (inquit) pœnitẽtiæ ac remiſsione culpę, nõ plus facit papa Epiſcopꝰ quam imfimus ſacerdos, imò vbi non eſt ſacerdos, æquè tantum quilibet Chriſtianus, etiã ſi mulier aut puer eſſet. Itaq; cum e ſeptem ſacroſanctis ſacramẽtis, propria temeritate quatuor expungant, atq; illa ipſa quæ adhuc pro ſacramentis agnoſcere videntur, partibus ſuis ſubſtãtialibus detruncent, ita vt eorum integritatem tollant, quomodo apud eos legitimum atq; rectum ſacramentorum vſum eſſe concedere poſſumus? Nullius ſiquidem rei vſus poteſt adſtrui, cuius eſſe negatur. Nam oĩs vſus rem aliquã perquirit aut ꝑſupponit, cuius ſit vſus. Cum itaq; aduerſarij ſacramenta quædã negent quó eorum rectũ vſum habebunt? Cum ipſi pro ſacramentis non habeant, quæ apud nos vera ſunt ſacramẽta, eorũ verũ

vſum habere profectò non poterunt, quorum ſubſtantiam negant. Quoniã aduerſarij miniſtrum ſacramenti pœnitentiæ, ſacerdotem hierarchicum non agnoſcunt, veram peccatorũ remiſſionem non habent, quia illa quoq; ad ſacerdotalẽ autoritatẽ (quæ apud eos nõ eſt) pertinet, vt hic taceam, eidem locũ non eſſe, extra illam Eccleſiam, quæ illi Cæphæ inhæret, quæ Petrum paſtorem rectoremq; agnoſcit.

## CAPVT VI.

SEd obijciet fortaſſe quiſpiam, & dicet: euchariſtiæ ſacramentũ rectè apud eos tractari, eò q̃ eo vtanturiuxta Chriſti inſtitutionem, qui illud ſub vtraq; ſpecie panis ſcilicet & vini diſtribuunt, ac proinde illius ſacramenti melioremapud eos eſſe vſum, quàm apud nos, vbi duntaxat ſub ſpecie panis adminiſtratur populo. Paulo ſuperius dictũ eſt, neq; huius nempe Euchariſtiæ ſacramenti rectum vſum eſſe apud aduerſarios, quorum pleriq; quum ſint meri laici, nullum ordinem habentes, à nullo Epiſcopo conſecrati, non conſecrant,

erãt, alij aũt quum sint, vel apostatæ rebelles & excommunicati, q̃ ecclesię forma & intẽtione nõ vtũtur in ꝓlatione verborũ, eucharistiam non conficiunt. Veruntamẽ qm̃ fortè mouet quempiã vtraq; species, respondemus Christum quidẽ in cœna nouissima, vtramq; speciem porrexisse, sed Apostolis tantũ q̃ aderant, quos etiam tum sacerdotes ad id muneris consecrauit dicẽs: Hoc facite in meã cõmemorationẽ. Sic etiã modo sacerdotes speciem vtramq; consecrant & sumunt, tum quia Christus instituit corpus suum consecrandum, sumendum & offerendum in hoc sacramento sub vtraq; specie per apostolos, in quorum locum succedunt episcopi & sacerdotes, tum etiam quia sacerdotes (quorum est offerre sacrificium & dispensare sacramentum populo, eiusdem sacrificij debent prius esse participes, quàm ipsum populo administrent, vt docet D. Diony. in Ecclesiastica Hierarchia. Et D. Pau. dicens: Nónne qui edũt hostias, participes sunt altaris? Porro vna species vini sci. (q̃ in primitiua

Luc. 22

De consec. dist. 2. Cã Relatum. & Can. Cõperimus.

1. Cor. 10

Eucharistię alterã ſpeciem rationabiliter laicis adempta eſt.

ecclesia, non quidem vniuerſaliter vbiq; in vſu fuit, ſed in multis locis duntaxat, laicis rationabiliter adempta eſt, non ob inuidiam (vt calumniantur aduerſarij) ſed propter neceſsitatem, nimirum propter calicis effuſionem, quę in tanta hominum multitudine facile accidere poteſt, & propter vini corruptionẽ, nonnullaſq; alias legitimas cauſas quibus eccleſia permota, iuſt èinterdixit laicis alteram ſpeciem, cum tantũ ſumant ſub altera, quantum ſub vtraq;: Quam quidem longiſsimi temporis cõſuetudinem, duo generalia Concilia in Germania habita, confirmarunt Conſtantiẽſe ſcilicet & Baſilienſe. Sacerdos quoq; non celebrans, ſi ſumere Euchariſtiam vult, non ſub vtraq;, ſed ſub ſpecie panis tantum, de manu alterius accipit. Porro ſi nos aduerſarij ad Chriſti inſtitutionem in vltima cœna factam reuocare volunt, videbunt quàm non rectè neq; ipſi adhuc Euchariſtiam adminiſtrent. Legant Euangelia, & conferãt cũ ſua conſuetudine, quàm ipſi ſibi finxerũt, & inuenient neq; tempus cœnæ dñicę

De tempore uide Cypria. lib 2. epiſtã.

dñicæ conuenire cũ illorũ cœna, q̃ dñicam vocãt, neq; pedũ lationem, q̃ p̃cepta à dño, magnum ſacramentum dilecti onis continet, quam omnino non ſeruãt. Deinde neq; vini calicem, aqua miſcent, quod tamen D. Cyprianus li. 2. epiſt. 3. aſſerit & p̃bat ex inſtitutione eſſe Chriſti. Sed leuia ſint, & ad cœnam dñinicam (ſic eã vocant) minimè neceſſaria, quid dicent de ijs, qui Chriſtum in Euchariſtiæ ſacramẽto p̃ſentem nõ credunt? Quõ illius ſacramenti verũ vſum habebunt, quem non credunt? Et certè plurimos inter eos eſſe conſtat, qui vſq; adeo religionem omnem ex animis vna cum veritate ipſa eiecerunt, vt non credant verum corpus & ſanguinem Chriſti eſſe in Euchariſtia. Et ſi credant fortaſſe quidam, ſunt tamẽ plurimi qui negãt eſſe, niſi quatenus ſumatur. Vnde id quod non fuerit ſumptum aſſerunt nihil habere ſacri, ſed panem duntaxat vinumq; eſſe. Qua p̃pter porrecto poculo, id quod reliquum eſt, effundunt in angulum aliquem, aut ſodali in conuiuio, de quo mõ ſublatũ fuit, propinat.

Tales ne rectum habere vsum Euchari stiæ existimabimus? Minimè. Sed potius quis tantũ facinus non execretur? quis non exhorrescat? verùm de his hactenus, nunc ad propositnm redeamus, atq; adhuc fusius ostendamus, apud aduersarios verùm atq; legitimnm sacramentorum vsum non esse,

CAPVT VII.

COnstat enim cantatissimam semper & in Ecclesia receptissimam sententiam fuisse, sacramenta nouę legis gratiam conferre illis, qui obicem non ponerent. At Mart. Luth. in assertione articulorum suorum per Bullam Leonis. 10. damnatorum: Hæretica est, (inquit) sed vsitata sententia, Sacramenta nouę legis dare gratiam illis, qui non ponunt obicẽ, Vnde discipuli eius dogmatizant, sacramenta instituta esse non modo vt sint notæ ꝓfessionis inter homines, sed magis vt sint signa & testimonia voluntatis Dei erga nos, ad excitandam confirmandamq́; fidem in ijs qui vtuntur ꝓpositа. Vtẽdum esse sacramẽtis, ita vt fides accedat, quę credat ꝓmissioni-

Sacramẽtorum causam & verum vsum ignorant Lutherani

ſionibus, quæ per ſacramẽta exhibent̃ & oſtenduntur. Nos aũt damnãt, quòd doceamus, ſacramẽta ex op̃e operato iuſtificare. & nõ doceam⁹ fidẽ req̧ri in vſu ſarcamẽtorũ, q̃ credat pctã remittenti. Cũ itaq;, cauſam ignorẽt, ob q̃ ſacramẽta inſtituta ſunt, aut potius cũ verũ ſacramẽtorũ vſum ignorẽt, quo pacto eũ habere poſſunt? Rectũ em̃ vſum alicui⁹ rei habere nemo poteſt q̧ eius rei rectũ atq; legitimũ vſum ignorat. Non em̃ ꝓpterea ſacramẽta inſtituta aut ꝓpoſita ſunt, vt excitetur & cõfirmetur fides in ijs q̧ ijſdem vtuntur, neq; ſic vtendum eſt ſacramentis, vt fides accedat quę credat promiſsonibus, quæ per ſacramenta exhibentur & oſtenduntur, ſed potius vt fides præcedat, non accedat. Neque enim ſacramenta dantur infidelibus, vt fidem per ea accipiant (vt falſo imaginãtur aduerſarij) ſed fidelibus & iam credẽtibus, Neq; adhoc ſacramẽta ſunt ꝓpoſita, vt excitet̃ & cõfirmet̃ fides in ijs q̧ ijſdẽ vtũt̃, ſed poti⁹ vt ſint velut media & inſtrumẽta q̃dã ꝑ q̃ inuiſibiliter in nob. dinina virt⁹ op̧et̃ ea, adq̃ effi

citer significanda instituta sunt. Vt autem non est eadem significatio oīm, ita nec idem est effectus omnium, quem in nobis ea suscipientibus operatur Deus. Non requiri verò in vsu oīm sacramentorum fidem, qua credamus in illis peccata remitti, nos affirmamus verissimū, eò quòd non omnia sint adhoc primoà Christo instituta, sed duo duntaxat, né pe baptismi & pœnitentiæ sacramenta, reliqua proprios suos effectus habent. Nam Confirmationis proprius essectus est spiritus sancti datio: Ordinis est in sacerdotali aut Leuitico ordine constituere, & elargiri spiritus sancti gratiam, non equidem iustificantem, sed velut energiam quandam, ad functiones eius quod suscepit officij, in vtilitatem Ecclesiastici corporis: Matrimonij primarius effectus est cõiugum indissolubilis copula: Vnctionis extremæ, cõfortatio animæ, deinde & corporis. Quod autē nos damnant, qui docemus sacramenta ex opere operato iustificare, sua illa autoritate faciunt, tanquam apud eos sit damnandi & statuendi, quicquid illis

Sacramentorum effectus.

visum

visum fuerit authoritas. Nam sacramenta ex opere operato, conferre eam gratiam quam significant, non ponenti obicem tota Ecclesia catholica vnanimi consensu affirmat verisimũ, eò quòd alioqui non forent signa efficacia.

# LIBER QVARTVS.

## CAPVT I.

POsteaquam ostendimus apud hæreticos rectum & legitimum sacramentorum vsum non esse, postulat ordo promissus, vt etiam demonstremus apud eos sanam doctrinam non esse. Et quidem quum sanæ doctrinæ præcipuum caput sacra scriptura sit diuinitus inspirata, ipsi autem hæritici nullum ius habeant allegandi scripturas, neque apud eos scripturarum iusta possessio sit, nemini dubium esse potest, quin etiã sana doctrina careant. Quòd autem illis nullũ ius competat vtendi scripturis Tertullianus

*Hæreticis nullũ ius competit vtẽdi scripturis*

*Hæretici Christiani non sunt.*

nus in eo lib. quẽ de præscrip. hæret. vtilissimè scripsit, ostendit, dum docet dispiciendum esse cui competat possessio scripturarum, ne is admittatur ad eandem cui nullo modo cõpetit. Quapropter hæreticos (inquit) probamus sine scripturis, ad scripturas non pertinere. Si enim hæretici sunt, Christiani esse non possunt, non à Christo habendo, quod de sua electione sectati, hæreticorum nomine admittunt. Ita non Christiani, nullum ius capiunt Christianarum literarum, ad quos meritò dicendum, Qui estis? quando & vnde venistis? quid in meo agitis non mei? quo denique Marcion iure syluam meam cædis? qua licentia Valentine fontes meos transuertis? qua potestate Apelles limites meos commoues? quid hic cæteri ad voluntatem vestram seminatis & pascitis? Mea est possessio olim possideo origines firmas, & ipsis autoribus quorum fuit res. Ego sum hæres Apostolorum. Sicut cauernnt testamento suo, sicut fidei commiserunt, sicut adiurauerunt ita teneo.

Vos

Vos certè exhęredauerunt ſemper & abdicauerũt vt extraneos & inimicos. Vnde aũt extranei & inimici Apoſtolis hęretici, niſi ex diuerſitate doctrinæ, quã vnuſquiſq; de ſuo arbitrio, aduerſus Apoſtolos, quos protulit aut recepit. Illicigitur & ſcripturarũ expoſitionũ adulteratio deputanda eſt, vbi diuerſitas inuenitur doctrinæ &c. Irenæus quoq; lib. 4. c. 43. oſtendit ſolam Eccleſiã rectè legere ſcripturas, hæreticos aũt alienũ ignẽ adferre ad altare Dei, id eſt, alienas doctrinas.

## CAPVT II.

POrrò ſi ad ſolã Eccleſiã ſpectat poſſeſsio ſcripturarũ nõ ad hæreticos, apud quos iniuſta ſcripturarũ poſſeſsio eſt, quiq; nullũ ius habent allegãdi ſcripturas, cõſequitur hæreticos cũ in fidei diſſentionib. ad ſcripturã prouocãt, tanquam ad vltimù remediũ minimè audiendos eſſe nec admittendos. Vnde iterũ Tertullianus: Non ſunt, inquit, admittẽdi hæretici ad ſcripturarũ prouocationẽ, quos ſine ſcripturis, ꝓbam⁹ ad ſcripturas non pertinere. Si enim hęretici

Hæretici non ſunt audiendi cum ad ſcripturas prouocãt.

tici sunt, Christiani esse non possunt. Et si non sunt Christiani, nullum ius capiunt Christianarum literarum. Hęc ille. Porrò quia scriptura diuina, possessio propria Ecclesiæ est (ad eius vtilitatem data) & membris eius conscripta, & à doctore Ecclesiæ Iesu Christi spiritu, est dictitata, ex qua hæretici & schisma tici, velint nolint, sunt, quum ab illa sponte sua exierint, & cum illa non colligant, imò extra eam pernitiosè dispergant, seipsos segregantes, animales homines, spiritum non habentes, non potest magis ad eos pertinere scriptura sacra, quàm ad Iudæos vel Saracenos, cum quibus nihil habet cõmercij Christiana religio. Literas ergo solas tenent & sensu earum prorsus carent, lumine interno & externo carentes. Interno quidem, quia carnales homines sunt & animales, apud quos iuxta Paulum nõ pertinet iudicium de spiritualibus. Quamuis enim nullum aliud crimen haberent præter hæresim & apostasiam, operarij tamen carnis sunt, & in eo quòd sectarij sunt. Nam sectæ inter opera carnis ab

Scriptura nõ magis pertinet ad hæreticos, quã ad Sarracenos.

nis ab Apoſtolo in epiſtola ad Galat. enumerãtur. Porrò quod interno lumine, quod à ſpiritu ſancto eſt, careant, D. Auguſtinus haud obſcuris verbis teſtatur, dicens: Non habent ſpiritum ſanctum qui ſunt extra eccleſiam. De illis quippe ſcriptum eſt: qui ſeipſos ſegregant animales, ſpiritum non habentes. Qui vult ergo habere ſpiritum, caueat foris ab Eccleſia remaneat. Hæc ille. Externo autem lumine carẽt, quia ſenſum Eccleſiæ non recipiunt, & ſanctos Eccleſiæ patres atque doctores, qui ſacras exposuere literas, ſuperbè reijciunt. Cæterùm quòd ij qui ſunt extra Eccleſiã, ſcripturæ ſenſum non teneant, D. Hieronymus exponens illud Canticorum, En ipſe ſtat poſt parietem noſtrũ, &c. teſtatur, dicens: Poſt parietem latet verbum in ſcriptura, quod non intelligit anima, niſi intra parietes Eccleſiæ poſita, & charitate veſtita. Scriptura ſacra non eſt ſatis ſufficiens ac illuſtris nota, qua catholici diſcerni poſsint ab hæreticis & Eccleſia Chriſti, ab Eccleſia malignantium, quoniam perſidiam quoq;

ſuam

ſuam hæretici ſcripturis conantur defendere, & ſcripturæ non in legendo, ſed in intelligendo cõſiſtunt, vt inquit S-Hieronymus. Si ergo ſcripturæ intelligãtur eo ſenſu, quo Deus per prophetas & apoſtolos loquutus eſt, cõſtat illũ ſolũ in catholica & apoſtolica Eccleſia, à qua & aduerſarij ſcripturas acceperũt, quod negare nõ poſſunt: ipſi enim à nobis diſceſſerunt nó nos ab illis, vt rectè præſcribamus illis.

## CAPVT III.

In lib. aduerſus prophanas omniũ hæreſeon nouationes.

SEd ſi apud hæreticos poſſeſsio ſcripturarũ non eſt, ſi apud illos nullũ eſt ius vtendi ſcripturis, cur eis vtuntur? cur eas citant & producunt in medium? cur denique eas interpretantur? Sed ipſi, inquit Tertullianus, de ſcripturis agunt, & de ſcripturis ſuadent (& vt Vincentij Lirinenſis verbis vtamur) vtuntur hæretici diuinæ ſcripturæ teſtimonijs, & vehementer quidem. Nam videas eos volare per ſingula quęque ſanctæ legis volumina, per Moyſi, per regno-

gnorum libros, per psalmos, per apostolos, per Euangelia, per prophetas. Si ue enim apud suos siue alienos, siue priuatim, siue publicè, siue in sermonibus, siue in libris, siue in conuiuijs, siue in plateis, nihil vnquam penè de suo proferunt, quod non etiam scripturæ verbis adumbrare conentur. Lege Pauli Samosathenì opuscula, Priscilliani, Eunomij, Iouiniani reliquarumque pestium, cernas infinitam exemplorum congeriem, propè nullam omitti paginam, quæ non noui aut veteris Testamenti sententijs fucata & colorata sit.

Scripturas cur citent & tractent hæretici.

Porrò huic obiectioni respondet Tertullianus, dicens: Aliunde scilicet suadere non possent de rebus fidei, nisi ex libris fidei. Et post eum Vincentius Lirinensis: Tanto, inquit, magis cauendi & pertimescendi sunt, quanto occultius sub diuinæ legis vmbraculis latitant. Sciunt em̃ fœtores suos, nulli ferè citò esse placituros, si nudi & simplices exhalentur, atq; idcirco eos cęlestis eloquij velut quodam aromate aspergunt,

gunt, vt ille qui humanum facile despi ceret errorem, diuina non facile conté nat oracula. Itaque faciunt, quod hi so lent, qui paruulis austera quædam tem peraturi pocula, prius ora melle circum linunt, vt incauta ætas cum dulcedinem præsenserit, amaritudinem non refor midet. Quod etiam his curæ est, qui ma la gramina, & noxios succos medicami num vocabulis prȩcolorant, vt nemo se rè vbi supra scriptum legerit remediũ, suspicetur venenum. Multa quoq; alia adhuc subijcit, quæ hic asscribere lon gum esset, qua propter ad autorem ip sum lectorem remittimus. D. Hierony mus in cap. 23. Hieremiæ, vbi dicit: Pro pterea ecce ego ad prophetas, dicit do minus, qui furãtur verba mea. Semper (inquit) imitatur mendacium verita tem: & nisi habuerit aliquam similitu dinem recti, decipere non potest inno centes. Quomodo igitur in priori po pulo mentiebantur Prophetæ atque di cebant: Hæc dicit Dominus. Et, Vidi Dominum, Et verbum domini quod fa ctum est ad illum, siue illum. Sic hæreti ci assu-

Recte ergo dictũ est, pixides habere pharmaca pharmaca verò vene na.

ci assumunt testimonia scripturarum de veteri & nouo Testamento, & futantur verba saluatoris vnusquisque à proximo suo, prophetis & Apostolis & Euangelistis, & assumut linguas suas, vt cordis venena ore pronuncient, & dormitant dormitationẽ, de quibus verè dictum est: dormitauerunt somnum suum, & nihil inuenerunt. Irenæ' quoque lib. 1. c. 1. de hæreticis loquens: Cũ, inquit, tale sit illorum agumentũ, quod neque prophetę prædicauerunt, neque dominus docuit, neque Apostoli tradiderunt, quòd abundantius gloriantur plusquam cæteri cognouisse, de his quę non sunt scripta legentes: & (quod solet dici) de arena resticulas nectere affectantes, fide' digna aptare conantur his quæ dicta sunt, vel parabolas dominicas, vel dictiones propheticas, aut sermones apostolicos, vt figmentum illorum non sine teste esse videatur, ordinem quidem & textum scripturam supergredientes, & quantũ in ipsis est soluentes membra veritatis. Transferunt autem & transfingunt, & alterum ex

altero facientes, seducunt multos ex his quæ aptant ex dominicis eloquijs malè compositio phantasmati. Quomodo si quis regis imaginem bonam, fabricatam diligenter ex gemmis preciosis à sapiente artifice soluens subiacentem hominis figuram, transferat gemmas illas & reformans, faciat ex his formam canis vel vulpeculę, & hanc malè dispositam, dehinc conformet & dicat hanc esse regis illam imaginem bonam, quam sapiens artifex fabricauit, ostendens gemmas, quæ bene quidem à primo artifice in regis imagine compositę erant, malè verò à posteriore in canis figuram translatæ sunt, & per gemmarum phantasiam decipiat idiotas, qui comprehensionem regalis formæ non habeant, & suadeat, quoniam hæc turpis vulpeculæ figura, illa est bona regis imago. Eodem modo & hi aniculaṙ fabulas assumentes, post deinde sermones & dictiones & parabolas hinc inde adferentes, vt aptare volũt suis fabulis eloquia Dei. Hanc eandem similitudinem, cũ

Similitudo contra depravate vtentes scripturas sacras.

ex

ex Irenæo retuliſſet Epiphanius Conſtantiæ Cypri Epiſcopus contra ſectam 31. ſcribens, ſubiunxit, dicens: Qui regulam veritatis immobilem in ſeipſo tenet, quam per baptiſma accepit, nomina quidem & voces ac parabolas ex ſcripturis agnoſcet. Etſi enim lapillos cognoſcet, tamen vulpeculam pro regia imagine non ſuſcipiet. Sed ſingulis dictis in proprios locos relatis, & veritatis corpuſculo adaptatis, ipſorum figmentum denudabit, & ex rerum natura auferet. hactenus ille. Hæretici itaq; quum ſcripturas corrumpant, aut ad peruerſa ſua dogmata ſtabilienda trahant, certè longè irreuerentius eas tractant, q̃ ipſi milites tunicam Chriſti in conſutilẽ, hi certè reuerebantur hãc tunicã ſcindere, ſed hæreticos literas ſacras dilacerare non pudet. Porrò q̃ iniquũ ſit ſacrã ſcripturã peruertere, aut ad ſenſũ trahere repugnãtẽ, vel ex D. Hieronymo liq̃t, q aduerſus eiuſcemodi homines inuehẽs in epiſt. ad Paulinũ, Lutheranos ſuis colorib. ſatis graphicè depinxit, dũ ait: Taceo de mei ſimilib. q ſi

Sacras literas quomodo hæretici corrumpant.

tè ad scripturas sanctas, post seculares literas venerint,& sermone compoſito, aurem populi mulserint, quicquid dixerint, hoc legem Dei putant, nec scire dignantur quid prophetæ, quid Apoſtoli senserint: Sed ad sensum suum incongrua aptant testimonia, quasi grande sit,& non vitioſisſimum docendi genus, deprauare sententias,&ad voluntatem suam scripturam trahere repugnátem. Quasi non legerimus Homerocentonas,& Virgiliocétonas, ac non sic etiam Maronem sine Christo posſimus dicere Christianum, quia scripserit: Iám redit & virgo, redeũt Saturnia regna. Iám noua progenies cælo demittitur alto. Et patrem loqnẽtem ad filiũ: Nate meę vires, mea magna potẽtia solus. Et post verba saluatoris in cruce: Talia perstabat memorans, fixusque manebat. Hactenus ille. Propter hæc ergo & similia, rectè à Tertulliano dictum est, hæreticos vti scripturis in testimonium iudicij. Sic enim in libro de carne Christi habet. Sed vtantur hæretici omnes scripturis, cuius vtuntur etiam mundo.

Hæretici vtuntur scripturis in testimonium iudicij.

Erit

Erit illis hoc quoque in testimonium iudicij, quod de exemplis ipsius blasphemias suas instruunt. Et D. Augustinus epist. 141. ad Maximum, rectè asserit hæreticos non rectè intelligere literas sacras, conscriptas ad fidelium salutem, tanquam si quisquam se medicinalibus ferramentis grauiter vexet, quæ vtique non ad vulnerandum, sed ad sanandum sunt instituta.

## CAPVT IIII.

PRæterea hæretici serpentum more scripturarum aquas intoxicant, quemadmodum Epiphanius contra sectam 34. scribens, huiuscemodi ostendit exemplo? Qui rerum, inquit, historias scripserunt, dipsadem tradunt quendam serpentem, talem veneni pernicieм inducere. Etenim in locis quibusdam vbi fontes sunt in Petris aut venæ, siue riuuli parui aquarum, qui à petris funduntur in receptaculum aliquod, ipsa dipsas aquam reperiens ac bibens, postquam bibit, venenum immittit in prædictas aquarum stationes, vt omne animal quod accessit, & potu se satiauit, videatur quidem sibi vti-

*Scriptur. rũ aquas hæreticis toxicant serpentũ more.*

*Dipsadis natura.*

litatem percepisse ex participatione aquæ, statim verò circa aquarum receptaculum, ex veneno dipsadis suscepto cadat ac moriatur. Quin etsi aliquē percusserit, ipsa eadem dipsas, affectio doloris ex veneno ipsius, vehementiori victoria prædito, ad sitim & appetentiam potus vrget, semper ad bibendum ac ingerendum potum irritans. At percussus putat se aliquid vtilitatis accipere, ad pernitiem quoties in lethali hoc dolore potum sumit. Verùm in ipso potu expleto ventre & nō amplius suscipiente, postea vna cum potu animā emittit. Hactenus ille. Haud secus etiā hæretici, scripturarū fontes, venenatis & pestiferis interp̄tationibus, inficiūt, quas legentes simpliciores quiq;, existimant sese sanam doctrinā accipere, at vbi susceperīt atq; hæreses & peruersa dogmata, p̄ catholica expositione & doctrina imbiberint, verè quantum ad animā attinet moriuntur. Cum itaq; iuxta hanc dipsadis naturam hæretici scripturas sacras, prauis & ad hæreses suas stabiliendas detortis interpretationibus intoxicent

intoxicent ac inficiant, quomodo apud eos sana doctrina, quomodo purum & indefecatum Dei verbum esse potest?

## CAPVT V.

ADhæc constat hæreticos scripturas sacras frequenter malè allegare, sępenumero mutilare & detruncare, nonnunquam falsis adiectionibus corrumpere, prętereà quasdam scripturas non recipere, & quasdam talium esse negare. Quod Tertullianus in lib. de prę-scriptione hæreticorũ eiuscemodi verbis declarat: Alius manu scripturas, alius sensu expositiones interuertit. Neque enim si Valentinus integro instrumento vti videtur, non callidiore ingenio quàm Marcion? Marcion enim exertè & palàm machera, nõ stilo vsus est, quoniam ad materiam suam cædẽ scripturarum confecit, Valentinus autem pepercit, qm̃ non ad materiam scripturas, sed materiã ad scripturas excogitauit, & tñ plus abstulit & plus adiecit, auferens, pprietates singulorũ quoq; verborum, & adijciens dispositiones non comparẽtium rerum. Sic (vt author est

Scripturas hæretici male citãt mutilant, ac corrumpunt.

Epiphanius contra sectam 23. (Saturnilus quidã, in illo verbo quod in Genesi dictũ est à Deo faciamus hominẽ ad imaginem & similitudinem nostrã, nostram omisit atque amputauit, quo errore ipsi veri similitudinẽ haberet. Sic Ebionæi siue Ebionitæ susçipiebant solũ Euangeliũ secundum Matthæum, & id quidem mutilatum & corruptum velut etiam Cherintus & Menander vtebantur. Sic Gnostici, vbi verbum reperiebãt aliquod, quod contra ipsos sententiã habere poterat, dicebant hoc à spiritu mundano profectũ esse. Si verò aliqua sententia ad similitudinẽ concupiscentiæ eorum formari poterat, non vt habebat verbũ, sed velut habebat mẽs ipsorum decepta, hanc ad cupiditatẽ suam transmutantes, dicebant ex spiritu veritatis ipsam processisse. Sic Cherintiani vtebantur Euangelio secundum Matthæum ex parte, non in toto. Paulum verò reprobabant. Sic iterum Ebionitæ Actus Apostolorũ alios esse dicebãt, in quibus multa habebantur, impietate ipsorũ referta. Abrahã quoq

Contra sectam 20.
Contra sectam 26.
Contra sectam 28.
Contra sectam 30.

con-

confitebantur & Isaac, sed reprobant ac
subsannabant Dauidem. Sic Cerdon ve
tus testamẽtum reprobabat, tum quòd Contra 41.
à Moyse, tum quòd à prophetis tradi-
tum est, velut à Deo alienum. Sic Mar- Contra 42.
cion Euangelium secundum Lucam so
lum habuit, circunciſum ab initio, nec
solum principium resecuit ille, qui seip
sum magis quàm Euãgelium corrupit,
sed etiam de fine ac medio, multa veri-
tatis verba recidit & alia præter ea quæ
scripta sunt apposuit, vnde vestimenti
à multis tineis corrosi similitudinem
præ se fert. Habuit autẽ & epistolas san-
cti Apostoli decem, quibus solis vteba-
tur, non autẽ omnibus in ipsis scriptis,
sed aliqua ex ipsis resecans, quædam ve
rò capita permutans, his ergo duobus
libris tantùm vtebatur, alia autem scrip
ta à seipso composuit, his qui ab ipso de
cepti erant. Sic Encratitæ vtabantur li- Contra 47.
bris veteris testamenti quibus volebãt. Contra 52.
Sic Alogi, id est, bruti illi & verbo ca-
rentes, & qui alieni sunt à verbi prædi-
catione (sic enim eos nominat Ephipha
nius) neq; Ioannis Euangelium, neq; A

pocalypsim admittebant. Prætexebant enim illi se vereri contradicere sancto Ioanni, eò quòd sciebãt ipsum in numero Apostolorum esse, & à dño dilectũ, qui pro dignitate mysteria reuelauit, & supra pectus dñi recubuit, & ideo alio modo ipsa subuertere conabantur. Dicebant enim non esse ipsa Ioannis, sed Cherinti, & indigna esse ipsa Ecclesia. Sic Arriani epistolam ad Hebręos reijciebant, negantes ipsam naturaab Apostolo esse, & asserentes ipsam Pauli non esse. Sic Manichęi (vt author est D. Aug. lib. 1. contra aduersarium legis & prophetarum cap. 1.) librum Geneseos non accipiebant, sed blasphemabant, & legem prophetasque contemnebant, imò totum vetus testamentum reijciebant, & (quemadmodum idem patet testatur li. 22. c. 15. contra Faustum quę de nouo testamento proferebantur à beatissimo Aug. vel alijs, ipsa audebant dicere falsa esse atq; peruersa, priuilegio illo suo diabolico, vt quicquid est in Euãgelio, vel in epistolis Canonicis, quo adiuuari hæresim suam putent, id esse à Chri-

Cont. 69.

Priuilegium Diabolicum hæreticorũ.

Christo & Apostolis dictum. Quicquid autem ex eisdem codicibus, aduersus eos sonuerit, immissum ab infalsatoribus ore impudenti ac sacrilego non dubitent dicere. Sic etiam (teste D. Cypriano) apud Nouatianos scripturæ cœlestes legebãtur potius, quàm intelligebantur, parum si non & interpolarentur. Nam erant eorum præclusæ aures, & corda cæcata, qui nullũ de spiritalibus ac salutaribus monitis admittebant, qui illa quæ ad exitum salutis pertinebãt, tantùm legebant, & quæ ad misericordiam, præteribant. D. quoque Hieronymus in prœmio commentariorum in epist. ad Titum, ad Paulam & Eustochium scribens, ostendit hæreticos hæretica autoritate libros sacræ scripturæ deprauasse, erasisse quicquid suis dogmatibus contrarium inuenerũt, & Paulinas insuper reiecisse epistolas. Sic postremò Martinus Luther vt hæresim suam statueret, etiam diuinas iugulare scripturas conatus est. Nam epistolam Diui Iacobi, quòd hæresi suæ palã aduersaretur, omnib⁹ modis extinguere ni-

Scripturas Luther iugulare conatus est.

re nisus est. Sic enim in præfatiõe Thet
tonica noui testamenti scripsit, in epist.
scilicet beatissimi Iacobi Apostoli non
esse illius, aut vllius Apostoli, cum con-
tra sanctum Paulum, omnemque scrip-
turam, operibus iustificationem tri-
buat, laceretque scripturam, & resistat
Paulo & omni scripturæ. Cumque in se
culari iudicio, vnus vir sit nullus vir,
quomodo singularis iste vir (inquit) có
tra Paulum & omnem scripturam vale-
at? In summa ait B. Iacobi epistolam ve-
rè stramineam esse, præ cæteris noui te-
stamenti libris & epistolis, cum nihil E
uangelicum sapiat. Porro hunc secuti
discipuli illius, falsificauerũt verba Pau
li, vbi de fide loquitur, quia addiderũt
ei (solùm) dictionẽ exclusiuam, quam
textus Pauli non habet. Et quomodo
ipse Luther falsificauerit nouum testa-
mentum, quilibet cognoscere poterit,
qui legere non fuerit dedignatus. An-
notationes doctissimi viri Hieronymi
Emseri in totum nouum testamentum.
Nec solùm in verbis syllabis & literis
quibusdam ab illis multa mutata & vi-

tiata

tiata sunt, verum etiam multa loca Euã gelij & Pauli, aliorumq; Apostolorum, in sensu & intellectu sceleratissimè per uerterunt. Quid? ꝙ Zuingliani (Lutheranorum mala soboles) illa veneranda & tremenda verba filij Dei deprauare conati sunt: Hoc est corpus meum? Vbi corrupto sensu, Est, pro significat, accipiunt, & inde multas blasphemias iniquas & nefandos errores euomunt. Recte ergo iterũ Tert. in. lib. de præscrip. hæret. de hæreticis loquẽs: Ista (inquit) hæresis nõ recipit quasdam scripturas, & si quas recipit, adiectionibus & detractionibus ad dispositionẽ instituti sui interuertit. Et si recipit, non recipit integras. Et si aliquatenus integras præstat nihilominus diuersas expositiones commentata conuertit. Tantùm veritati obstrepit adulter sensus, quantùm & corruptor stilus, variæ præsumptiones necessario nolunt cognoscere ea, per quæ reuincuntur, his nituntur, quæ ex falso composuerunt, & quæ de ambiguitate cæperũt. Hæretici magna malitia, de scripturis certa quæq; decerpũt, quibus

bus circumueuiant imperitos. Cyprianus Tract.3.de simpl.prælat.Corruptores Euangelij (inquit)atq; interpretes falsi,extrema ponunt,& superiora prætereunt,partim memores,& partim subdolè corrumpentes, vt ipsi ab Ecclesia scisi sunt,ita capituli vnius sententiam scindunt.Aug.contra Adimantum Manichæi discipulũ.c.14. reprehendit Manichæorum fraudẽ,qui particulas quasdam de scripturis eligebant quibus decipiebant imperitos, non connectentes, quæ supra & infra scripta sunt,ex quibus voluntas & intentio scriptoris posit intelligi.

## CPVT VI.

CVm itaq; hæretici(vt modo multis exemplis ostendimus) scripturas mutilent, deprauent atque intoxicent , & scripturarum diuinarum iustam possessionem non habeant, quomodo apud eos sana doctrina ( quæ ex scripturis integris rectéque intellectis habetur)esse potest?Ea propter quemadmodũ D. Hieronymus de Marcione & Basilide,reliquisq; hæreticis dicit,in vni-

vniuersum de omnibus rectè dicitur: Sic enim scribit in comment. epistolæ Pauli ad Galat. & citantur eius verba à Gratiano 1. quæst. 1, can. Marcion & Basilides, & cæteræ hæreticorum pestes, non habent Dei Euangelium, quia non habent spiritum sanctum, quia sunt extra Ecclesiam, vbi spiritus sanctus nec datur, nec habetur. Quod D. Augustinus epist. 50. ad Bonifacium comitem fatetur dicens: Non quærant spiritum sanctum nisi in corpore Christi. Extra hoc corpus neminem viuificat spiritus sanctus, quia sicut ipse dicit Apostolus: Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis, Non est autem particeps diuinæ charitatis qui hostis est vnitatis. Nõ habent itaq; spiritum sanctũ, qui sunt extra Ecclesiam. De illis quippe scriptum est: Qui seipsos segregant animales, spiritum non habentes. Quæ cum ita sint, euidentissimum esse arbitramur, apud hæreticos sanam doctrinam & purum Dei verbum non esse. Porro si apud hæreticos, non est sana doctrina nec purũ

Spiritus sanctus extra Ecclesiam non datur.

verbum

verbum Dei, consequitur apud eos esse adulteratam doctrinam, & verbum Diaboli. Quod de Lutheri doctrina hisce ferme verbis ostendit, grauissimus & disertissimus autor, Stanislaus: Hosius, Episcopus Vanriensis, lib. 1. aduersus prolegomena Brentij, quæ ædidit contra doctissimum Theologũ Petrum à Soto. Hic enim probat ex Lutheri verbis, ipsum Lutherum, non hoc spectasse sua doctrina peregrina, vt Christi gloriam propagaret, vtq; veritatem illius patefaceret, sed vt odio ipse erga papam excęcatus, eodem illius odio, cæteros inflammaret. Fatetur ipse Lutherus in epistola quadam ad Argentinenses, ad quos in hæc verba scripsit: Hoc diffiteri (inquit) nec possum, nec volo, quòd si Carolstadius, aut alius quispiam, ante quinquennium persuadere mihi potuisset, in sacramento, præter panem & vinum esse nihil, ille magno beneficio me sibi deuinxisset. Grauibus enim curis anxius, in hac excutienda materia, multũ desudabam, omnibus neruis extensis, me obtricare & expedire conatus

Doctrina Lutheri, est verbũ diaboli.

tus sum, cum probè prospiciebam, hac re papatui valdè me incommodare posse. Tanta fuit mens illius, infuscata maleuolentia, Christum vt præsentem in Eucharistia, libenter fuerit negaturus, dummodo per hanc occasionem, incommodare papatui potuisset. Cum itaq; in omnibus dictis, scriptis, factis suis, non alios quàm iram & odium, pessimos consultores adhibuerit, erit adhuc quisquam qui dubitet, quæcunque ab eo profecta sunt, aliunde quàm à Diabolo profecta esse? Si quis est huiusmodi, tollet illi dubitationem hanc Lutherus ipse, qui in libro quem inscripsit de missa angulari, quem habuerit autorem doctrinæ suæ, non obscure fert. Inducit enim ibi Diabolum secum disputantem, ac fortiora contra missam argumenta proferentem, quàm quæ refelli à se potuerint. Cuius etiam vocem inibi describit quod ea grauis & robusta sit, tamque terribiliter insonet, vt vsu quandoque eueniat, quod post collationem cum dæmone nocturnam, homines postridie mane mortui

Dæmonis vox quam grauis sit.

reperiantur. Nam & corpus (inquit) occidere potest, deinde verò animam ita reddit anxiam, vt in vno momẽto quandoque necesse habeat è corpore migrare. Quod sæpe sibi quoque ipsi propemodum accidisse scribit. Quin & accidit ad extremum. Nam qui vespere bene potus erat & hilaris, postridie mane repertus est in lecto mortuus, cum totos annos vnde triginta, magnos in Ecclesia dei motus excitasset. Atque hoc est illud, quod adeo magnifice prædicatur à quibusdam, Dei verbum & Euangelium, non à Christo, sed autore satana profectum, sicut ipse fatetur, qui primus id in lucem ædidit. Nam ab eo sibi gloriatur argumenta esse suppeditata, quibus & sacerdotium & sacrificium euerteret. Quibus euersis quid aliud quam Deus ipse sublatus è medio, vel saltem in ordinem coactus esse videtur? Nam vbi nullum sacerdotium, nullum est sacrificium, ibi consequens est, nullum etiam Deum agnosci. Quamobrem cum sibi conscius esset Lutherus, à quouis alio potius, quàm à Christo,

Lutheri mors.

sto, suum Euangelium esse profectum (si modo tam impiam doctrinam, tam præclaro nomine appellare fas est) noluit sectatores suos vocari Christianos, quod nomen commune fuit omnium, qui ante quadraginta hos annos, quibus Lutheri dogmata in vulgus spargi cœperunt, Christum professi fuerant, sed vocauit eos Euangelicos, vt vel ipsa hac appellatione, se suosque à Christo, & à corpore eius, vna, sancta, catholica, apostolica Ecclesia segregatos, neque sibi quicquam commune esse cnm Christo declararet. Et quoniam librum suum scripsit ad regem Poloniæ, statim subinfert dicens: Habet maiestas tua, vnde sit profectum istud, quod nunc nonnullli vocant Euangelium & purum Dei verbum, idque ex propria autoris ipsius confessione, qui sicut olim dixit Christus, mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me patris, cœlestem illum patrem suum Deum indicans, sic & ipse dicere non dubitauit, mea doctrina non est mea, sed

Lutherani nō volunt appellari Christiani, sed Euangelici.

Lutheri doctrina, cur probari non possit Ioan. 7

Vide Ioannem Cochleum Theologum in commentarijs suis, de actis & scriptis Lutheri, anno 1534.

eius qui misit me patris Diaboli, à quo sibi suppeditata gloriatur argumenta, quibus & sacerdotium & sacrificium euerteret, atque ita verum veri Dei cultum abrogarat omnem. Quod si non confiteretur hoc ipse Lutherus, vel res tamen ipsa clamat, quod ille primus in lucem ætate nostra protulit, non Dei, sed Diaboli verbum esse. Etenim Deus noster, sicut à Paulo scriptum legimus, Deus est pacis & dilectionis, non dissensionis, qui verò diuidit inter fratres, Diabolus est, ait Propheta: Cum igitur ex verbo Lutheri tanta diuisio, tanta separatio sit subsequuta, quantam nunc in Ecclesia (proch dolor) videmus, cum ex eo tot sectæ, tam dissectæ, sint prognatæ, cuius id alius, quàm Diaboli verbum esse credemus? Omnis spiritus (ait Ioannes) qui soluit Iesum, ex Deo non est, & hic est Antichristus. Soluit autem Iesum, quemadmodum vbi de traditionibus agebamus, ex Augustino pluribus docuimus, qui vel Ecclesiam à

2. Cor. 13.
1 Cor. 14
Oseæ 13

Ionan. 4

Iesum' solvere quid sit. August. tracta. 61 in Ioannē

capite

capite suo Christo, vel seipsum ab Ecclesia, vel Ecclesiam in seipsa separat ac diuidit. Christus mori dignatus est, vt filios Dei qui erant dis- Ioan. 11
persi, congregaret in vnum. Lutherus propterea & scripsit & fecit omnia, vt quos pretioso sanguine suo Christus congregauerat, eos dispergeret. Deinde verò mortis etiam suæ genere Christus declarauit, quàm sibi displiceret omnis diuisio. Nam neque Iohannis mortem sustinuit capitis truncatu, neque sicut Esaias propheta, serra dissectus est, vt & in morte sine mutilatione, corpus integrum seruaret, & causa subduceretur ijs, qui cupiunt Ecclesiam in partes discindere. At Lutherus per omne vitæ suæ tempus, nihil aliud maiore studio contendit, quam vt quod integrum corpus Christi, inter manus persecutorum in cruce permãserat, id inter manus Christianorum, iam deinceps integrum esse desineret. Itaq; quod tum fecere impij milites, vt frangerent corpus Christi, fecit hoc ipse, speciem pietatis habens,

Lutheri studia plena dissensionis, ac diuisionis in Ecclesia

virtutem autem eius abnegans, vt in multas partes diuideret totum corpus Christi, vnam, sanctam, catholicam, apostolicam Ecclesiam. Et erit adhuc, qui dubitet verbum illius, verbum diaboli esse? Cuius ita proprium est diuidere, lacerare, spargere, sicut Christi proprium est, quæ dispersa sunt congregare. Hactenus ille. Ex cuius doctissimi viri, & veri Episcopi, verbis ac sententia, colligimus, idcirco Lutheri dogmata ac Lutheranorum, qui illius doctrinam amplectuntur, nõ esse verbum Dei, sed Diaboli, quod papatum, quem constat esse (quemadmodum de primatu Petri alias ostendimus) iuris diuini, abrogatum volebat, atque pontificem summum de gradu suo eiectum cuperet, atque omni prorsus autoritate spoliatum, & quia vt papatui incommodare posset, paratus fuerit, negare Christum in adoranda Eucharistia præsentem. Deinde quia pessimos cõsultores, odium & inuidiam (inuidia siquidem Diaboli, mors intrauit in orbem terrarum & imitantur illum omnes qui sunt

Sapi. 2

ex

ex parte illius adhibuerit, Adhæc q̃ gra uissimã diaboli (qui ei arguméta aduersus Aug. missæ sacrificiũ suppeditauit) vocẽ horribiliter intonantẽ audierit. Deniq; q; omnis dissentionis & sectarum omnium fuerit author.

# LIBER QVINTVS.

## CAPVT I.

ABsoluto tractatu de puerso & minimè ecclesiastico sacramentorum vsu deq; minus sana quę apud hæreticos est doctrina, paucis nunc ostẽdendum erit, quã nõ sit apud ipsos certa Episcoporum successio, q̃ cõstat in catholica & Apostolica Ecclesia ab ipsis apostolorũ tẽporibus ad hãc vsq; horã inuiolatã & illabefactatã pseuerasse. Et quidẽ ipse Tertul. in li. de præscrip. heret. oẽs hæreticos eorumq; ordinationes graphicè depingens: Ordinationes (inquit) eorum temerariæ, leues, inconstantes: Nunc neophytos collocant, nunc seculo obstrictos, nũc apostatas nostros, vt gloria eos obligẽt. qa veritate non possunt. Nusquam facilius

Ordinationes hæreticorum in genere, quales sint

proficitur, quàm in castris rebelliũ, vbi ipsum esse, illic promereri est. Itaq; alius hodie episcoporum, cras alius, hodie diaconus, qui cras lector, hodie p̃sbyter q̃ cras laicus. Nam & laicis sacerdotalia munera iniungunt. De verbi administratione quid dicam? cum hoc sit negocium illis, non ethnicos conuertendi, sed nostros euertendi, hanc magis gloriam captant, si stantibus ruinam, non si iacentibus eleuationem operentur. Et statim: Ad hæc solummodo opera humiles & blandi & summissi agũt. Cæterùm nec suis præsidibus reuerentiam nouerunt. Et hæc quidem in genere de omnibus hæreticis loquutus, satis indicauit apud eos certã, constanté atque legitimam Episcoporum successionem non esse, apud quos ordinationes tam leues, temerariæ & inconstantes sunt, vt alius sit hodie Episcopus, cras alius: qui hodie diaconus, cras lector, qui hodie presbyter, cras laicus, nam laicis sacerdotalia munera iniungunt. Porrò hęc omnia, hęreticis nostri temporis conuenire, manifestum est.

Nam

Nam etiam ordinationes eorum temerariæ sunt, & reuera leues & inconstantes, quia noua & inaudita vsurpatione, contempta Catholicorum Episcoporum autoritate, sibi sacerdotes non veros, sed falsos & fictitios ordinant, Nam (vt supra diximus) nullum aliud sacerdotium agnoscunt, quàm quòd ipsi sibi finxerunt, vel docendi verbi & sacramentorum nudum ministerium, alicui demandatum à magistratu aut populo. Esse proinde sacerdotes, quamdiu committenti populo aut magistratui placeat, desinere esse cum reuocatur ministerij commissio. Et quemadmodũ apud eos laici sacerdotalia munera iniungunt (nam magistratus prophanus aut populus, eiusmodi sacerdotale munus quod somniãt imponunt aut committunt) sic etiam apud eosdem potestatẽ volunt esse sacerdotalia munera reuocandi vt qui hodie sit sacerdos aut Episcopus, cras (vbi magistratus commissionem factam reuocauerit) sit iterum laicus. Itẽ quẽadmodũ Tertullianus dixit hæreticos collocare nephytos & seculo obstri

Ordinationes Luthe ranorum quales sint

obstrictos, sic isti nonnun quã laicos ex nouissimis populi collocant, vtpote decoctores, obæratos & infames, quos sine Chrismate & oleo sancto, absq; omni ordinatione & benedictione episcopali, sacerdotes constituunt. Apostatas quoq; nostros & votifragos monachos, gloria obligant, quia veritate non possunt. Tales etenim apostatæ, qui propter crimina & scandala apud nos intolerabiles propemodũ fuerunt, cum nostros relinquunt, & ad castra rebellium aduersariorum confugiunt, maximis honoribus illaqueantur, & amplissimis stipendijs conducuntur, matrimonio, sed infœlici, mox miseri captiuantur, vt gloria & voluptate obligẽt, quos veritate non possunt. Quibus deinde studium est, non infideles cõuertendi, sed eos q verè Orth. sunt euertendi, & ad pestifera dogmata pertrahendi. Qualem autem reuerentiã pñsidibus suis deferãt, testãt tot maledicta, calũnię, irrisiones, mẽdacia, picturæ, tot deniq; iniuriæ in summum Eccleſiæ præsidem, cęterosq; Episcopos catholicos, quas ante-

Lutherani nullam reuerentiã prędidibus Ecclesiæ deferunt.

antehac euomuerunt & libris æditis euulgarunt, neq; adhuc desistunt. Quæ cum ita sint, rectissimè de eis verificãt verba D. Cypriani, qui in tractatu 3, de simplicitate prælatorum de quibusdam scribit in hæc verba: Hi sunt qui se vltrò apud temerarios conuenas, sine diuina dispositione præficiunt, qui se positos sine vlla ordinationis lege constitunt, qui nemine Episcopatum dante, episcopi sibi nomen assumũt. Quos designat in psalmis spiritus sanctus, sedentes in pestilentiæ cathedra, pestes & lues fidei, serpentes ore fallentes, & corrumpendæ veritatis artifices, venena lætalia linguis pestiferis euomentes. Quorum sermo vt cancer serpit, quorum tactus pectoribus & cordibus singulorum, mortale virus infundit. Contra eiusmodi clamat Dominus, ab his refrenat & reuocat errãtem plebem suam, dicens: Nolite audire sermones pseudoprophetarũ, quoniam visiones cordis eorum frustrantur eos. Loquuntur, sed nõ ab ore Domini: Dicunt eis qui abijciunt verbum psal. 1.

Dei

Dei: Pax erit vobis, & omnibus ambulantibus in voluntatibus suis. Omnis qui ambulat in errore cordis sui, non venient super eum mala. Non loquutus sum ad eos, & ipsi prophetarunt. Si stetissent in substantia mea, & audiuissent verba mea & sic docuissent populum meum, conuertissem eos à malis cogitationibus eorum. Hos eosdem denuo dominus designat & denotat, dicens: Me dereliquerũt fontem aquę viuæ, & effoderunt sibi lacus detritos, qui non possunt aquam portare. hactenus ibi. Sed & lib. 1. epistola 3. ad Cornelium scribens: Planè, inquit, episcopi de voluntate Dei fiunt, qui extra ecclesiam fiunt, sicut ipse dominus in duodecim prophetis ponit & dicit: Osee 8. Sibimet ipsi regem constituerunt & non per me. Et iterum: Sacrificia eorum tanquam panis luctus, omnes qui manducant ea contaminabuntur, Et per Esaiã quoq; spiritus sanctus clamat & dicit: Esaiæ 30. Vęh vobis filij desertores, hæc dicit dominus: Habuistis cõsiliũ & non ex me, & fecistis conuentionem & non per spiritum

ritum meũ, adijcere peccata ſuper peccata. hæc ille.

## CAPVT II.

Lutherani legitimã ſucceſsionem Epiſcoporum oſtendere non poſſunt.

ITaque ſi poſſunt, oſtendant aduerſarij legitimos epiſcopos ſuos, demõſtrent certam eorum ſucceſsionem ab ipſa Petri ſede originem trahentem vſque in hodiernam diem, deſignent aliquos ſuæ doctrinæ anteceſſores, viros apoſtolicos, qui in apoſtolorum eccleſijs continua ſucceſsione docuerunt & (vt verbis Tertulliani vtamur) ſi audẽt interſerere ſe ætati apoſtolicæ, vt ideo videãtur ab Apoſtolis traditæ, quia ſub Apoſtolis fuerunt, ædant ergo origines eccleſiarum ſuarum, euoluant ordinem Epiſcoporum ſuorum, ita per ſucceſsiones ab initio decurrentẽ vt primus ille Epiſcopus, aliquem ex Apoſtolis vel apoſtolicis viris (qui tamen cum apoſtolis perſeuerauerit) habuerit autorem & anteceſſorem. Hoc enim modo eccleſiæ apoſtolicæ cenſus ſuos deferunt, ſicut Smyrneorum eccleſia Polycarpum ab Ioanne collocatum refert, Sicut Romanorum Clementem à Petro ordi-

ordinatum, id & proinde vtique & cæteræ exhibent, quos apostoli in episcopatum constitutos, apostolici seminis traduces habeant. Confingant tale aliquid hæretici. Quid enim illis post blasphemiam inllicitum est? sed etsi confinxerint, nihil promouebunt. Multo plura in hanc ferme sententiam habet ibidem, quę breuitatis gratia omittimus. Itaque vt semel concludamus aduersarij nostri nihil horum ostendere possunt, nisi duntaxat ceruicosos quosdã & pertinaces hoïes, qui ab Ecclesia exierũt, & spiritui sancto semp restiterũt.

## CAPVT III.

SVperest adhuc vt demonstremus, quam non sit apud aduersarios vnionis & pacis vinculum, quod deseruerunt. Ad quod quidem demonstrandum tractatu longo opus nõ est, neq; argumentis multis. Si etenim hæc ita se habent, imò verò quia sic se habent, q̃ suprà de vnionis vinculo à nobis dicta sunt, constat profectò illos eo carere. Diximus enim vnionem Ecclesiæ duplicem esse, vnam per fidem, per quã omnes

lib. 2. c. 3. Lutherani vnionis Vinculum non habẽt

mnes fideles sunt grex sub vno pastore, & hanc hæreticum rumpere. Aliam per charitatem, per quam tamquã per iuncturas, membra iunguntur vt capiti suo Christo cohæreant, qua etiam membra se inuicem diligunt & Deũ, & hãc turbare & euertere schismaticum. Cum itaque hæretici sint infideles, vnionem quæ per fidem est, habere nequeunt: & cùm sint schismatici, aliam vnionem quæ est per charitatem minimè habent, cum nihil adeò repugnet charitati vt schisma, q̃ sciſſuram siue diuisionẽ sonat. Nemini ergo dubium esse debet, quin hoc vnionis vinculo careãt, quod sponte temeritate propria atq; ꝓterua ruperunt, atq; horrendũ istud schisma fecerunt, quo sese à capite p̃sciderunt. Quod q̃ horrendum sit crimen D. Cy. (quem D. Aug. epist. 48. nihil magis sa- tagisse scribit, quã ne vnitatis vinculũ rumperetur) in li. de simplicitate prælatorum hisce verbis exaggerat: Hanc ecclesiæ vnitatem qui nõ tenet, tenere se fidẽ credit? Qui ecclesię renititur & resistit, in ecclesia se esse cõsidit? Et post aliquan-

schismatis crimen quam horrendũ sit,

aliquanta: Quis (inquit) ab ecclesia segregatus adulteræ iungitur, à promissis ecclesiæ separatur. Nec pertinet ad Christi præmia, qui relinquit Ecclesiã Christi, Alienus est, prophanus est, hostis est, habere iam non potest Deum patrem, qui Ecclesiam non habet matrem. Si potuit euadere, qui extra arcã Noe fuit, & qui extra Ecclesiam foris fuerit euadit. Monet dominus & dicit: Qui non est mecum, aduersus me est, & qui non mecum colligit, spargit. Qui pacem Christi & concordiam rumpit, aduersus Christum facit. Qui alibi præter Ecclesiam colligit, Christi Ecclesiã spargit. Et post pauca: Hanc vnitatem qui non tenet patris & filij fidem, vitã non tenet & salutem. Et post multa: Stare tu & viuere putas posse de ecclesia recedentem? sedes sibi alias & diuersa domicilia condentem? cum dictum sit ad Raab, in qua præformabatur Ecclesia, patrem tuum & matrẽ tuam, & fratres tuos, & totam domum patris tui colliges ad te ipsum in domum tuam, & erit omnis qui exierit ostium domus tuę foros,

Iosuæ 2

ras, reus erit. Et iterum post multa inquit: An esse sibi cum Christo videtur, qui aduersus sacerdotes Christi facit? qui se à cleri eius vel plebis societate secernit? Arma ille contra Ecclesiam portat, contra Christi dispositionem repugnat, hostis altaris, aduersus sacrificium Christi rebellis, pro fide perfidus, pro religione sacrilegus, inobsequens seruus, filius impius, frater inimicus, contemptis Episcopis, & Dei sacerdotibus derelictis, constituere audet aliud altare, precem alteram illicitis vocibus facere, dominicæ hostię veritatem, per falsa sacrificia prophanare, nec scire quoniam qui contra Dei ordinationem nititur, ob temeritatis audaciam, diuina animaduersione punitur. Quod cũ de Chore, Dathan & Abiron, & Ozia rege & filijs Aaron probasset, subiungit, dicens: Quos imitantur scilicet atque sectantur, qui Dei traditione contempta alienas doctrinas appetunt, & magisteria humanæ institutionis inducunt, quos increpat Dominus & obiurgat in Euangelio suo dicens: Reijcitis mandatum

Num. 19
2. Para 26.
4. Reg. 5.
Leui. 10

tum Dei, vt traditionem vestrã statuatis. Peius hoc crimen est, q̃ quod admisisse lapsi videntut, qui tñ in pœnitentia criminis constituti, Deum plenis satisfactionibus deprecantur. Hic ecclesia quæritur & rogatur, illic ecclesiæ repugnatur. Hic potest necessitas fuisse, illic voluntas tenetur in scelere. Hic qui lapsus est, sibi tm̃ nocuit, illic qui hæresim vel schisma facere conatus est, multos secum trahendo decepit. Hic animæ vnius est damnũ, illic periculum plurimorum. Certè peccasse se, hic & intelligit & lamentatur & plangit, ille tumens in peccato suo, & in ipsis suis delictis placens, à matre filios segregat, oues à pastore sollicitat, Dei sacramenta disturbat. Et cũ lapsus semel peccauerit, ille quotidie peccat. Postremò lapsus martyriũ postmodũ cõsecutus potest regni ꝑmissa ꝓcipere, ille si extra ecclesiã fuerit occisus, ad ecclesiæ nõ potest p̃mia peruenire. Vnde iterũ ait in eodem tractatu: Quã sibi, inqt, pacẽ promittũt inimici fratrũ, q̃ sacrificia celebrare se credũt ęmuli sacerdotũ? An secum

Martyriũ nullũ extra ecclesiam.

cum esse Christũ cũ collecti fuerint opinantur, q extra Christi ecclesiã colliguntur? Tales etiã si occisi in cõfessione noĩs fuerint, macula ista nec sanguine abluitur. Inexpiabilis & grauis culpa discordię, nec passióe purgatur. Esse martyr nõ potest, q in ecclesia non est. Ad regnũ ꝓuenire nõ poterit, q eã quæ regnatura est, derelinquit, &c. Idẽ docet & astruit li. 4. epist. 2. ad Antonianũ Et li. 1. epist. 1. ad Corneliũ. Et li. 2. epist. 8. Et in sermone 6. de orat. dñica. Quale, inqt, delictũ est, quod nec baptismo sanguinis potest ablui? Quale crimẽ est qd' martyrio nõ potest expiari? D. quoque Aug. epist. 146. ad emeritũ scribẽs, cũ grauitatẽ schismatis declarasset, ꝑ punNum. 1
nitionẽ Chore &c. subiecit: Illud ergo scelus ad exemplum deuitandum dominus Deus præsenti supplicio denotauit, vt cum talibus patientissimè parcit, quali vltimo iudicio reseruet, ostenderet. Iterum Diuus Cyprianus li. 4. epist. 6. ad Magnum, ostendit schismaticos gentilibus ęquari, vbi etiam multa habet quæ præcedentia confirmant:

Vide quoque Irenæum libro 4. aduersus hæreses, captite 62. quemadmodũ iudicabuntur qui schismata operantur,& omnes qui se segregant ab Ecclesia. Et libro 3. capite 40. multa scribit aduersus eos, qui ex quacunque causa schisma faciunt. Quapropter vitium hoc schismatis maximè cauendum est, & potius mors præeligenda, aut persequutio etiam grauissima sustinenda, quàm schisma faciendum. Nam (quémadmodum apud Eusebium lib.6. Ecclesiast.Historiæ,capite 24.docet Dionysius Alexandrinus in epist.ad Nouatum)oportet pati omnia,ne scindatur Ecclesia Dei.Et erat non inferior gloria sustinere martyrium, pro eo ne scindatur Ecclesia,quàm est illa ne idolis immoletur.Imò secundum meam sententiam, maius hoc puto esse martyrium.Ibi namque vnusquisque pro sua tantùm anima, in hoc verò pro omni Ecclesia martyrium sustinet. hæc ille. Prudenter ergo faciunt qui quiduis potius perpeti malunt, quàm Ecclesiæ vnitatem scindere.Porrò quum sæpe di-

schisma maxime cauendũ.

uina

uina prouidentia ſinat, nonnullas nimium turbulentas carnalium hominũ ſeditiones, vt expellantur de congregatione Chriſtiana etiam boni viri (vt Diuus Auguſtinus ait in libro de vera religione capite 6.) qui cum contumeliam vel iniuriam ſuam patientiſſimè pro Eccleſiæ pace ferunt, neque vllas nouitates, vel ſchiſmatis vel hæreſis moliuntur, docent homines quam vero affectu, & quanta ſynceritate charitatis Deo ſeruiendum ſit. Talium ergo virorum propoſitum eſt, aut ſedatis remeare turbinibus, aut ſi id non ſinantur, vel etiam tempeſtate perſeuerante, vel ne ſuo reditu, talis aut ſæuior oriatur, tenent voluntatem conſulendi etiam eiſipſis, quorũ motibus perturbationibuſque ceſſerunt, ſine vlla conuenticulorum ſegregatione, vſque ad mortem defendentes & teſtimonio defendentes, eam fidem, quam in Eccleſia catholica p̃dicari ſciũt. Hos coronat in occulto, pr̃ in occulto vidẽs. Rarũ hoc videt̃ gen⁹, ſed tñ exẽpla non deſũt, imò plura ſũt q̃ credi põt. hęc ille

## CAPVT IIII.

CAeterùm quum iam cõſtet apud aduerſarios non eſſe vinculũ vnionis, nec rectum ſacramẽtorum vſum, imò nec ipſa ſacramenta, q̃ partim conuellunt & detruncant, & partim auferunt, neq; ſanam doctrinam per ſucceſſionis ſeriem epiſcoporũ aut patrũ ad nos vſq; deriuatã, nemini profectò mirum videri debet, ſi dicamus apud eos catholicam & apoſtolicam eccleſiam eſſe non poſſe. Quod ſi quiſpiam oppone re voluerit, & dicere, eandem eos legẽ tenere, quàm catholica eccleſia tenet, eodem ſymbolo quo & nos baptizare, eundem noſſe Deum patrem, eundem filium Chriſtum, & eundẽ ſpiritũ ſanctum. Si quiſpiam, inquam, hæc aut ſimilia obijcere voluerit, illi cum D. Cypriano reſpondemus, quẽadmodum ille lib. 1. epiſt. 6. ad Magnum de Nouatiano reſpõdit, dicens: Sciat quisquis hoc opponendum putat, primum non eſſe vnam nobis & ſchiſmaticis ſymboli legem, neque eandem interrogationem. Nam cum dicunt credis remiſsionem pecca-

Obiectio.

Reſponſio

peccatorum & vitã æternã per ſanctam Eccleſiam? mentiuntur in interrogatione cum nõ habeant Eccleſiam. Tunc deinde voce ſua ipſi confitentur remiſsionem peccatorum nõ dari niſi per ſanctam Eccleſiam, quã non habentes, oſtendunt remitti illi peccata non poſſe. Quòd verò eundem quẽ & nos Deũ patrẽ, eundem filium Chriſtum, eundẽ ſpiritum ſanctum noſſe dicuntur, nec hoc adiuuare tales poteſt. Nam & Chore & Dathan & Abiron, cum ſacerdote Aaron & Moyſe eundẽ Deum nouerant, pari lege & religione viuentes, vnum & verum Deum, q̃ colendus atq; inuocandus fuerat, inuocabant. Tamen quia loci ſui miniſterium tranſgreſsi, cõtra Aaron ſacerdotem (qui ſacerdotium legitimum dignatione Dei atq; ordinatione perceperat) ſacrificandi licentiã vendicarunt diuinitus percuſsi, pœnas ſtatim pro illicitis conatibus pẽderũt, nec potuerũt rata eſſe & ꝓficere ſacrificia, irreligioſe & illicitè cõtra ius diuinę diſpoſitiõis oblata. Thuribula quoq; ipſa quib. incẽſũ illicitè fuerat oblatũ, nec

in vsu de cætero essent sacerdotibus, sed potius indignationis & vltionis diuinæ memoriam corrigendis posteris exhiberent, iussu Domini conflata atque igne purgata, in laminas ductiles producuntur & affiguntur altari, secundum quod loquitur scriptura diuina: Memoriale, inquit, filijs Israel, vt non accedat quisquam alienigena, qui non ex semine Aaron, imponere incensum ante dominum, vt non sit sicut Chore. Et tamen illi schisma nó fecerant, nec foras egressi contra Dei sacerdotes impudenter atque hostiliter rebellauerant, quod nunc Ecclesiam scindentes, & contra pacem atque vnitatem Christi rebelles, cathedram sibi constituere, & primatum assumere, & baptizandi atque offerendi licentiam vendicare conantur. Quomodo perficere quod agunt, aut impetrare aliquid illicitis conatibus de Deo possunt, qui contra Deum, quod eis non licet moliuntur?

Exod. 29

Hactenus ille.

Cap.

## CAPVT V.

QVAE cũ ita sint, quid aliud de aduersarijs sentiendum quam de schismaticis & hæreticis? Si enim secundum Augustinum (lib. 18. de ciuit. Dei c. 51.) hęreticus est, qui morbidum aliquid in Ecclesia sapit, ipsumque iam correctus non desistit defensare, aduersarij nostri hęretici iure censentur, qui tam multa morbida dogmata docent, & toties correcti, totiesque admoniti, in pertinacia perseuerant. Si iuxta eundem in lib. de vtilitate credendi ad Honoratum cap. 1. hæreticus est, qui alicuius tẽporalis commodi & maximè gloriæ principatusque sui gratia, falsas ac nouas opiniones, vel gignit, vel sequitur, nónne aduersarij hæretici reputandi sunt, qui ob vanos vulgi rumores captandos, partim genuerunt & partim sequuntur, tot opiniones falsas ac nouas, per Ecclesiam catholicam damnatas? Si D. Hieronymi sententiam (quàm habet in tertium caput ad Titum scribens) hæresis Græcę ab electione dicitur, quòd scilicet vnusquisque id sibi

Aduersarios iure inter hæreticos numerari.

Hæreticus qui sinam censendus sit.

eligat, quod ei melius esse videatur, nemini dubium qnin aduersarij hæretici sint habēdi, qui vnanimi consensu Ecclesiæ Catholicæ relicto, falsas & peregrinas opiniones sibi elegerunt, quas mordicus tenerēt, & pertinaciter defenderent ac tuerentur. Rursum si (vt D. Aug. lib. 2. contra literas Petiliani cap. 95. inquit) quemadmodū vnitas & pax Catholicos, ita diuisio & dissentio hæreticos facit, aut (vt idem epist. 48. habet) praua dissensio hæreticum facit, quis non videat aduersarios esse hæreticos, qui ab vniuersalis Ecclesiæ dogmatibus plenè dissentiunt? Si iuxta Origenem hæreticus habendus est nobis omnis ille, qui Christo se credere confitetur, & aliud de veritate Christianæ fidei credit, quàm habeat definitio traditonis ecclesiasticæ, quæ nihil aliud est, q̄ consensus societatis ecclesiasticæ, de aliquo velut certo firmiter credendo, de quo dubitare non liceat, an nō aduersarij nostri, inter hæreticos iure cōputabuntur, qui scienter & cū electione dissentiunt à cōmuni ecclesiasticæ societa-

Traditionis Ecclesticæ definitio.

tis

tis ſententia, q̃ ab Apoſtolis acceptã ab initio, eccleſia velut p̱ manus ſuccedentium ſibi epiſcoporum & patrum tranſmiſit vſque ad noſtra tempora? Quod Diuus Auguſtinus ad inquiſitiones Ianuarij reſpondens, dicit eſſe inſaniam inſolentiſsimam. Si denique Donatiſtæ vel Donatiani (ſecundum eiuſdem ſententiam lib. 2. contra Creſconium Grammaticum cap. 8.) hæretici erant quòd in ſciſmate inueterato remanſerunt, nónne aduerſarij noſtri hæretici reputabuntur, qui adeo in ſchiſmate obduruerunt, vt citius ſibi vitam patiantur auferri, quàm errorem? Itaque quum ſatis euidens ſit & manifeſtum, eos non ſolùm ſchiſmaticos, verùm etiam hæreticos eſſe, merito ab omnibus cauendi ſunt atque vitandi, ac pro damnatis hæreticis habendi, nec non tanq̃ hæretici tractãdi, donec reſipiſcẽtes errores ſuos agnoſcãt, & relicta p̱fidia, ad matris Eccleſiæ gremiũ (q̱ oĩbus redeuntibus & reſipiſcẽtibus apertũ eſt) reuertantur. Quod faxit benigniſsim⁹ deus, q̱ eſt benedict⁹ in ſecula ſeculorũ, A. Epiſt. 118.

Liber

IOAN. SLOT. GEF.

# LIBER SEXTVS.

## CAPVT PRIMVM.



CACOdoxus. Salue ORthodoxe. ORthod. Tu quoque salueto. Bene factum, quod iuxta condictum adueneris. Verùm vbi est libellus, quem heri tibi concredidi? CAco. En tibi. ORth. Legisti? Caco. Maximè. A capite ad finem vsque diligéter eum euolui, atque cum iudicio quantum per me fieri potuit, perlegi. ORth. Quomodo tibi arrident ea quæ in eo continentur: Probationes quas poscebas, quomodo placent? Nónne satis euidenter demonstrant ac conuincunt, apud vos Ecclesiam esse non posse? CAco. Probationes apud vestrates fortè satis validæ & firmæ sunt, verùm apud me meosq́ue, inualidæ videntur & inefficaces, neque me à mea sententia dimouere poterunt, vt credam apud vos potius esse Ecclesiam, quàm apud nos. ORth. Hoc idcirco tibi tuisq́ue accidit, quia nó cum vero iudicio, sed pra

uis

uis & peruersis opinionibus imbuti, etiam prauis affectionibus corrupti & infecti, legitis quicquid à nostris, aduersus errores vestros scribitur. Quod si affectionibus istis vos exueretis, atque vtriusque partis scripta, syncerè & cum iudicio legere velletis, atque cum doctrina patrum conferre, non dubium, quin plurimi vestrum sententiam suam sint commutaturi in melius, nisi scienter errare malint, quam errore depositio atque abnegato, ad catholicam & apostolicam redire ecclesiam. Verùm dic mihi bona fide Cacodoxe, quid tu tam præclarum ostendis in secta ista, quod te in ea contineat, vt perire malis cum secta, quàm cum matre ecclesia saluari? CAco. Dic tu mihi vicissim, quid te tamdiu apud Papistas detinuerit, vt malis in sordibus, peccatis, & abusibus perpetuò hærere, quàm semel iam manifestatam veritatem, purioremq; doctrinam amplecti? Opinor pinguia sacerdotia, opimæ præbendæ, mollis & delicata vita, amplissimiq; honores. Eiuseemodi laqueis & vinculis te illaque

atum

atum compeditumq́; autumo, vt etiã si velles, si doctrinæ nostræ puritatem agnosceres, malles tamen perire cum tuis, quàm credere veritati. ORth. More tuo omniumq́ue nostræ tempestatis hæreticorum, eos qui in ecclesia sunt & perseuerant, Papistas vocas, & quamobrem quæso? Nunquid in nomine Papæ baptizati sumus? aut in illum credimus? CAc. Rectè vos Papistas appellamus, quia Papæ regnum ac ryrannidem defenditis, atq; patroni estis turpitudinis illius ORt. Nos minimè illius sicut nec alterius cuiuspiam, si quæ est, tyrannidẽ defendimus, neq; vitiorũ aut abusuum patroni sumus, Sed Romani Pontificis primatũ atq; legitimã potestatẽ (q̃ vos sacrilego ore tyrannidẽ nuncupatis) aduersus oẽs hæreticos libenter tuemur, scientes ipsum hunc primatũ, atq; hanc potestatis prærogatiuam, non ab hoĩe, sed à Christo accepisse, atq; si ꝓpterea à vobis Papistæ appellamur & deridemur, libẽter amplectimur, non ignorãtes nos ob Catholicæ fidei ꝓfessionẽ, cõtumelijs & iniurijs affici à vobis. Por

Papistas vocanr hęretici Catholicos.

ro ad id quod mihi obiecisti, malle me in sordibus, peccatis & abusibus perpetuo hærere, q̃ semel manifestatam veritatẽ purioremq̃; doctrinam amplecti, respondeo, mihi nunquam sordes tam corporis quàm spiritus placuisse, nunq̃ me peccatis & abusibus sic delectatum, vt vnquam defenderim, sed semper ardentibus votis desiderauerim ecclesiã ab oĩbus (quantum fieri posset) purgatã & vitijs & erroribus. Quod demũ tertio loco adiecisti, opima sacerdotia, mollẽ & delicatã vitam, amplissimos honores, me detinere captiuum & tanq laqueis quibusdam irretitum, vt etiam si vellem & puritatem doctrinæ vestrę exploratam haberem, mallem tamen perire cum meis, quàm credere veritati. Primum nego apud vos veritatẽ esse, & puram doctrinã, quemadmodum in libello illo quẽ legisti satis dilucidè existimo demonstratũ. Deinde illis tuis iam enumeratis laqueis & cõpedibus, nõ ita me posse cõstringi, oibus satis constat, qui instituti mei rationem norunt. Ad hæc vt nihil horũ mihi vnquã obuenit, ita

Lib. 4

ita nec horum quicquam desideraui vnquam. Quàm mollis autē & delicati sit mea vita, dicant q̄ me nouerūt fa niliariter, & penes illos censura sit. Itaque nihil horum aut similium, me in ecclesiæ catholicæ gremio hactenus continuit, sed timor atque amor Dei, & veritas ipsa. Et vt apertius accipias, quid me prohibeat ne ad castra vestra confugiam, adducam tibi ex D. Augustino orationes aliquot, quibus ipse se testatur in catholicæ Ecclesiæ gremio fuisse detentum. CAco. Libenter audiero.

## CAPVT II.

ORTH. Is etenim contra epistolam Manichæi quam fundamenti vocatam cap. 4. scribit in hæc verba: In catholica ecclesia vt omittam syncerissimam sapientiam, ad cuius cognitionem pauci spiritales in hac vita perueniunt, vt eam ex minima quidem parte, qua homines sunt, sed tamen sine dubitatione cognoscant. Cæteram quippe turbam, non intelligendi viuacitas, sed credendi simplicitas tutissimam facit. Vt ergo hanc omittam sapientiā, quàm in

in Ecclesia esse Catholica non creditis, multa sunt alia quæ in eius gremio, me iustissimè teneant. Tenet consensio populorum atque gentium. Tenet autoritas miraculis inchoata, spe nutrita, charitate aucta, vetustate firmata. Tenet ab ipsa sede Petri Apostoli (cui pascendas oues suas post resurrectionem dominus commendauit) vsq; ad præsentem Episcopatum, successio sacerdotũ. Tenet postremò ipsum Catholicæ nomen, ꝙ non sine causa inter tam multas hæreses, sic ista ecclesia sola obtinuit, vt cum oẽs hæretici, se Catholicos dici velint, quærenti tamen peregrino alicui, vbi ad Catholicam conueniatur, nullus hæreticorum vel basilicam suam vel domum audeat ostendere. Ista ergo tot & tãta Christiani nominis charissima vincula, rectè hominem tenent credentem in Catholica Ecclesia, etiam si propter nostræ intelligentiæ tarditatem, vel vitæ meritum, veritas se nondum apertissimè ostendat. Apud vos autem, vbi nihil horum est, quod me inuitet ac teneat, sola personat veritatis pollicitatio,

quæ quidem si tam manifestè monstra
tur, vt in dubium venire nõ possit, præ
ponẽda est omnibus illis rebus, quibus
in Catholica teneor. Si autem tantũmo
do promittitur, & nõ exhibetur, nemo
me mouebit ab ea fide, quæ animũ me-
um tot & tantis nexibus Christianæ re-
ligionis astringit. Hactenus Aug. Nũc
si placet, imò si vales, demonstra hæc ve
rè in vestra secta esse, & absque vlla cun
ctatione manũ porrigã victori. Quod
si non quemadmodum quiueris, certis-
simè scio te non posse, accede ad me, &
ego tibi demonstrabo, hæc omnia verè
in nostra Ecclesia esse, in vestra autem
secta, esse nequaq̃ posse. Personat qui-
dem ibi (vt Aug. verbis vtamur) verita-
tis pollicitatio, sed non monstratur, et-
si monstrari videatur, neq; tamen tam
manifestè, vt in dubium venire nõ pos
sit, ꝓmittitur tantummodo, sed nõ ex-
hibetur, vnde nemo quoque me move
bit ab ea fide, ab ea Ecclesia, quæ animũ
meum tot & tantis nexibus Christianæ
religionis astringit. CAcod. Oĩa quæ à
te satis diligenter ex Aug. recitata sunt,
non

non vsq; adeo me à sententia dimouere possunt, vt me ad vos transire compellant, quum longè excellentius hæc oĩa apud nostrates esse cognoscam. Est em̃ apud nos vera sapientia, est populorum consensio, est autoritas, est successio ministrorum, proinde quoque ipsum Catholicæ Ecclesiæ nomen. ORTH. At ego tibi luce clarius demonstrabo, nihil horum (iuxta mẽtem D. Aug.) apud vos esse, sed tantũmodo apud nos, hoc est, apud eccleſiã catholicam. CA. Si id efficere potueris, opinioni meæ valedicam, ac tuæ sententiæ mox subscribam.

## CAPVT III.

ORTH. Principio D. Aug. dicit in Ecclesia caholica esse syncerissimam sapientiam, ad cuius cognitionẽ pauci spiritales in hac vita perueniant, vt eam ex minima quidẽ parte quia homines sunt, sed tamen sine dubitatione cognoscant. Cæteram autẽ turbam, nõ intelligendi viuacitatem, sed credendi simplicitatem, tutissimam facere. Præmittendum mihi hoc loco erit, quid sit sapientia, de qua loquitur Aug. Et qdẽ

Sapientia quidsit. Iob. 28.

nemo hoc ipsum declarabit melius, ip-
Iob.14. so sanctissimo propheta Iob, in cuius li
bro legimus dei sapientiam hunc in mo
dum loquutam homini: Ecce pietas ip-
sa est sapientia, abstinere autem à malis
scientia. Quæ verba tractans D. Augu.
lib.12. de Trin ca.14. & lib.14. cap.1. Et
in Enchir. ad Laurent. cap. 2. ostendit
veram sapientiam quæ secundum De-
um est, esse verum ac præcipuum cul-
tum eius, quæ vno nomine Theosebia
Græcè nominatur. Quod nomẽ nostri,
volentes & ipsi vno nomine interpre-
tari, pietatem dixerũt, cum pietas apud
Græcos Eusebia vsitatius nuncupetur.
Theosebia verò quia vno verbo perse-
ctè non potest, melius duobus interpre
tatur vt dicatur potius Dei cultus, Hãc
esse hoĩs sapientiam, nunc citata scrip-
turæ autoritas demonstrat. Nam de illa
sapientia Dei (quo procul dubio Deus
est (Nam sapientia Dei filius eius vnige
nitus dicitur) non loquimur, quæ vtiq;
summa sapiẽtia est, sed de humana, quæ
hominis est, quæ vtique cultus Dei est.
Quod idem August. epist. 52. ad Ma-
cedo-

cedonium confirmans ait: Vera pietas, est verax veri Dei cultus, vnde omnia rectè viuendi duci oportet officia. Et post nonnulla inquit: Hæc nimirum sapientia, in præsenti seculo, est verus veri Dei cultus vt sit eius in futuro seculo, certus atque integer fructus. Hic cõstãtissima pietas, ibi sempiterna fœlicitas. Et vt in loco prius citato ait. secundum hanc sapientiam quæ Dei cultus est, ait sancta scriptura: Multitudo sapientium, sanitas est orbis terrarũ. Colitur autem Deus (vt idem Augustin. habet in Enchirid. ad Laurentium cap. 3. fide spe & charitate. Quod adhuc in lib. 12. de Tri. cap. 14. confirmans: Et quis (inquit) cultus eius, nisi amor eius, quo nunc desideramus eum videre, credimusque & speramus nos esse visuros? Et epistola 120. ad Honoratum cap. 18. pietas cultus Dei est, nec colitur ille, nisi amando. Summa igitur & vera sapientia est, in præcepto illo primo: Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua. Ac per hoc sapientia est charitas Dei. Hactenus ille

Sapient. 6 Cultus dei in quo cõsistat.

Matt. 22

Coli non posse Deū sola fide.

Ex hisce D. Augustini verbis deprehendis opinor Cacodoxe errorem magistri tui Lutheri, qui docuit Deum optimè coli sola fide. Quod si verum est, fornicatores, adulteri, raptores, homicidæ, & grauioribus criminibus irretiti, modo fidem habeant, optimè colere Deum reputabuntur. Quo quid absurdius? Adhæc mendacem etiam facie-

1. Cor. 13 Charitas in cultu Dei necessaria est. Galat. 5

mus Paulum, qui dixit: Si habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil sum. Necessaria itaque est in cultu Dei charitas, & non sola sufficit fides, nisi forte quis habeat fidem, quæ per charitatem operatur. Et certè vt Luthero de-

Lutherani veram fidem nō habent.

mus, quod tamen non possumus, sola fide optimè coli Deum, nunquam tamē poterit quispiam vestrum ob id demonstrare apud vos esse verum veri Dei cultum. CAco. Qui sic. ORth. Eo quod apud vos vera fides nō sit. Porro si apud vos vera fides non est, bene consequit neque spem aut charitatem esse, cum sine fide, neque spes, neq; charitas consistere queat, vt etiā testatur D. Au. in eo-

dem li.

dē li. ca 8 Cū itaq; fide vera careatis, qualis quæso apud vos ſpes aut charitas eſſe poterit? Et ſi nulla fides, ſpes, aut charitas, apud vos eſt, qualis erit Dei cultus? Nā fide ſpe & charitate verè colitur Deus. Cæterū ſi verus veri dei cultꝰ apud vos nō eſt, cōſtat quoq; nec apud vos illā ſapientiā eſſe, q̄ verū veri dei cultū eſſe iā audiſti. CAc. Quantū cōſequi poſſum, idcirco apud nos veram iſtā ſapientiā eſſe negas, ꝙ veraci veri dei cultu careamus, quem aſſeris coli fide, ſpe & charitate, itaq; cum apud nos vera fides nō ſit, neq; ſpem & charitatē eſſe poſſe, neq; verū Dei cultum, neq; ſapientiā quæ Dei cultus eſt. ORth. Bene habet, mentem meā aſſequutus es. CAco. Sed quo modo demonſtrare potes apud noſtros nō eſſe verā fidē? ORth. imò declarabo apud eos nullā penitꝰ eſſe fidē. Iam em̄ ſuperius oſtendimus veſtros hæreticos eſſe. Hæreticus aūt nullam oīno habet fidem, qa dimiſſa regula fidei, eligit ſibi quid & quātum & quouſq; credat, ꝓprij iudicij lumē erigens aduerſus ſcientiam Dei, ſibi ipſi credendi magiſter

Lib. 5. Ca. 5

Hæretici nullam habent fidē. Titum 3.

effectus,& ideo(secundum apostolum Paulum)non solùm subuersus, sed etiá proprio iudicio condemnatus est quia nullo eijciente(vt ait D.Hiero.)sed sua sponte ab Ecclesia recedit. Vnde ꝯredit scripturi&,aut eiq; diuinitus est reuelatum, non quia scriptura habet,aut quia reuelatum est, sed quia sibi verum esse videtur,& quodammodo verbũ dei,facit verbum humanũ, quia nõ innititur primæ veritati,sed alicui alteri principio primario. Ideo hæreticus pertinaciter errrans vel dubitans, de aliquo vno fidei articulo, nullius articuli veram fidem retinet. Nam licet non oẽs fidei articulos reijciat, vel de omnib⁹ dubitet, tñ in eis asserendis rationem humaná & opinionẽ siue fidem ꝓpriã sequitur. Cũ enim credendorum principium vnum sit,& illo careat qui hæreticus est, consequens est, vt nullius articuli veram fidem habeat, qui vni pertinaciter dissentit. Cum enim fidei obiectum sit veritas prima,secundum quod manifestatur in scripturis sacris & doctrina Ecclesiæ,q̃ ex veritate prima ꝓcedit,ille q

non

non inhæret ſicut infallibili & diuinæ regulæ, doctrinæ eccleſiæ, quæ procedit ex veritate prima, manifeſtata in ſcripturis ſacris, verum fidei habitum non habet: & ſi non habet fidem, etiam Chriſtianus non eſt. Hæretici ergo Chriſtiani non ſunt. Et hinc eſt quòd credo patres noſtros fuiſſe permotos, vt negarent hæreticos eſſe Chriſtianos. Tertullianus ſiquidem in libro de carne Chriſti, Marcionem hæreticum alloquitur, dicens: Mortuus es, qui non es Chriſtianus, non credendo quod traditum Chriſtianos facit. Et eò magis mortuus es, qui non es Chriſtianus. Qui cũ fuiſſes, excidiſti, reſcindendo quod retro credidiſti. Hæc verba cuilibet hæretico verè conueniunt. Nam omnis hęreticus verè mortuus eſt, & non eſt verè Chriſtianus, reſcindendo quod antè crediderat. Ibidem quoque hæreticos gentilibus æquat, dicens: Meritò Ethnici talia, ſed meritò & hæretici: nunquid enim inter illos diſtat? niſi quòd Ethnici non credendo credunt, at hæretici credendo non credunt. Vnde

*Hæretici Chriſtiani non ſunt*

*Hæretici mortui ſunt.*

*Hæretici gentilibus æquantur, immo ſunt eis peiores.*

rectè D. Hieronymus asserit hæreticos multo peiore conditione esse q̃ gentiles, quia in illis, inquit, spes fidei est, in istis pugna discordiæ. Iterũ autem Tertullianus in li. de præscrip. hæret. Si hæretici sunt, inquit, Christiani esse non possunt, &c. Cyprianus quoq; lib. 4. epist. 2. ad Antonianum. Quisquis, inq̃t, ille est, Christianus non est, qui in Christi ecclesia non est, &c. D. autem Augustinus in Enchri. cap. 6. dicit nomine tenus inueniri Christum apud quoslibet hæreticos, qui se Christianos vocari vocari volunt, re ipsa verò apud ipsos nó esse Christum. Et Lactantius Firmianus lib. 4. c. vltimo, asserit hęreticos diuinũ nomen & cultum per imprudentiã perdidisse. Cum enim, inquit, Phryges, aut Nouatiani, aut Valentiniani, aut Marcionitæ, aut Antropiani, aut Arriani, seu quilibet alij nominantur, Christiani esse desierunt, qui Christi nomine amisso, humana & extrema vocabula induerunt. Sola igitur catholica Ecclesia est, q̃ verũ cultũ retinet. Audis hic in sola Ecclesia esse verum cultum, hoc est, veram

Li. 12. cap. Matthæi.

Cultus Dei verus in sola est ecclesia.

veram sapientiam. Siquidem vera sapientia verus veri Dei cultus est. Cum itaq; quia hæretici sunt, veram fidē non habeant, & idcirco Christiani non sint, haud quaquā veram sapientiam (quę verus veri Dei cultus est) posident. Soli igitur catholici, qui in castris Ecclesiæ catholicæ sunt & perseuerant, hac gaudent sapientia. Et quia cultus Dei duplex est, nempe interior, quo colitur fide spe & charitate, quem apud vos non esse probauimus, & exterior qui in cere monijs quibusdam consistit, comprehendens etiam sub se sacramenta, consequitur quoq; apud vos hunc exteriorē cultum non esse, eò quòd rectū sacramentorum vsum non habeatis, quemadmodum superius probatum legisti. Proinde cū neq; interiorē cultum, neq; etiam rectum cultum Dei exteriorē habeatis, impossibile est apud vos synceriſsimam illam sapientiam esse.

Cultus duplex interior & exterior.

lib. 3. cap. 3. 4. &c.

## CAPVT IIII.

CAeterum quantū ad cęremonias attinet, cōstat vestras ecclesiæ cęremonias ritus atque consuetudines reie-

Cæremoniæ catholicæ apud Luthera nos sublatæ.

reieciſſe, repudiaſſe atque abrogaſſe. Nam quicquid catholicum hactenus in Eccleſia fuit conculcauere, & miſerandam quãdam cõfuſionis colluuiem introduxere. Iacet apud veſtros, contempta legũ ſeueritas, religio oppreſſa eſt, mos maiorum ſublatus, nulla pietas, metus nullus, nullus pudor amplius tenet veſtros, quia ablata ſunt omnia, quibus tanquam vinculis quibuſdam continebantur homines in officio. Vnde tanta mox ſubſecuta eſt inſolentia & temeritas, vt vinculis omnibus diruptis aliorum poſſeſsiones inuaderent, eccleſias diriperent, monaſteria excinderẽt, monachos expellerent, virgines Deo ſacratas polluerent. Hinc deinde exacti ab eccleſijs ſuis veri epiſcopi, paſtores & prælati, violenter occupatum & inuaſum eſt ius alienum, Epiſcopi & eccleſiæ præpoſiti ſuperbiſsimè contempti. Hinc etiam tam graues, tam multæ & variæ in Papam, epiſcopos, & vniuerſum Eccleſiaſticum ordinem contumeliæ & calumniæ, quam impudenti ore tam publicè quàm priuatim, dixerunt,

ſcripſe-

scripserunt, cantarunt & pinxerunt, vt omittam interim sacrilegia quæ commiserunt, quando nec venerandis œcumenicis concilijs, nec sacrosanctis ecclesiæ sacramentis, publicis sacris, solennibus cærimonijs, receptis religionis nostræ obseruationib⁹, diebus, ieiunijs approbatis ecclesiæ consuetudinibus, neque demum ipsis ecclesię priscis patribus atque doctoribus pepercerunt. Denique quid incontaminatum & intactum reliquere? Hinc etiam est illa de risoria Martini Lutheri vox, qua in Teutonica quadam exhortatione ad episcopos, deridet omnes cæremonias ecclesiæ. Nam postquam triginta septem partes rituum & obseruationum nostrarũ quas fictæ & simulatæ seu pharisaicæ & apparentis dicit esse Ecclesiæ, recensuit, nominatim rursum adnumerat, Rasuras, Casulas, Albas, Cappas, Sacella, Templa, altaria, lumina, candelabra, imagines, vexilla, thuribula, baptisteria, calices, reliquiarum & augustissimi eucharistiæ sacramenti thecas, organa, cãpanas, aquam benedictam, & similia, quæ

**Luther reiicit ac deridet omnes cæremonias Ecclesiæ,**

quę oĩa irridet, & à ſua eccleſia reijcit. Deinde adhuc plura ſuperaddit, & irridenda ac reijcienda proponit, nempe quæ in quadrageſima, & diebus feſtis à catholicis fieri ſolent. Cumq; multa huiuſcemodi enumeraſſet, dicit ſe ceſſare velle, eò quòd non poſſet omnia enumerare. Hiſce & ſimilibus magiſtri veſtri exhortationibus factum eſt, vt omnes catholicæ cæremonię ſublatæ ſint, q̃ altaria funditus diruta, aut ſic ſqualeant neglecta, vt apud veſtros nobiles, mundiora cernas equorum ſtabula, q̃ diuorum templa. Hinc eſt etiam, quòd ſacra vaſa vel direpta ſint vi, vel clam ab apoſtatis ſublata & conflata. Hinc eſt, quòd ſacræ veſtes verſæ ſunt, vel in diploides, & tunicas ſacrilegorum, vel in ornamenta meretricum, aut perfidarũ monacharum. Hinc eſt, quod multis in locis ſic in diuorum imagines deſæuitum eſt, vt ne ſignum quidem ſanctiſſimæ & victorioſiſsimæ crucis glorioſiſſimęque virginis Mariæ matris Dei, in templo manere ſuſtinuerĩt, affirmantes ea idola eſſe, & nos ob id idololatras eſ-

ſe cen-

se censendos. Hinc denique est, quòd nulla apud vos sunt sacrificia, siue nullæ missarum oblationes, horæ canonicæ nullæ, ieiunia nulla, nullę annuæ celebritates sanctorum, Ecclesiarum dedicationes nullæ, imaginum & reliquiarum veneration nullæ, processiones supplicantium nullæ, nulla sacrosanctæ crucis vexilla, nulla in templis luminaria aut candelabra, breuiter, nihil eorũ quæ catholica seruat ecclesia. CACO. Et quorsum opus est tot cæremonijs onerare Christi fideles, quos expediret q̃ pauciſsimis grauatos esse oneribus, maximè ijs quæ puriorem doctrinam impediunt, atq; in quibus vanũ est spẽ salutis collocare. Cùm itaq; cæremonię fermentum sint purioris doctrinæ, & vanum sit in illis spem salutis constituere, nihil omnino decedet cultui diuino, etiam si omnes cæremoniæ tollantur. Et certè omnes cæremoniæ quas nostri abrogarunt, aut abusus sunt, aut ex numero illarum rerum, quarum obseruantia sit libera, & potestati vniuscuiusq; permissa. ORT. In cæremonijs

pro-

profectò, quisquis reposuerit spem salutis, longè fallitur. Nec nos astruimus in eis salutis anchoram figendam esse, sed tamen affirmamus eas haud quaq̃ inutiles esse. Nam fidem nostram promouent, suntque doctrinę & fidei propria exercitia, & valent plurimum ad cultum Dei promouendum. Tolle siquidem eas ab Ecclesia, & apud maximam Christianorum partem, Dei cultũ extinxeris. Eiuscemodi enim cæremonijs, ea quæ viget in Christianorum pectoribus diuini cultus scintillula (quãquam sit pertennis) nutritur tamen & fouetur. Ad quas nisi cogerentur Christiani, cultus Dei propediem, aut nullus, aut certè quàm frigidissimus futurus esset, sequereturq̃; magna & confusa rerum omnium discordia. Quod vestris vsu uenisse minimè negare potes. Nam mox vbi catholicas cæremonias sustulerunt, tanta confusio atque discordia subsequuta est, vt tot figurentur ritus colendi Deum, quot essent pseudoconcionatores, populus autem tanquam oues sine pastore non secus atque

**Cæremoniarum necessitas & vtilitas. Sine cæremoniis friget cultus Dei.**

atque beſtiæ confuſim degebant, prout nec in hunc vſq; diem, vllus eſt apud vos ordo, ſibi cum vera deuotione conſtans. Quanquam ob iam dictã cauſam, magnam cæremoniarum partem volentes nolentes reaſſumere compulſi ſitis. Porrò ꝙ dixiſti omnes cæremonias, quas veſtri abrogarunt, aut abuſus fuiſſe, aut ex numero illarum rerum, quarũ obſeruantia ſit libera, & poteſtati noſtræ permiſſa, non video qua fronte id audes aſſerere, cum euidenter falſiſsimum ſit, niſi fortè velis dicere, miſſę celebrationem, & ſacramenta eccleſiæ, (quorum bonam partem vnà cum ſacrificio miſſæ abrogarunt) libera eſſe, aut inter abuſiones reijciendâ. Quod nemo catholicorum dixerit. Deinde dies feſtos, ieiunia ab Eccleſia indicta, cãtum eccleſiaſticum per ſanctos patres ordinatiſsimè inrroductum, gradus & ordines clericorum, miniſteria eccleſiaſtica, cœlibatum & obedientiam, & omnem diſciplinam eccleſiaſticam ſuſtulerunt, nunquid horũ & ſimilium obſeruantia libera eſt, & poteſtati vniuſcuiuſ

que permissa? erunt hęc omnia impij abusus? Absit. Si enim hoc admiserimus, iam liberum erit vnicuique abrogare quicquid voluerit, atque ediuerso statuere quicquid libuerit, & nunquã populus sibi constabit, sed ad nutum vertiginosi capitis mutabitur, ac rotabitur. Quo quid absurdius? Desine igitur affirmare catholicas ceremonias à vestris abrogatas, aut abusus fuisse, aut potestati ac libertati vniuscuiusq; permissas. Et tamen vt donemus tibi, liberam fuisse harum rerum obseruantiam (quod tamen reuera tibi nunquã concedendum est) nunquid continuò licebit priuatis hominibus & subiectis, rescindere aut abrogare, quod tanto omnium populorum atque gentium consensu, tanta concordia, tamq; diurnitę poris præscriptione in Ecclesia bene & laudabiliter obseruatũ est atq; receptum? Planè D. Augustinus, ad inquisitiones Ianuarij respondens, dicit non solùm esse hæresim, sed etiam insolentissimam insaniam. Nam insolentissimæ insaniæ est, huiuscemodi rerũ obseruationes

Recepta in Ecclesia non licet priuatis hominibus rescindere.

ones dicere inutiles esse in ecclesia Dei, quanto magis si quis eas priuata temeritate abroget, & in totum tollat? Quare si rectè sapere vis, temperandum tibi memineris ab eiuscemodi prauis falsisque sermonibus. CA. Multis verbis paulò antè demonstrare nisus es, ex Diui Augustini sententia apud nostros non esse syncerissimam illam sapientiam, eò quòd vera sapientia, verus sit cultus Dei, quem nobiscum esse pernegas. Verùm idem Augustinus in eodem libro à te adducto, nempe 14. de Trinit. capite 1. Philosophi (inquit) disputantes de sapientia, definierunt eam, dicentes: Sapientia est rerum humanarum diuinarumque scientia. Vnde ego quoq; vtrarumque rerum cognitionẽ, id est, diuinarum atque humanarum, & sapientiam & scientiam dici posse; non tacui. Verùm secundum hanc distinctionem qua dixit Apostolus: Alij datur sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ, ista definitio diuidenda est, vt rerum diuinarum scientia, propriè sapientia nuncupetur, humanarum autem pro- 1. Cor. 12.

priæ ſcientiæ nomen retineat. Ex cuius verbis habes, ſapientiam eſſe rerum diuinarum cognitionem. At cum rerum diuinarum cognitio maximè ex ſacris ſumatur ſcripturis, & nobiſcum ſint ſcripturæ diuinæ impermixtæ ac puræ, quas etiam noſtri luculentiſsimè interpretantur, nemini dubium quin vel ſaltem hac ex parte ſapientia iſta nobis competat. ORT. Nihil tibi prorſus hęc obiectio patrocinatur, quēadmodum facile intelliges ſi reuocaueris ad mentem, quæ ſuperius tibi dixi. Si enim memoria teneres ea quæ in primo libro capite 5. & 6. & per totum fermè quartum librum demonſtraui, haudquaquam hanc obiectionē hic mouiſſes. Cū itaq; ex ijs quæ ibi dicta ſunt ratiocinatio tua abſque vllo negotio conuelli & diſſolui queat, te ad ea remittimus.

## CAPVT V.

CAeterùm priuſquam hoc colloquium finiamus, illud duco expēdendum, quod ſuprà ex D. Auguſtino citaui, nimirum ad hanc ſapientiam cogno-

cognoſcendam, paucos ſpiritales in hac vita peruenire, vt eam ex minima quidem parte, quia homines ſunt, ſed tamẽ ſine dubitatione cognoſcant. Cæteram verò turbam, non intelligendi viuacitatem, ſed credendi ſimplicitatem tutiſſimam facere, vt vanitatem ſuam cognoſcant veſtri, qua omnia omnibus paſsim & ſine vllo diſcrimine manifeſtant, vulgares ſupra quam capere poſsint ad ſublimia & altiora quæq; euocantes, & ſcripturarum lectionem & interpretationem, omnibus etiam ſutoribus & pellionibus permittentes, & eos à ſimplicitate credendi, quæ eos ſecundum D. Auguſtinum tutiſſimos facit, auocãtes, ad vanã quandã curioſitatem & temerariam p̃ſumptionẽ transferũt. Si vnq̃ querimonia D. Hieronymi locum habuit, profectò nunc potiſſimum locum habet, qua apud Paulinum conqueritur, ſcripturarum artẽ ſibi omnes vendicare paſsim, hanc garrulam anum, hanc delirum ſenem, hanc ſophiſtam verbo ſum, hanc vniuerſos præſumere, lacerare, docere antequam diſcant, cum ta-

*Credendi ſimplicitas.*

*Scripturarum artẽ omnes ſibi paſsim vendicãt.*

men in ſcripturis ſanctis ſine pręmio & monſtrante ſemitam, nemo poſſit ingredi: Alij adducto, inquit, ſupercilio, grandia verba trutinantes, inter mulierculas de ſacris literis philoſophátur. Alij diſcunt (proh pudor) à fœminis, quod viros doceant, & ne parum hoc ſit, quadam facilitate verborum, imò audacia, ediſſerunt alijs, quod ipſi non intelligunt. Certè longè aliter Tertullianus in libro de præſcrip. hæreticorum docet, dicens: Nobis curioſitate opus non eſt poſt Chriſtum Ieſum, nec inquiſitione poſt Euangelium. Cú credimus, nihil deſideramus vltra credere. Hoc enim prius credimus non eſſe quod vltra credere debemus. Et iterum: Ignorare melius eſt, ne quod nó debeas noris. Fides (inquit) tua te ſaluum fecit, non exercitatio ſcripturarú. Fides in regula poſita eſt, habet legem & ſalutem de obſeruatione legis, exercitatio autem in curioſitate conſiſtit, habens gloriam ſolam de peritiæ ſtudio. Cedat curioſitas fidei, cedat gloria ſaluti. Certè aũt non obſtrepant, aut q-
eſcant,

escant, aduersus regulam. Nihil scire, omnia scire est. Et D. Cyprianus lib. 3. ad Quirinum cap. 53. scripturis ostendit, fidem nostram simplicem esse debere.

# LIBER SEPTIMVS.

## CAPVT I.

SAtis iam opinor demonstratum esse, quàm nõ sit apud vos syncerissima illa sapiẽtia, postulat nunc ordinis ratio, vt ad reliqua, quæ Diuum Augustinum in gremio catholicæ ecclesiæ detinuêre, considerãda progrediamur. Itaq; secundo loco recensẽt, Consensionem populorũ atq; gentiũ. De qua principio videtur inquirẽdũ, in quo sita sit. Quod nemo melius (mea quidẽ sententia) declarat ipso Vincẽtio Lirinensi in eo li. quẽ aduersus ꝓphanas oĩm hæreseon nouationes scriptũ reliquit, vbi inter cętera docet eam esse sitã in ipsa vetustate omnium, vel certè penè omnium sacerdotum, & magistrorum, qui in definitiõi, bus

**Consensio populorũ atque gentium.**

bus atque ſententijs ſuis ( quas ſectamur) vnanimes fuerunt. CACO. Nunquid conſenſio populorum atq; gentium conſiſtere credenda eſt, in conſenſione paucorum doctorum ſiue magiſtrorum, quos pauciſsimos fuiſſe conſtat, etiam ſi cum vnius gentis vel nationis multitudine conferantur. Quãti ergo æſtimandam exiſtimas eorum conſenſionem, ſi cum omnium gentiũ atq; populorum conſenſione cõferas? Quid ſi omniũ gentium atq; populorum conſenſio ab horum paucorum conſenſione diſcrepet? quid ſi errent, nunquid ob id magiſtrorum conſenſio pręualebit? quid ſi nec inter ipſos, licet paucos, magiſtros cõueniat? quid ſi inter ipſos ambiguitas aut controuerſia aliqua fuerit oborta, quomodo conſenſio eorũ ſtabit? Et certè nouum nò eſt, nimirum inter ipſos magiſtros fidei, cõtrouerſias oboriri. Nota eſt omnibus cõtrouerſia, de rabaptizandis hæreticis inter Cornelium papam & martyrem primò, & deinde inter Stephanum papam & martyrem & Cyprianum epiſ-

Contro nerſiæ inter patres ſuborta.

Episcopum & martyrem, suborta. Stephanus siquidem contendebat minimè rebaptizandos eos, qui ab hæreticis ad ecclesiam veniebant, sed per manuũ impositionem recipiendos. Contra verò Cyprianus asserebat eos esse rebaptizandos, apparenti ratione permotus, & scripturarum testimonijs inductus, quemadmodum non solùm ex libris eius, verùm etiã ex lib. 7. Eccles. hist. cap. 2. 3. & 4. liquet. Nec latet etiam illa disceptatio siue quæstio quæ quondam inter Episcopos fuit super obseruatione diei paschæ, quemadmodum licet videre lib. 5. Eccles. hist. cap. 22. &c. Sed & illam controuersam quis ignorat, quæ fuit inter D. Hieronymum & D. Aug. de cæremonialibus præceptis legis veteris? Hieronymus ait Paulum simulatione tantùm & non verè repræhendisse Petrum. Aug. autem ait Petrum verè iusteq; à Paulo repræhensum. Hieronymus ait eum qui ante baptismum duas habuerit vxores, suscepto postmodum baptismo, posse ad sacerdotiũ ꝓmoueri. Cui assertioni refragatur Ambrosi-

us Auguſt. cæteriq; oēs. Auguſtinus v-
niuerſi mundi fabricam ait fuiſſe à Deo
etiam quoad varietates formarum, vno
eodemq́; temporis momento extructã,
nullamq́; prorſus admittit in ea re tem-
poris ſucceſsionẽ, ſed illa dierũ volumi
na interpretatur angelicæ cognitionis
interpretationes. Cui interpretationi
ab alijs contradicitur. Et multas ſimiles
controuerſias licet inter patres inueni-
re. Indignum ergo videtur hanc popu-
lorum atque gentium conſenſionẽ eo
detorquere, vt eã in doctorũ ac magi-
ſtrorum conſenſione ſitã eſſe putemus.
ORT. Diſſenſiones quaſdam ac contro
uerſias quorundã epiſcoporũ atq; do-
ctorum mihi opponis, vt per eas cõſen-
ſionem hãc infirmam reddas ac mancã.
Sed ſi bene perſpexeris, nihil omnino
obſunt huic noſtræ conſenſioni. Quòd
enim in quibuſdã diſſenſerunt, inficias
ire non poſſum, verũ controuerſia hæc
aut diſſenſio circa ea verſabatur dunta
taxat, quorũ nihil intererat ad fidem,
vtrum ſic vel aliter teneretur, vel ſi erat
de ijs, quę ptinebãt ad fidem, nondũ tñ
erant

erant per ecclesiam determinata. Vnde etiam tandem ij qui sententiam non veram tutati fuerant, determinationi Ecclesiæ quæ postmodũ accessit, subscripserunt & acquieuerunt. Sic qui Cyprianisententiam sequuti sunt, quum viderent eius sententiam reprobari & cõtrariam sententiam teneri & affirmari ab omnibus doctoribus, ab vniuersa tã Orientis quàm Occidentis Ecclesia, eidem quoq; libenter subscripserunt. Ipse verò Cyprianus, quicquid noxæ in hac re contraxit, (si tamen contrahere potuit, in re minimè per Ecclesiam declarata) effusione sanguinis in sacro sancto martyrio (authore Diuo Augustino) dilutum est. Sic etiam post longam disceptationem & contentionem super obseruationem diei Paschæ, demum Asiani episcopi, occidentalem Ecclesiam sequuti sunt. CACODOX. Non solùm dissensiones eorũ in ijs duntaxat inuenimus, vel quæ non ita ad fidem pertinebant, vel si ad fidem pertinebant, nondum tamen erant per Ecclesiam determinata, verùm etiam in quibusdam

Patres quare errare permissi aliquando.

busdam palam errasse conuincuntur & prolapsos plerosque in noxios errores, doctrinæ fidei penitus repugnantes, ne mini dubium esse poterit, qui quorundam lucubrationes euoluerit. ORtho. Et nos aliquoties errasse patres, non diffitemur, homines enim erant, sicut & nos. Errauerunt interdum, atque ob id errare permissi sunt, vt homines eos fuisse cognosceremus. Adde quòd etiam nonnunquam errare permissi sunt propter nostram instructionem. Cum em tantas columnas nutasse audimus, quid de nobis, infra illorum pedes longè iacentibus, possumus polliceri? Si tam p clara ingenia, tot ornata dotibus, ex ob scuritate scripturarũ hallucinata sunt, quis iam suis viribus elatus, suo fretus ingenio, sui spiritus fiducia tractus, pre sumat se non posse errare? Sed quid si permissi fuerint aliquoties errare, maximè cũ suis relicti sunt ingenijs, num propterea cæteris, quæ ab eis rectè & catholicæ dicta scriptaq; sunt, nihil autoritatis erit relictum? Absit. Nam errarunt aliquando prophetæ, errarunt &

Apostoli, neque tamen de cæteris quæ docuerunt, quicquam dubitamus. Nathan (vt non ignoras) prophera fuit. Is tamen consultus à Dauid rege super tẽ plo ædificando, quemadmodum rex animo secum meditabatur, num esset ipsum completurus, respondit: Omne quod est in corde tuo vade fac, quia dominus tecũ est. Sic haud dubiè respondit, & nihilominus eum errasse, sermo diuinus edocuit. Similiter & aliõs prophetas aliquando feciſſe, scripturæ testantur. Quid igitur? Num propter hos errores, nulla cæteris quæ bene dixerunt, fides adhibebitur? Absit. Sed diuinæ pietatis dispensatione factum est, vt ad hunc modum tam nos q̃ illi, se cognoscerent homines esse, & à Deo quicquid rectè dixerunt, accepisse, à se verò, in quibus errauerunt. Petrus quoq;, quum accepta prius à Deo patre reuelatione, Christum confiteretur esse filiũ dei, Verissima dixit: At paulò post quũ eundem à morte studuit auersari dicens: absit hoc à te Domine, non mediocriter aberrauit. Quid ergo? Num ob id

Prophetæ & Apostoli errarũt aliquando.

2. Reg. 7

Matt. 16

id priorē confeſsionē eius reijciemus? Nequaq̃. Sed iam vt hominē ſibi dereli ctū, humano more fuiſſe lapſum agnoſcimus, tunc verò diuinitus adiutum ſuper captū hominis diuinitatē Chriſti agnouiſſe, haudquaquā dubitamus. Sic pariter de ſacris Eccleſię doctoribus cō tigit, haud abſque diuina diſpenſatiōe, nempe vt ſuis ingenijs relicti, nonnunquā in errores inciderint, cū tñ certum ſit, quòd in cæteris fulgore diuini ſpiritus illuſtrati, non niſi ſaluberrima dogmata, ad maximum Eccleſiæ commodū ædiderint. CAcod. Si potuerunt nonnunquam cæcutire & errore teneri patres, quomodo nobis erit exploratum, quando verum dicunt, & quando non? ORtho. Id fiet mutua, vel ſcripturarum ad ipſum, vel cæterorum interpretum, vel apoſtolicarū traditionum, vel generalium Conciliorum, vel Eccleſiæ Catholicæ conſuetudinū, vel demum horum omnium in ſimul facta collatione. Nam hæc ita ſe mutuo fulciunt, vt quicquid ab aliquo doctorum ſcriptū fuerit, modo vigilanter hæc omnia ſibi mutuo

**Patres an verum dixerint nec ne. vnde deprehendi poſsit.**

tuo conferamus, facilime deprehendi posset, an verũ an falsum sit, vt nihil oporteat propter aliquos in eis repertos errores, cætera contemnere, quæ alioqui verè catholiceq; tradiderunt. Itaq; doctores pleriq; etsi in plerisq; errarunt, non tamen sic errarunt, quin eruditi quiq; facta mutua collatione, tam magistrorũ inter se, quàm scripturarum & conciliorum, ac cęterarum ecclesiæ consuetudinum, facilè deprehendant, quid maximè tenendum approbãdumq; sit. Nam ijs omnibus dignè pensatis, & rectæ rationis iudicio rite libratis, emerget (diuino illustrante spiritu) quid pro veritate potissimum sequi debeamus. Nam spiritus sanctus, orthodoxorum patrum linguis, ad hæresum extirpationẽ, & ad plenam ecclesiæ super rebus dubijs instructionem. hactenus vsus est & vtetur semper. Cùm enim nunquam fuerit otiosus in ecclesia spiritus sanctus, per aliquos necesse est ecclesiam eruditurit semper. Neq; enim sermo eius palam cunctis innotuit, sed aliorum linguis ad instruendam ecclesiam vsus est, quem-

Spiritus sanctus in noua lege locutus est per patres & doctores.

quemadmodum & de deo patre Paulus
Hebr. 1. ad Hebræos ſcribit, illum fuiſſe maiori
bus noſtris loquutum olim per prophe
tas. Filium autem eius identidem per
Appſtolos ſuos, totum orbem docuiſſe
cópertiſsimum eſt: Euntes (inquit) do
cete omnes gentes. Sic & tertio loco ſpi
Matt. vl. ritum ſanctum per Apoſtolicos viros
(Apoſtolis è medio iam ſublatis) eccleſi
am in cunctis, quæ neceſſaria forent, de
inceps edocere par fuit, ac omnia potius agere, quàm vt diutius in rebus vehementer ambiguis, ipſa fluctuaret. Et quanquam ipſius Trinitatis opera ſint indiuiſa, patris nimirum & filij & ſpiritus ſancti, ſciptura tamen horum cuiq; ſuum & quaſi peculiare tempus, ob eruendam Eccleſiam tribuit. Non quòd (vt diximus) S. Trinitatis opera ſint diuiſa, ſed quòd ſingulis horũ ſuum tempus in ſcripturis accommodetur, quanquam & indiuiſum omnes ſemper operati ſint. Nam etiam tunc, quando patri negocium tribuitur erudiendæ plebis per prophetas, etiã ſpiritus ſanctus eoſdem inſpirauit, quemadmodum D. Petrus

trus teſtatur dicẽs: Spiritu ſancto inſpirati, locuti ſunt ſancti dei hoïes. Quod ſi tunc in prophetis locutus eſt ſpiritus ſanctus, quum nondum erat adhuc datus, quãto magis hoc ſuo tempore, quũ iam ſit peculiariter in hoc negotiũ miſſus, per pontifices & doctores credendus eſt eſſe locutus? Id quod vel ex ipſo Chriſto patet, qui non ad ſolos apoſtolos dixit: Non vos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri qui loquitur in vobis. Quod verbum D. Aug. exponẽs: Si in eis loquiẽ ſpiritus ſanctus (inquit) qui perſequentibus tradũtur pro Chriſto, cur non & in eis, qui tradunt diſcentibus Chriſtum? Sed & Paulus, nónne p̃ ter Apoſtolos, quoſdam prophetas dicit inſtituiſſe Chriſtum, alios verò Euãgeliſtas, alios autẽ paſtores & doctores, ad inſtaurationem ſeu magis ad conſummationem ſanctorum, quibus Chriſtus inchoationem nouæ creaturæ dedit? Hos nimirum paſtores & doctores, ac cæteros inſtiſtuit, in opus miniſterij, inædificationem corporis Chriſti, hoc eſt, vt miniſtrent hunc ſpiritum cæte-

2. Pet. 1

Matt. 10

Epheſ 4

ris, & ecclesiam verbo spiritus ædificét. Porrò istud institutum non solùm ad Apostolorum tempora spectat, verùm etiam ad finem vsq; seculi perdurabit, nempe donec occurramus omnes in vnitatem fidei & agnitionis filij Dei, in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Sed & istud expéde, quod iam tandem subinfert Paulus, scopum videlicet quem prospexit Christus hæc instituens, nimirum vt iam nó simus paruuli & fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinę, in nequitia hominum, in astutia ad circumuentionem erroris. Ecce cur pastores & doctores ac cæteri ministri dati sunt ecclesiæ, nimirum vt his fidem habeamus, veréque credamus in eis spiritum sanctũ loqui, vitemusque cæteros qui docent his contraria, quales aliquot futuros Paulus insinuat, quum versutiam hominum memorat & astutiam, qua noś adoriuntur, vt imponant nobis ac circumueniant in errore.

Cap.

## CAPVT II.

CAeterùm quòd diximus quid tenendum & quid non tenendum sit facilè posse deprehendi mutua collatione doctorum, Conciliorum, Traditionum, & catholicarũ consuetudinũ, idipsum Vincentius Lirinensis in præmemorato libello declarat, dum docet in ipsa catholica ecclesia magnopere curandum esse, vt id teneatur, quod ab omnibus creditum est, hoc aũt fieri, si sequamur consensionem, si in ipsa vetustate omnium, vel penè omniũ sacerdotum pariter & magistrorum, definitiones sententiasq́; sectemur. Si ergo (inquit) in ipsa vetustate consensionis, duorum aut trium hominum, vel certè ciuitatis vnius, aut etiam prouinciæ alicuius error deprehendatur, tunc omnino curabit catholicus, vt paucorum temeritati vel inscitiæ, si qua sunt vniuersaliter antiqùitus vniuersalis cõcilij decreta p̃ponat. CA. Quid si tale qd emerserit, de quo nihil statutũ aut decretũ inueniat? OR. Tunc (secundum eiusdé sententiam) operam dabit, vt collatas

Patrum mutua collatione facile posse deprehendi quid tenendum, et quid nõ

tas inter se maiorum consulat interro-
getque sentẽtias, eorum duntaxat, qui
diuersis licet tẽporibus & locis, in vni-
us tamen catholicæ ecclesiæ communi-
one & fide permanentes, magistri pro-
babiles extiterũt, & quicquid nõ vnus
aut duo tantùm, sed omnes pariter vno
eodemq; consensu, apertè, frequenter,
perseueranter, tenuisse, scripsisse, docu-
isse cognouerit, id sibi quoq; intelligat
absq; vlla dubitatione credendum. Et
iterum inquit: Itaq; cum primum mali
cuiulq; erroris putredo erumpere ce-
perit, & ad defensionem sui, quædam sa
cræ legis verba furari, eaq; fallaciter &
fraudulenter exponere, statim interpre
tando canoni, maiorum sententiæ con
gregandæ sunt, quibus illud quodcun-
que exurget nouitium, ideoq; propha-
num, & absque vlla ambage prodatur,
& sine vlla retractatiõe damnetur. Sed
eorũ duntaxat sententiæ conferendæ
sunt, qui in fide & cõmunione catholi
ca, sanctè, sapienter, constanter viuen-
tes, docentes & permanentes, vel mori
in Christo fideliter, vel occidi pro Chri
sto

sto feliciter meruerunt. Quibus tamen hac lege credendū est, vt quicquid vel omnes vel plures, vno eodemque sensu manifestè, frequenter, perseueranter, velut quondam consentiente sibi magistrorum Concilio, accipiendo, tenendo, tradendo firmauerint, id pro indubitato, certo ratoq; habeat. Quicquid verò, quamuis ille sanctus & doctus, quamuis episcopus, quamuis confessor & martyr, præter omnes, aut etiam contra omnes senserit, id est, inter proprias & occultas & priuatas opiniunculas, à communis & publicæ generalis sententiæ autoritate secretū sit, nec cū summo æternæ salutis periculo, iuxta sacrilegam hæreticorum & schismaticorum consuetudinem, vniuersalis dogmatis antiqua veritate dimissa, vnius hominis nouitium sectemur errorem. Quod ne præsumptione magis sua quàm autoritate ecclesiastica docuisse videatur, exemplum postea adhibet sancti Concilij, quod eius tempore in Asia apud Ephesum celebratum fuerat, viris clarissimis Basso Antiochoque consuli-

bus. Vbi quum de sanciẽdis fidei regulis disceptaretur, ne qua illic forsitan prophana nouitas, in modum perfidiæ Ariminensis obreperet, vniuersis sacerdotibus, qui illo ducenti ferè numero conuenerant, hoc catholicissimum fidelissimum, atque optimum factu visum est, vt in medium sanctorum patrum sententię proferrẽtur, quorum alios martyres, alios confessores, omnes verò catholicos sacerdotes fuisse & permansisse constaret, vt scilicet ritè atq; solemniter ex eorum consensu atque decreto, antiqui dogmatis religio confirmaretur, & prophanæ nouitatis blasphemia condemnaretur. Quod quum ita factum foret, iure meritoque impius ille Nestorius, catholicæ veritati cõtrarius, beatus verò Cyrillus, sacrosanctæ antiquitati consentaneus, iudicatus est. Et vt ad fidem rerum nihil deesset, etiam nomina & numerum ædiderunt eorum patrum, iuxta quorum ordinem ibidem concinentem sibi cõcordemque sententiam, & legis sacræ eloquia exposita sunt, & diuini dog-

Ephesini concilii factum cõmẽdabile.

matis

matis regula constabilita est. Quos deinde ad confirmandam memoriam ibidem recensere nequaquam superfluum putauit. Pari modo etiam disertissimus & sanctissimus Papa Leo epistola 33. ad Theodosium Augustum scribens, iubet Anatholiũ Constantinopolitanum Episcopum, legere eos qui ante se per vniuersum mundum, siue Græca, siue Latina lingua in catholicę veritatis prædicatione fulserant, & adhuc florebant, vel iam floruerant, dequorum scriptis multiplex profertur (inquit) instructio. Quæ sicut Nestorianam hæresim destruxit, ita etiam hunc qui nunc malè repullulat, abscidit errorem, nimirum Euthyces denotans errorem, qui per impios (vt inquit epistola 83.) veterum hæreticorum volutatus errores, tertiũ Appollinaris dogma delegit, vt negata humanæ carnis atque animæ veritate, totum dominum nostrum Iesum Christum, vnius asserat esse naturæ. Relegat itaque, inquit, sollicitè, quæ à sanctis patrib. incarnationis dominicæ

fides fuerit cuſtodita, ſemperque ſimiliter prædicata, & cum ſanctæ memoriæ Cyrilli Alexandrini Epiſcopi epiſtolam (qua Neſtorium corrigere & ſanare voluit, prauas prædicationes ipſius arguens, & euidentius fidem Nicenæ definitionis exponens, quanquam ab eo miſſam Apoſtolicæ ſedis ſcrinia ſuſceperant) præcedentium ſenſui perſpexerit conſonantem, Epheſinæ etiam ſynodi geſta recenſeat, quibus contra Neſtorij impietatem, à ſanctæ memoriæ Cyrillo inſerta & allegata ſunt, de incarnatione domini catholicorum teſtimonia ſacerdotum. Non aſpernetur etiam meam epiſtolã recẽſere, q̃ pietati patrũ per oĩa concordare reperiet. Cũq; à ſe hoc, quod eidem profuturũ ſit, expeti, deſiderariq; cognouerit, catholicorum ſententijs toto corde conſentiat, ita vt ſynceram cõmunionis fidei profeſsionẽ abſolutiſsima ſubſcriptiõe, corã omni clero & vniuerſa plebe declaret, apoſtolicę ſedi & vniuerſis domini ſacerdotibus, atque eccleſijs prædicandam. Epiſtola **69.** ad Martianum Auguſtum ſcribens,

bens, protherium Alexandrinæ vrbis antistitem remittit ad epistolam suam, ad sanctum Athanasium, &ad alios qui eum in illa fede præcesserant. D. quoq; Augustinus idem facit lib. 3. de peccatorum meritis & remissione cap. 5. 6. & 7. disputans contra Pelagianos, qui peccatum originale negabant, & dicebãt parvulos baptizari, non vt remissionẽ peccatorum acciperent, sed vt sanctificarẽtur in Christo. Idem facit etiam libro 4. contra duas epistolas Pelagianorum ad Bonifacium cap. 8. &c. Et lib. 1. contra Iulianum Pelagianum cap. 2. & lib. 2. per totum. Idem quoq; D. Basilius li. de spiritu sancto ad Amphilochiũ cap. 29. vbi totam antiquitatem scriptorum ecclesiasticorum in vnum congerit, cõmendans maximè per eos ecclesiastici dogmatis veritatem. Sanctissimus quoque Hieron. contra Heluidium, cum eum scripturæ autoritate in multis conuincere non posset, totam in illum cateruam Ecclesiasticorum doctorũ, qui oppositas partes tenuerunt, congessit, probans subinde per hos, Heluidij sen-

tentiam doctrinæ Ecclesiasticę contradicere, ac subinde hæreticam esse. Eusebius etiam lib. 5. cap. 27. suæ historiæ, cum de quodam Theodato, qui hæresim illã Pauli Samosatheni contra Christi diuinitatem renouauit, mentionem facit, quendam Ecclesiasticũ scriptorẽ introducit Heraclæum sextum, seu Arabianum nomine, qui illa tempestate in Ecclesia florebat, affirmãs ipsum per traditionem Ecclesię, dogmati illius hęretici contrariam, p̃dictum Theodatũ, confutasse, qui traditionem illam probauit magisteriũ spiritus sancti esse, eò quòd Apostolici viri Clemẽs, Iustinus, Melchiades, Mellito & alij scriptores Ecclesiastici, diuinitatẽ Christi in suis scriptis confessi sunt, hos enim scriptores ibi numerat. Item Socrates libro 6. Trip. Histo. cap. 20. reddens causam Alexandrini Concilij, scriptorum sanctorum communem sensum proponit, tanquàm dignum qui ab omnibus fidelibus reuerenter excipiatur: Sic, inquit, velut illa Synodus decreuit omnes antiqui sermonis scripturam nobis probatis-

batisimam reliquerunt. Nam Irenæus, Clemens, Apollinaris, Papias Hierapolites, Serapion Antiochiæ præsul, insuper Berillus Philadelphiæ præsul, Origenes in Genesin, Phamphilus animatum verbum dixerunt. Quorum doctrina hic allegata, pars est decreti in præfata synodo promulgati. Agatho etiã venerabilis, in decreto illo synodico, super duplici volũtate domini nostri Iesu Christi contra Monothelitas, sanctorum scriptorum consensum allegat, putans dogmati Ecclesiastico magnum robur in hoc se adhibuisse. Denique etiam Diuus Bernardus idipsum facit, maximè in ea quę est ad Hugonem epist. 77. in qua citans aliquot doctores, eorum consensu fretus, cõtra hæreticos se causam obtinuisse magna fiducia putat. Itaq; si secundũ p̃dicta consulere voluerit quispiam patres Orthodoxos, & antiquos Ecclesiæ sanctos doctores, & eos inuenerit in vna veritate conueniisse, illũ esse sensum Ecclesiæ, & spiritus s. magisterium nullatenus addubitare debet. Ex quo

Consensio patrum spiritus s. est magisterium.

quo enim magistri sunt fideliũ à Deo destinati, sententia eorum quasi spiritus sancti magisterium est retinenda. Nam alias non ad docendum, sed ad seducendum essent à Deo ecclesiæ suæ concessi. Porrò si vnanimis omniũ doctorum sententia tanquam spititus sancti magisterium est retinenda, nequaq̃ licebit omnibus in vna re concordib. sanctis doctoribus contradicere, eò q̃ concors omnium sacrorum doctorum de re aliqua sententia, non minoris efficatiæ sit ad hæresim aliquam reuincendam, quàm est ecclesiæ in Concilio cõgregatæ definitio. Non enim credibile est, vt Deus illos omnes errare permitteret, imò non est credendum vllo pacto, eos in vnam eandemq̃ veniisse sententiam, nisi à spiritu sancto, vno eorũ omniũ magistro fuissent edocti. Quòd enim olim Philosophi inter se discordes fuerunt, quòd inter eos minimè cõuenit, item quòd hæretici inter se diuisi sunt, inde prouenit, quòd ꝑprio ducebantur spiritu, alieni à ducatu spiritus sancti. Nostri autem sancti doctores,

res, quoniam à spiritu sacro (qui vnus semper & vbique est) moti sunt & edocti, in rebus ad salutem necessarijs concordes fuere. Et eo magis eorum admiranda concordia est, quo ex his plures, licet temporibus & locis & linguis separati, in vnam sententiam conuenerunt.

## CAPVT III.

CACO. Diuertere videris à propositio ac declinare ab eo, quod principio probandum erat, nimirum consensionem gentium atq; populorum, cõsistere in vetustate omnium aut certè penè omnium sacerdotum & magistrorum, qui in definitionibus atq; sententijs suis vnanimes fuerunt. ORTO. Non deflecto charissime à scopo, neq; detrecto probare quod assumpsi, sed obiectio tua me longius protraxit quã æstimaueram. Dum enim obiectioni tuæ satisfacere cupio, fusius tecum de hac re egi. Porrò quòd consensio populorum et que gentium consistat in vetustate omnium, aut penè omnium doctorum siue magistrorum, qui in definitionibus suis vnanimes fuerunt, vel hinc liquet,

Fidem implicitam habēt subditi in fide maiorum, & fides eorum in maiorum fide saluatur.

liquet, quòd populus siue subditi habeant fidem implicitam in fide maiorum siue doctorum & magistrorum ecclesiæ, & idcirco etiam consensio populorum atque gentium nobis innotescit ex fide & doctrina maiorum vnanimi, quam nobis vel editis libris, vel etiam traditione reliquerunt. Non enim æqualiter omnibus incumbit tam superioribus quàm inferioribus ea quę sunt fidei tenere & explicare, sed discrimen est inter maiores & minores. Cum enim explicatio credendorum sit per reuelationem diuinam (etenim credibilia naturalem rationem excedunt) & reuelatio diuina ordine quodam per superiores ad inferiores perueniat, necesse est explicationem fidei ad inferiores peruenire per superiores. Quemadmodum enim ad homines per angelos, & ad inferiores angelos per superiores reuelatio diuina deuenit, vt autor est D. Dionysius Areopagita in cœlesti Hierarchia, ita pari ratione explicationem fidei necesse est, peruenire ad inferiores homines p doctores

Fidei explicatio per superiores venit ad inferiores.

ctores & magistros, & ob id, quemadmodum (vt idem Dion. docet) superiores angeli, qui inferiores illuminãt, pleniorem habent notitiam de rebus diuinis quàm inferiores, ita etiam maiores & duces siue præceptores populi, quorum interest alios erudire, tenentur habere pleniorem noticiam credendorũ, & fidem explicatiorem. Sufficit autem popularibus credere articulos fidei, q̃ communiter omnibus credendi proponuntur ab ecclesia, & reliqua (quæ non omnibus ita communiter proponuntur, sed doctioribus quibusque explicitè credenda & defendenda relinquuntur) credant in fide maiorum implicitè, vel in præparatione animi, vt scilicet sint semper parati credere, quicquid in arcanis literis traditur, & quicquid in doctrina fidei continetur ac includitur. CACOD. Si plebs tenet fidem implicitam in fide suorum Episcoporum & doctorum, multæ plebes periculo salutis æternæ exponuntur, quarum præsules & magistros in fide certissimum est errare, nunquid ergo excu-

Quid populariter sufficiat ad credendum.

excusabuntur apud Deum, si maiorum suorum errores sequuti fuerint, aut implicitè crediderint? OR. Sententia ista rectè intelligenda est Cacodoxe. Non enim dico subditos omnino absque vllo additamento habere fidem implicitam in fide suorum maiorum, nimirú præpositorum atque doctorũ, nisi quatenus illi adhærent sanæ doctrinæ catholicæ ecclesiæ. Simile ferme est quod D. Paulus de vita & moribus loquens, ait: Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Et iterum: Imitatores mei estote, & obseruate eos qui ita ambulant sicut habetis formam nostram. Vbi vult nos imitari mores & vitam apostolorú & virorum apostolicorum ac præpositorum nostrorum. Sed quid? Si ij qui nobis proponũtur in exemplũ, aut qui nobis deberent esse exemplo honestæ conuersationis & piæ vitæ, sint impij & peruersi, ac proximos, imò subiectos scandalizent, nunquid sunt imitandi? Nequaquam in malo, sed si quæ habent bona (rarò enim ex omni parte inueniuntur mali) ea debemus amplecti & imi-

tari

tari, in reliquis autem sequemur consi- Matt 23ũ
lium domini dicentis: Quæ dicunt faci
te, quæ autem faciunt facere nolite. Di-
cunt enim & non faciunt. Et ob id D.
Paulus prudenter adiunxit: Sicut & e-
go Christi. & Qui ambulant ita sicut ha
betis formam nostram. Quemadmodũ
enim apostoli fuerunt imitatores Chri
sti, ita debemus imitari apostolos, &
quemadmodum præpositi nostri sunt
imitatores Apostolorum, & retinent e-
am viuendi formam quàm didicerunt
habuisse Apostolos, ita quoque debe-
mus eos obseruare & imitari. Haud se-
cus etiam quàmdiu Episcopi & magi-
stri populi adhærent catholicæ doctri-
næ, tamdiu subiecti saluantur in fide
implicita eorum. CAco. Quod si erraue
rint & à fide catholica defecerint, quid
sentiendum erit de subditis? ORt. Pro-
fectò si simplices quique (quales pluri
mi sunt in populo) existimant ac cre-
dunt suos præpositos & doctores rectã
ac ORthodoxam tenere fidem, licet re-
uera desciscant ab aliquibus fidei ar-
ticulis, si inquam putant eos rectam te-

nere fidem, perfidia eorum non præiudicat fidei ſimplicium, niſi pertinaciter eorum erroribus ſic adhærerent, vt nolent etiam poſt inſtructionem ab eorũ erroribus declinare, etiam contra vniuerſalis eccleſiæ fidem, quę non poteſt deficere dicente domino ad Petrum: Ego rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua. Et hactenus quidem de prima probatione egiſſe ſufficiat, nũc ſi libet ampliorem huius rei demõſtrationem accipere, reſpode mihi. Quãdo œcumenicũ indicitur & celebratur cõcilium, nónne patres & maiores populi nimirũ Epiſcopi & magiſtri cõuocãtur? Nónne (excluſa multitudine nationũ atq; gentium vniuerſarum, quas impoſsibile eſt conuenire in vnũ) gentiũ atq; populorum p̃ſules & p̃poſiti cogunturin vnũ? Nónne p eos tractãtur negotia fidei & corriguntur populorũ mores? CAc. Inficiari nequeo. OR. Bene habet. Res ẽ apertior eſt, q̃ vt negari poſsit. Cum ita q; patres in concilio generali congregati pauci ſint numero, ſi cum immenſa illa multitudine gentium vniuerſarum

Luc, 22

confe

conferantur, & tamen Ecclesiam catholicam repræsentent, & (quemadmodum paulo superius dixi) vnanimis ac concors omnium doctorum definitio siue sententia, vniuersalis concilij definitioni adæquetur, nónne bene assero consensionem gentium atque populorum in consensione magistrorum atque doctorum positam esse, atque per eam doceri ac demonstrari? Porro quando dicimus cõcilium œcumenicum repræsentare Ecclesiam, quid aliud dicimus, quàm vniuersam multitudinem gentium atque nationum Christianarum, concilium repræsentare? CACODOXVS. Affirmas quidem concilia generalia vniuersam repræsentare Ecclesiam, veruntamen mihi non apparet verisimile, paucos præsules atque doctores posse repræsentare totam Ecclesiam, vt quicquid illi decreuerint, irrefragabiliter ob omnibus suscipiendum sit, & decreta illorum, decreta Ecclesiæ, consensio illorum, consensio Ecclesiæ æstimanda sit. ORTHODOXVS. At ego ti-

bi luce clarius demonstrabo verissimũ esse quod astruxi, nimirum patres in cõcilio œcumenico congregatos vniuersam repræsentare ecclesiam.

## CAPVT IIII.

Concilĩ œcumenicum vniuersam repræsentat Ecclesiam

PRincipiò itaque nónne vsu communi & vniuersali hominum locutione ita esse reperimus, vt quoties primates omnes alicuius prouinciæ vel reipublicæ (quibus à populo ius decernendi commissum est) in vnum quemlibet conuenerint locum, dicamus prouinciam aut rempublicam congregatam esse, eò quòd primores (vnde populus pendet) congregati sunt? Ad hũc ergo modum, cum in concilio generali omnes Episcopi (quos solos Deus posuit regere Ecclesiam suam) conuenerunt, tũc respublica Christiana, hoc est, Catholica Ecclesia censetur congregata. Quod manifestè ostenditur autoritate scripturæ sacræ. Postquam enim historia tertij libri Regum magnificam illam templi constructionem retulit, subiungit: Tunc cõgregati sunt omnes maiores natu Israel cum principibus tribuum,

3. Reg 8.

buum & duces familiarum Israel ad regem Salomonem in Hierusalem, vt deferrent arcam fœderis domini de ciuitate Dauid, id est, de Sion. Et postquã dixerat arcam illatam in oraculum templi, subnectit: Conuertitque rex faciem suam, & benedixit omni ecclesiæ Israel. Omnis enim Ecclesia Israel stabat. Quo ex loco clarè patet conuentum illum principum & ducum geminata vice nuncupari Ecclesiam. Rursus Concilio coacto Hierosolymis pro quæstione illa decidenda: Num videlicet legitima, essent simul cum Euangelio obseruanda, postquam Euangelista dixerat conuenisse Apostolos & seniores videre de verbo hoc, & ea in re definisse, subiecit: Tunc placuit Apostolis & senioribus cũ omni Ecclesia, eligere viros ex eis, & mittere Antiochiã. Videsne hic iterum conuentum illum Apostolorũ & seniorum vocari Ecclesiam? Adhæc D. Gregor. de quatuor illis concilijs nempe Niceno primo, Constantinopolitano primo, Ephesino primo, & Chalcedonensi primo loquens, ait. Cunctas

quas præfata veneranda Concilia personas respuunt, respuo, quas venerãtur, amplector, quia dum vniuersali sunt constituta consensu, se, & non illa destruit, quisquis præsumit absoluere, quos ligant, aut ligare quos absoluunt. hæc ille. Ex cuius verbis cum constet, in Concilijs decreta vniuersali consensu esse constituta, consectarium esse etiam, Concilia generalia vniuersalem repræsentare Ecclesiam. In Concilio quoque Niceno & in alijs, cum quispiam excommunicabatur, semper ferè subiunctum legis: Hunc excommunicat catholica & apostolica ecclesia. Atque ex hoc introductus est ille conciliorum titulus quo sacrum generale concilium, vniuersalem ecclesiam repræsentare dicimus. Vnde & leges concilij, leges ecclesiæ nuncupantur. Nam in cõcilio, licet non omnes ecclesiæ personæ conueniant, plurimæ tamẽ intereſſe solent, & in illis qui veniũt, tota residet potestas ecclesiæ. Vnde (quemadmodum iam dictũ est) in Act. Apo. legimus. Quia placuit Apostolis & senioribus cum omni

Act. 5

Eccle-

Ecclesia. Etem licet illic non essent cuncti fideles, qp eorũ magna pars tunc Antiochiæ morã trahebat, tota tñ ecclesia dicit, qa tota potestas in cócilio residebat ecclesiæ. Pariq; ratione, ædita pNic. Conciliũ, tanq̃ per Catholicam ecclesiã ordinata suscipiẽda sunt, licet non omnes Episcopi Niceę fuerint. Nec ego minoris autoritatis posteriora Cócilia existimauerim q̃ Nicenum, licet illic maior Episcoporũ numerus cóueniisset, q̃ in posterioribus qnibusdam Concilijs congregatus est. Tunc enim impletum erat illud propheticum. In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorũ. Hodie verò si minores habeantur synodi, minor quoq; & arctior Christiana religio facta est, nõ tñ ꝓpterea minor est autoritas. Præterea omnia generali Concilio competunt, quæ ecclesiæ. Atq; huc facit illud Euangelicum, Dic ecclesiæ. Quod Petro summo pontifici futuro Christus dixit, instruens eum quid esset facturus circa fratris correctionem Ait enim: Si peccauerit in te frater tuus, vade &

Concilia posteriora, nõ sunt habenda minoris autoritatis, quam Nicenum. psal. 18 Matt. 18 Omnia cõcilio generali competunt, quę Ecclesiæ.

corripe eum, inter te & ipsum solũ. Si autem te audierit, lucratus es fratrem tuum: si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc vnum vel duos, vt in ore duorum veltrium testiũ stet omne verbum. Quòd si non audierit eos, dic Ecclesiæ, si autem ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Quid igitur hic per Ecclesiam intelligemus? An fidelium multitudinem vbiq; gentium disipatam? Si hoc præcepit Christus, tunc præcepit quod factu est impossibile. Quo enim pacto posset qs Ecclesiam alloqui dispersam, singulosque Christianos ostiatim per ciuitates & oppida, per villas ac pagos inuestigare? Alius ergo verborum eiuscemodi sensus est, aliterque interpretationem fieri oportet, quæ vt ritè fiat, sunt qui docent, duplicis personæ, quam Petrus gestauit, nos meminisse oportere, summi scilicet Pontificis, & hominis priuati. Itaque dum in Petro priuatum hominem recognoscimus, haud inepta illorum est expositio, qui per Ecclesiã, prælatum ecclesiæ recipiunt. Docuit enim nos

Quando Christus dixit, Dic Ecclesiæ, quam Ecclesiam intellexerit.

Petrus duplicem personam gesserit.

nos Christus, vt ad Episcopos nostros recurramus. At quum in Petro summũ Pontificem Romanum Papam suscipimus, ridenda magis quàm probãda huiusmodi expositio est. Nec enim ad Papam, id est, ad seipsum, vel ad prælatum alium, hoc est, ad suum inferiorem remittendus est Papa. Fit namque huiusmodi remissio, vt qui papam non veretur, alium vereatur. Verùm cùm in Ecclesia nemo sit eminentior papa, exploratum est, quia qui Romanum Pontificem non veretur, alium non verebitur. Vt igitur verus & sanus maneat intellectus, vim verbis facere non oportet. Planus enim & per se lucidus horum sensus verborum, nec suppletione, nec alte ratione hic textus indiget Euãgelicus. Videndum est igitur quid hoc verbum Ecclesia significet, quod bis tantùm in ore Christi fuisse reperimus, hic scilicet, & cum Petro dixit: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Ecclesia ergo conuocationem significat multitudinis. Dic ecclesiæ, dic multitudini fidelium congregatæ, qui Matt. 16.

cum non ſoleat niſi in generali concilio conuenire, belliſsima interpretatio erit, dic eccleſiæ, id eſt, dic concilio generali. Quæ quidem interpretatio etiam ſanctorũ patrum autoritate fulcitur. Siquidẽ D. Gregorius Papa ſcribit in regiſtro ad Conſtantinopolitanum Epiſcopum in hæc verba: Et nos quidẽ (inquit) in quibus talis tantaque per auſum nepharium culpa cõmittitur, ſeruamus quod veritas p̃cipit, dicẽs: Si peccauerit, &c, poſt ſubdit: Si in mea corre ptione deſpicior, reſtat vt eccleſiam debeam adhibere. Quæ verba ſatis manifeſtè eccleſiam pro generali concilio ſuſcipiunt. Nec enim diffuſam vndiq; Eccleſiam, ſed in vnum collectam, id eſt, generale concilium, adhibiturum ſe D. Gregorius ꝓmittebat. Quod enim vbique diffuſum eſt, adhiberi non poteſt, niſi cõgregetur. Nicolaus item Papa regem Lotharium de concubinatu redarguens: Quòd ſi id non egeris, inquit, ꝓcaue ne hoc ſanctæ Eccleſiæ dicamus. Quo dicto non ſe iturum per orbem, omnesq; viritim certificaturũ Nicolaũ dicebat,

dicebat,sed conuocaturũ ecclesiam, id est, generale concilium,ibiq; Lotharij crimen publicaturum, vt qui Romani iussa pontificis contempsisset,generalis concilij reuerentiã pertimescceret. Adhæc quando Christus dixit:Dic Ecclesiæ,mox conuersus a d apostolos, Amẽ dico vobis,inquit,quia quæcunq; alligaueritis super terrã &c. Vnde satis sufficienter colligitur ad ipsos & successores eorum episcopos & sacerdotes Ecclesiæ nomen,quantũ ad ea pertinet q̃ ad fidem spectant,contractũ esse. Rursus cum secundum Apostolum in Ecclesia sint gradus & charismata peculiaria quę non omnibus voluit spiritus esse communia, vtputa,, esse pastores,& doctores,& prophetas,quibus hæc specialiter gratia facta est , quos potissimum consulere debemus , in ijs quæ ad fidei doctrinam attinent,quibus claues regni cælorum commissæ sunt ligãdi atque soluendi, & quibus dictum est : Si duo ex vobis consenserint super terrã de omni re quamcunq; petierĩt,fiet illis à patre meo q̃ in cælis est.

Matt 18.

Ephe 4.

Matt.18.

Vbi

Vbi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Dicit enim Malachias propheta, labia sacerdotis custodire scientiam, & legem requirent ex ore eius, quia angelus Domini exercituum est. Quis dubitet obsecro, si cut claues regni cælorum Deus non voluit omnibus esse communes, ita nec autoritatē discernendi, quæ sub ipsa clauium potestate continetur? Vnde manifestum euadit, ecclesiā in singulis membris consulendam non esse, nec singula membra esse conuenienda, nec singula membra congregari debere in fidei quæstionibus. Non enim reliquisset nobis Christus opportunum remedium, pro huiusmodi discriminibus si singula Ecclesiæ membra consulenda essent. Sed neque autoritas discernendi dogmata vllo pacto dependet, à totius ecclesiæ in singulis membris consensu, alias enim maiores instruerētur à minoribus, fidesque & autoritas primorum, dependeret ab indocta & rudi plebe, quod est inuertere ordinem à Christo & sanctis Apostolis præstitutum.

Malach. 1.

In fidei quæstionibus singula membra non sunt conuenienda.

tum. Sunt enim ecclesiæ capita pontifices, doctique in diuina lege sacerdotes, quantum ad eorũ munus pertinet, lux mundi, & doctores orbis, de quibus Christus dicit: Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit. Qui autẽ me spernit, spernit eum qui me misit. Quibus etiam per Apostolum Petrum dicitur: Pascite qui in vobis est gregẽ. Vnde etiam Christus, cum Petrum caput Ecclesiæ suæ constituisset, iniunxit illi, dicens: Pasce oues meas, pontificum ergo sacerdotumque est pascere, ouiũ verò pasci. Illorum est docere & imperare, horum autem discere & obedire. Ab illis scientia exquiritur, nõ ab istis, & idcirco necessarium minimè est laicos & subiectos quosque ad concilium vnà cum suis præpositis conuocare.

Luc. 10.

1. Pet. 5

Ioan. 21

Sacerdotu pascere, ouium vero pasci.

## CAPVT V.

CIACOD. Cum ecclesia sit vnum corpus, & huius corporis singuli Christiani singula sint membra, ex quibus integritas huius corporis constitu itur, vt corpus sit integrum, videntur in concilio (vbi patres ais repræsentare vniuer-

1.Cor.12 vniuersam ecclesiam)etiam subditi quique admittendi. OR. Possum tibi respõdere per id quod ait Paulus :Et si dixerit auris,quoniã nõ sum oculus,nõ sum de corpore, nónne ideo non est de corpore?Si totum corpus oculus, vbi auditus?Prælati siquidem,quibus ex officio incumbit docere populum, & regere, oculorum funguntur officio,quoniam hi pro reliquis membris vident,eaq; dirigũt.Subditi verò quorũ est obedire, auriũ exercent officium, qm̃ hæ sunt p quas doctrina & fides habetur. Fides namq; est ex auditu. Licet ergo subditi quiq; & fideles singuli non vocentur ad Concilium(hoc enim est impossibile)non propterea tamen excuduntur à à corpore,sed ad hoc officium dũtaxat non admittuntur, quòd non subiectis quibusq;, sed episcopis & doctoribus reliquisque prælatis, & in hoc corpore dispensatum siue assignatum ac commissum.Non enim laicis & popularibus est eiuscemodi munus commissum, sed illorum magistris atque doctoribus, qui cũ muneri suo satisfaciunt, dicitur totum

prælati oculorum, subditi vero aurium gerunt officium.

Rom.10.

tum corpus hoc facere. Accipe similitudinẽ. Nõne corpus humanũ dicitur videre, si eius oculi videant, quamuis cætera membra non videant? Nunquid ideo dicemus corpus non audire, quia multa in corpore membra non audiant, quamuis aures opus sibi commissum debitè exequantur? Tunc enim reuera totum corpus id exequi dicitur, cum membrum id facit, quod sibi ex officio incumbit. Haud secus etiam, tunc Ecclesiam (quæ vnum corpus est) aliqd definiuisse censebimus, cum illi omnes ad quod illud spectat, congregati atq; consentientes decreuerint. At cum ij omnes ad generale concilium conuocentur, consequens est, vt in ea re definienda, dicamus generale cõciliũ, ecclesiã vniuersalẽ repsentare, cũ id agãt, qd ad ipsos solos ex officio spectat. Porrò vt omnis tibi dubitatio de hac re tollatur, exemplum tibi è scripturis petitum proponam. Etenim primũ cõcilium ab Apostolis coactum & congregatum, formam nobis seruandorum Conciliorum generalium præscribit.

Cum prælati satisfaciunt muneri suo, dicitur totum corpus ecclesiæ hoc facere.

Actor. 15

Qui-

Actor. 15 Concilij celebrandi regula, ex concilio Apostolorum petenda.

Quidam, inquit, ascendentes de Iudæa docebant fratres, quia nisi circuncidamini secundum legem Moysi non potestis saluari. Facta ergo seditione non minima Paulo & Barnabæ aduersus illos, statuerunt vt ascenderent Paulus & Barnabas, & quidam alij ad Apostolos & presbyteros in Hierusalem super hac q̃stione. Et parũ infrà: Cõuenerũt apostoli & seniores, videre de verbo hoc & tãdẽ inq̃sitiõe facta inter eos lata est ab apostolis & senioribus sentẽtia in hũc modum: Visum est spiritui sancto & nobis, nihil vltra imponere vobis oneris quàm hæc necessaria, vt abstineatis vos ab immolatis simulachrorum, & sanguine, & suffocato & fornicatione, à quib. custodiẽtes vos bene agetis. Hic vides apertam celebrãdi concilij regulam, & viuam conciliorum effigiem, ex qua tẽporum successu, cum Ecclesia à persecutione tyrannorum & insectatione infideliũ libera esset, reliqua generalia concilia modum & formam suæ celebrationis sumpserunt. Et tamen minimè in illo concilio Apostolorum & presbyte-

ro-

rorum ac seniorum cõuocata est populi Christiani multitudo, sed solùm Apostoli & seniores conuenerunt, qui etiã diligenti examinatione ex collatione scripturarum facta sententiam tulerũt, quam vsque in hodiernum diem, Catholica Ecclesia amplexata est. Adde q̃ supremum in terris tribunal apud clericos non apud laicos est, quod tam ex veteri testamento quàm ex nouo cõprobatur. In Deuteronomio namque sic scribitur: Si difficile & ambiguũ apud te iudicium esse perspexeris &c. Quib. verbis in veteri testamento supremum tribunal, apud sacerdotes fuisse monstratur, quod etiam apud Matthæum testatur Dominus, dum ait sacerdotibus Iudæorum, quòd ipsi essent duces aliorum, & ad eos spectaret sedere in cathedra Moysi, & docere populum, quod q̃; in eis esset clauis scientiæ. Ex quibus verbis ostenditur, supremum & maximum tribunal Iudæorum in synagoga fuisse, q̃ res satis nos admonet, idẽ quoque in nouo testamento debere seruari, cum vetus fuerit typus noui, & quæ

Tribunal supremũ in Ecclesia apud clericos est, nõ apud laicos.

Deut. 17. Matt 23

non inueniuntur mutata, ſtare non prohibẽtur. Sunt tamen de hac re in Euangelica lege euidẽtiſsima teſtimonia, partim paulò ſuperius prolata in medium, quibus Chriſtus apoſtolis loquens, omnia verba poteſtatem ſignificantia, ad apoſtolos diſcipuloſque dixerit, quos oẽs fuiſſe presbyteros conſtat. Quibus etiam adijcimus, quod ait Chriſtus: Venite poſt me, & faciã vos piſcatores hominũ. Vbi piſcatoribus ſacerdotes, & laici piſcib⁹ æquiparantẽ. Diſcipulos quoq; operarios in meſſem ſuã, id eſt, in eccleſiam conſtituit, & dedit illis autoritatem docendi & inſtruendi. Vnde ait: Euntes docete omnes gentes &c. Quibus verbis & alijs multis voluit oſtendere, quia ſicut in veteri teſtamento ſacerdotum fuit ſuprema poteſtas, ſicq; etiã in nouo ſeruari debere. Nec exiſtimandũ eſt ea verba & ſimilia illis tantùm fuiſſe dicta, qui perfecti erant, & quorum lux omnibus lucebat, ſed & ſucceſſoribus quoq; dictum eſt, quicquid apoſtolis & diſcipulis dictum eſt, quod autoritatẽ ſonabat. Itaque ſoli clerici in concilijs habent

Matt. 4

Matt. vlt.

habent iudicare, quoniam in eis est clauis scientiæ, & ad eos spectat docere populum & sedere in cathedra Moysi. Itaque si necessarium non est, ad controuersias dirimendas & ad definitionem dogmatum faciendam in Concilio generali, plebis promiscuę multitudinem cõuocari, imò quia hoc impesibile est, solùm oportet maiores (quibus id ex officio incumbit) huic functioni destinari, eò quòd hi sint, quorũ interest in ea re definire, quiq; ad eam rem agendam vniuersalem repsentent Ecclesiam, consequens est, vt generale Concilium ad quod primores Ecclesiæ omnes conuocantur, vniuersam etiã repræsentet Ecclesiam. Ex quo etiã colligitur, Conciliorum generalium rite congregatorũ, decreta & traditiones, tanquam ab vniuersalis Ecclesiæ consensu proficiscentes, ab omnibus esse recipiẽdas. Quum enim consensio saltem explicita, aliter haberi non possit, quàm per præsidum cuiuslibet nationis totius orbis Christiani congregationem, in vnum aliquem locũ accitam, congruũ fuit, vt quoties

Conciliorum generalium decreta, ab omnibus sunt suscipienda.

de credendis inter Christianos, lis aliqua suboriretur, Episcopi de quaq; natione Christianitatis statim conuenirent, litis eius dirimendę gratia. Quib. afflatum sancti spiritus haud quaquam defuturum, certò confitendum est, cũ Christus eius rei gratia, nempe vt spiritus ipse doceret omnem veritatem, semper mansurum eundem in Ecclesia promiserit, donec ipsa cõsummaretur. Huc ergo suos oculos dirigere Christiani tenentur, & horum decretis, in ijs præsertim quæ fidem concernunt & mores, fidem indubitatam adhibere. Nam quũ par sit credi, ab ipso spiritu sancto profectum, quicquid ab hoc venerando patrum cœtu, communi concordia fuerit decretum, id cæteris omnibus ratum & firmum haberi meritò debet.

Si priuato alicui homini, esset aliquid reuelatũ, num esset admittendus ad cõcilium,

## CAPVT VI.

CACOD. Quantũ intelligo, quantumque conijcere licet, nullum ius statuendi, nullamque facultatem definiendi permittis subditis in Cõcilio, sed omnia tribuis præsidibus Ecclesiarum & maioribus in Clero. Quid si simplici

plici cuidam plebeio ac priuato homini innotuisset, vel per reuelationem diuinam apertam, vel alio quouis modo, quo Deus solet erudire homines, accepissetque quædam quæ ad communem omnium vtilitatem spectarent, & concilium etiam non vocatus accederet, cuperetque ea patribus insinuare, nunqd esset reijciendus? ORT. Nequaquam. Sed admittendus & audiendus, & quæ proponeret excutienda ac examinãda essent à patribus, penes quos etiam iudicium & definitiua sententia relinquẽda esset. Vnde D. Paulus: Si non fuerit interpres, inquit, taceat in Ecclesia, sibi autem loquatur & Deo. Prophetæ autem duo aut tres dicant, & cæteri diiudicent. Quòd si alij reuelatũ fuerit sedenti, prior taceat. Audiendi itaque sunt & non contemnendi, qui id quod sibi reuelatum asserunt, docere voluerint, nequaquã tamen, si laici sunt, quãtumuis docti, vocem definitiuã in concilio habere possunt, quæ solis (vti iam sæpe dictum est) competit ex officio Episcopis & maioribus. Itaque vt ad rem

1. Cor. 14.

propoſitam reuertamur, ſi Epiſcopi & magiſtri eccleſiarum in concilio cõgregati vnanimes aut concordes fuerint, aut certè maior eorum pars cum ſummo pontifice conſentiat, & in ſpiritu ſancto, ſummi pontificis autoritate, cunctisque præmonitis, quorum intereſt adeſſe, conuocati fuerint, ſententia eorum erit certa ac indubitata, & pro infallibili generalis concilij definitione tenenda, conſenſioq; eorũ pro populorum atque gentium conſenſione habenda. CACODOX. Hæc ſi vera ſunt, quid eſt, quòd reperiuntur concilia quædam in quibuſdam erraſſe, quorũ errores per poſteriora cõcilia correcti ſunt? ORTHOD. Ego de omnibus concilijs non ſum locutus Cacodoxe, ſed duntaxat de concilijs generalibus, legitimè in ſpiritu ſancto, ſummi pontificis autoritate, cunctisque præmonitis, quorum intereſt adeſſe, congregatis. Nequaquam autem ſum locutus de concilijs quibuſdam particularibus aut prouincialibus, aut de concilijs quibusdam quæ nec in ſpiritu ſancto, neque

**Concilia legitime in ſpiritu ſancto põtificis autoritate congregata errare non poſſunt.**

que etiam ſummi potificis autoritate aliquando congregata ſunt. Huiuſcemodi fuere concilia quędã Donatiſtarum, in quibus iactitabant ſe multos centenarios epiſcoporũ habuiſſe. Concilium etiam Cartaginenſe 80. Epiſcoporum, cui interfuit beatiſsimus Martyr Cyprianus, errauit, definiens hæreticos, & ab hæreticis baptizatos, fore rebaptizãdos. Fuit & Arimini quoddam olim celebratũ cõciliũ, numeroſa epiſcoporũ multitudine, ſed nec in ſpiritu ſancto, nec pontificis Romani autoritate congregatũ, de quo D. Hiero. affirmat, q̃ in eo ſub noĩe vnitatis & fidei, ſcripta fuit infidelitas. Et ob id illi⁹ cõcilij res geſtas Damaſus papa nouo cõuocato cõcilio recidit penit⁹. Tale fuit etiã cõciliũ Conſtantinop. cõtra ſanctorũ imagines, & ſine ſpiritu ſ. & abſque ſummi pontificis autoritate coactũ, in quo 330 fuerant epiſcopi. Sed hoc conciliũ poſtea reuocatum fuit, nõ modò per Stephanũ papã Rom. cõcilio, verũ etiam p ſynodũ ſeptimam oĩno condemnatũ, ſed & cõtra cũctos defenſores eius ana-

Concilia quæ errauerunt explicantur,

thema ſeueriſsimè fulminatum erat. Et ne omnia perſtringam, dilucidum eſt ex ijs, multa concilia frequenter erraſſe, ſed quæ vel fuerint duntaxat particularia ac prouincialia, aut minimè in ſpiritu ſancto, aut ſummi pontificis autoritate congregata, de quibus minimè hactenus ſum locutus, ſed de plenarijs duntaxat, quæ per pontifices ſummos conuocàta fuerunt, quibus ijdem plenum in ſpiritum ſanctum præbuerunt aſſenſum. Nam vbi vel à Concilio pontifex ſummus diſsidet, vel Concilium à pontifice, niſi manifeſtiſsima ſummi pontificis culpa id factum fuerit, eiuſcemodi Concilium meritò ſuſpectum videri debet. Verùm vbi mutuo conſenſerint, & in charitate conuenerint, non eſt dubium quin quicquid ad fidē pertinens decreuerint, id firmum ſolidúque cunctis habendum ſit. Quamobré etiam certò credendum eſt, quicquid Concilium ſic à ſummo pontifice congregatum decreuerit, eſſe ab omnibus credendum & tanquam fidei articulum eſſe recipiendum. CAC. Etiam concilium

liũ cum pontifice nouos nobis articulos fidei condere & obtrudere poteſt?
OR. Non dico Eccleſiam Catholicam, aut pontificem cũ Concilio, nouũ poſſe efficere fidei articulum, ſed affirmo id ab omnibus credendum & tanquam fidei articulum recipiendum, quod nobis credendum à concilio generali proponitur. Quicquid enim nobis ſummus pontifex vnà cum concilio, credendum tradiderint, tanquam fidei articulum, id cũcti verè Chriſtiani, haud aliter quàm articulum fidei credere debent. Nam vnde ſcimus quis fuerit articulus fidei an ſecus, niſi per eccleſiam? Sed neque Euangelia ſcimus Euangelia eſſe, niſi per eccleſiæ definitionem. Negat enim D. Aug. ſe crediturum fuiſſe Euangelio, niſi quia catholicæ prius credidiſſet Eccleſiæ, quæ teſtimonium Euangelio perhibuit. Ita enim ait in eo libro quem ſcripſit contra epiſt. Manichæi quã vocant fundamẽti cap. 5. Ego Euangelio non crederẽ, niſi me catholicæ eccleſię cõmoueret autoritas. Et certè ſpũs ipſe veritatis (quo verè credi-

Concilij decreta vt articuli fidei recipiendi ſunt.

mus ecclesiã regi) nunquã pateretur eã in ijs negotijs hallucinari. Non enim inanem nobis Christus pollicitationẽ fecit, quando spiritum veritatis promisit in ecclesia mansurum, qui nos de omni veritate certiores faceret. At inanis fuisset ista pollicitatio, si conciliũ legitimè conuocatũ, & eo præsertim intuitu, vt de fidei negocijs ecclesia certior fieret, errare permitteretur. Quoniã igitur idem spiritus, adhuc in ecclesia, neque penitus ociosus residet, quis dubitare potest, quum ex omni orbis parte, maximus episcoporum conuenerit numerus, vsqueadeo vt cõstet aliquando fuisse ducentos, aliquando trecẽtos, sed & sexcentos nonnunquam, quis, inquam, ambigere potest, quin inter tot patres, tam eruditiõe, quàm vitæ sanctimonia spectatissimos, tantoq; charitatis ac pietatis studio congregatos, non medium affulsisse spiritum sanctum, præsertim cum Christus ante sit pollicitus, in medio se futurũ, vbi duo vel tres forent in noĩe eius cõgregati? Et cui dubium esse poterit, illic vbi Christus est, adesse

pariter

pariter & Christi spiritum? Quando igitur Christus duobus aut tribus in eius nomine congregatis, ad futurum se promisit, tot centenarijs patrum pro salubri toti⁹ ecclesiæ statu coadunatis Christi spiritum (quem ob id se missurum promiserat) putabimus defuturum? Absit à fidelium cordibus vel exigua eius rei cogitatio. Certò ergo credendum est, quicquid concilium generale legitimè congregatum, esse de substantia fidei decreuerit, id tãquã articulum fidei recipiendum esse. Sed & de legibus morum ac bonorũ operum nemo ambigere debet, quin quando summo pontifici simul & toti concilio visum fuerit, mores & opera quædã condemnare, & tanquam Christianorum saluti contraria reprobare, singuli Christiani teneantur ea fugere, velut animarum suarum perniciem maximam. Alioqui Paulus frustra dixisset: Obedite præpositis vestris. Item & Christus: Qui vos audit, me audit, Qui vos spernit, me spernit. Et alibi (Matthæi 18.) Qui ecclesiam non audierit, sit tibi sicut

Heb. 13.

Luc. 10.

cut ethnicus & publicanus. At quando potius ecclesiam audituri sumus, quàm cum pontifici concilium consentit, & pontifex concilio? Nam hi (procul omni controuersia) Catholicam Ecclesiã repræsentant. Et de his quidem hactenus fusius tecum egi Cacodoxe. Tempus postulat vt dispiciamus num vobis hanc consensionem populorum atque gentium vendicare possitis, & num dogmata vestra consona sint, patrum omnium ac sacerdotum Catholicorũ (quorum scripta extant) sententijs & doctrinis. Meo certè iudicio si hæresiarchæ vestri ac cæterorum qui eum secuti sunt, dogmata, ad Catholicorum examen doctorum ac patrum (iuxta præhabita) fuerint reuocata, & æqua lance trutinata, tantùm inter illorum & patrum doctrinam intereſſe comprobabis, quantùm interest inter diem & noctem, lucem & tenebras, vt cessent vestri gloriari q̃ cum vnanimi populorum atque gentium consentione communicẽt. Nam vt inter se sunt diuisi, ita quoq; à communi omniũ consensione disiuncti sunt.

Caput

## CAPVT VII.

CACODOX. At nostri maximè affirmãt sese veterum consensum habere, atque doctrinam suam, cum priscorum patrum doctrina maximè conuenire, vnde haud raro quoque dogmata sua, autoritatibus & sententijs eorũ confirmant, ORth. Libris satis multis nostrarum partiũ doctores demonstrauerunt, doctrinam vestrorum ex dyametro pugnare, cum doctrina priscorum patrum. Quòd etiam plerique vestrum licet non audeant cofiteri ore, intus tamen conscientia dictante intelligere possent, nisi obstinata & pertinax superbia eorum tanta esset, vt malint scientes & volentes perire, secumq; innumeros in perditionẽ trahere, quàm salubriter errores malè seminatos reuocare. Vnde etiam à vestris, nihil aut certè parum responsum est nostris, quantumuis multi essent, qui multos haud aspernandos ęderent libros. Cum enim vestri mundum replerent, libris pestiferis dogmatibus plenis, & nostri contra Catholicos æderent codices, quibus

Patrum consensione Lutherani non habent.

bus & praua dogmata conuincerẽt, aut errantes reuocarent, aut catholicos in fide orthodoxa continerent, veſtri omnia hæc ſurda aure tranſeuntes & clauſis oculis ac conniuentibus diſsimulantes, ſic ſeſe in ſcriptis ſuis habuerunt, perindeq; gloriati ſemper ſunt, tanquã nemo noſtrorum hactenus fuerit, qui illis vel potuerit contradicere, eosq; reuincere, vel auſus fuerit aduerſum eos mutire. Cum tamen tot tantiq́ue viri, præclaris voluminibus toti orbi manifeſtiſsimum fecerint, veſtrorum doctrinam, non ſolùm palam aduerſari ſacro ſanctis œcumenicis concilijs, patrum ſententijs, eccleſiæq; receptis conſuetudinibus, verũ etiã ſcripturis ſacris. Quæ omnia ita ſeſe habere comperirent veſtri, ſi vel ſemel dignarẽtur noſtrorum tractatus euoluere. Sed nihil vobis placet, niſi quòd à Luthero, Bucero, Melanchone, cæteriſq; errorũ ducibus emittitur, aliorum autem tractatus, ne aſpicere quidem dignamini, ſed ilico vt libri alicuius titulus nomen præ ſe tulerit catholici cuiuſpiam ſcriptoris, tanquam

quam papisticus & nugatorius reijcitur & flammis dignus prædicatur, aut certè Vulcano reuera traditur. Quod reuera in principio sectæ haud indiligenter fecerunt. Nam coemptis vndiq; Orthodoxorum virorum scriptis, quibus cernebant sectam suam acerrimè impugnari, ea Vulcano aut Neptuno commiserũt. Sed quũ crescceret in immensum librorum aceruus (multi enim nostrorum ab initio sectæ vsq; in hunc diem aduersus eos scripserunt) creuerunt & expensæ, quos faciebant in coẽptione librorũ, propter quas à coemptione & combustione librorum cessare coacti sunt, veruntamen non à perfidia aut solitis moribus, nihil eorum legentes quæ à nostris scribebantur, nihil probantes nilq; admirantes q̃q̃ quæ à suis doctoribus subinde adportabãtur. Nostros legere dedignabantur, respondere autem eis aut dissimulabant, aut formidabant, Et hoc sibi glorioſum existimantes, de hoc sępenumero sese iactitabant. Quòd si fortè respondere visi sunt, nõ ad rẽ respondẽt, sed libellis famosis, mẽdacijs, conuitijs, calum-

calumnijs & contumelijs id agunt, quibus non tam respondere, quàm catholicos & orthodoxos viros fatigare, ab incepto deterrere, atque omnibus odiosos reddere adnituntur. Vnde eadem quoque ratione moti in publicis ad populum concionibus, ecclesiæ propugnatores & filios, non dicendis quotidie conuitijs incessant, & linguæ vomere proscindunt, vt non tam diuini præcones, quàm bonorum & honestorum hominũ detractores dici meritò possint.

## CAPVT VIII.

Patres quomodo & qnando citent aduersarii,

QVòd autem asseris eos haud ratiò doctrinam suam sententijs patrum corroborare, id non faciunt, nisi quando pro se vident facere eorum sententias. Etenim si quid apud patres inuentum fuerit, quod eorum erroribus patrocinari videatur, aut quod eò detorqueri possit, ita vt vel saltem appareat aptè dictum ad cõfirmationem erroris, mirum dictu, quàm illud inculcent, quàm prædicent, quàm extollant, quàm illud Rhetorum floscul is exornent, & illius sententiæ autorem ad cœlum

lum vsque efferãnt. Reliqua veró omnia à sanctissimis & doctissimis patribus grauissimisq; viris benè conscripta, & eorum erroribus aduersantia, vna cum ipsis autoribus reijciunt, asserentes eos homines fuisse, & humanum passos, & idcirco dicta eorum figmenta esse humana, quasi verò ipsi homines non sint, sed dij, qui errare aut labi non possint. Ita arrogantes & stolidi homines desipiunt atque insaniunt. Patres itaq; recipiunt quos volunt, & quando volunt. Si inueniunt aliquid in eis, quod confirmare videatur eorum hæreses, hoc recipiunt, si quid verò quod eorũ prauis dogmatibus repugnat, id statim reijciunt, & solis sacris scripturis standum esse clamitant ac contendunt. Non ergo consensionem patrũ habent quos partim recipiunt, partimque reijciunt, & à quorum dogmatibus tam longè absunt, quàm abest nox à die, & tenebræ à luce. CA. Quanquam iudicio tuo consensionem patrum nostri non habeant, summam tamen inter se consensionem habent, atq; in doctrina maximè conue

V niunt.

Consensio nem inter se non habent Lutherani,

niũt. OR. Quòd affirmas verstros summam inter se consensionẽ atq; concordiam habere, falsiisimũ esse, nemo est (modo rectè sapiat) q ambigere possit. Quẽadmodũ emꝫ patres vestri Husitæ (vt autor est Ancas Syluius in hist. Bohemica) in Thaboritas, Adamitas, Orebitas, & Orphanos secti fuere, sic quoq; Lutheri secta in Zvuinglianos, Anabaptistas, Sacramentarios & alios nescio quos illico diuisa est. Nam quemadmodum ipsi se ab Ecclesia diuiserunt, sic inter se quoque statim secti sunt, atque ex ipsis sectæ diuersę exortæ sunt, illa ipsa dogmatum suorum repugnantia demonstrantes, se non à spiritu veritatis, sed mendacij impulsos & agitatos, qui mendacij pater quum sit, falsos et mendaces, inconstantes & discordes clientulos suos facit. Vnde fermè tot apud vos sunt sectæ, tot noua dogmata, quot sunt doctores. Sed nec ipsi docto

Doctores Lutheranorum nõ sibi constant.

res vestri sibi constant, ita vt familiares illis sint antilogiæ & contradictiones, quemadmodum Iohannes fabri Episcopus Viennensis ad oculum commonstra-

monstrauit de Luthero in Babylonica Antilogiarum Martini Lutheri. Et vir doctissimus Iohannes Coclæus in Septicipite suo, quibus Lutherus atque discipuli eius, ne verbum quidem ausi sunt, vel potuerunt respondere. Quam ergo consensionem inter se habere possunt, qui in tot sectas scissi sunt, & tam diuersa atq; repugnantia sapiunt? Profectò nemo adhuc hactenus apud vestros repertus est, qui plenè cum alio consentiret, quin potius in aliquo ab altero dissideret, quòd validissimi argumenti loco est, eos à patre mendacij diabolo susciatos, quemadmodũ econtra euidentissimum signum est, Prophetas, Apostolos, Ecclesiæ doctores atque magistros, à spiritu veritatis fuisse missos & inspiratos, quòd inter se maximè conuenerint, nec in suis discrepauerint assertionibus. Vestri quidem omnes in hoc conueniunt atque consentiunt, vt aduersus Ecclesiam & sanam Ecclesiæ doctrinam agant, illamque explodant, in certis tamen capitibus dissentiunt, non dissi-

Aduersarij a diabolo excitati

Hæretici licet inter se disideant, in oppugnanda tamen Ecclesia conueniunt.

miles Herodi & Pilato, qui quanquam priuatis odijs & inimicitijs laborarent, in Christi tamen innocentis iniurias & necem conuenerunt. Et quemadmodum infideles omnes (licet infidelium perfidia in Mahumetanos, Tartaros, Paganos, & Iudæos distrahatur) in hoc cõspirarunt, vt Christianam fidem eiusq; cultores extinguant, sic quoque vestri, quãquam in sectas secti sint varias, vnanimes tamen in oppuguanda Ecclesia (ipsi Papisticum, imò Antichristi regnum vocant) reperiuntur, omnes in perfidia consonant, & in impietate copulãtur, haud dissimiles oculis strabis, qui auerti & auersari à se inuicem videntur, cum vnum videant, & non intuitu, sed positione discordent, si tamen discordiæ magis argui debent, quàm cæcitatis. Et quemadmodum viæ atque flumina, quanquam in diuersum tendant atque scindantur, eadem tamem in seipsa reuertuntur & confluunt, sic & apud vestros præ impietatis immanitate contingit, nam inter se dissident, & tamen in oppugnanda orthodoxa & catholica

catholica veritate conueniunt. Non est ergo quòd de vlla consensione vel concordia vestri gloriari possint, quam habeant, vel cum patribus, vel inter se, In 10 capite Oseæ. Quocirca rectè D. Hiero. in genere de omnibus hæreticis loquens, etiã de vobis loquutus est, dicens: Hæreticorum inter se corda diuisa, & contrarijs repugnare sententijs, etiam ipsi non negant, dum diuersa sentiunt. Vnde disperdentur, & confringet siue suffodiet dominus simulachra vel altaria eorum, quæ de suo corde finxerunt, & vastabit titulos, quibus singuli suis appellantur nominibus, & vocauerunt nomina sua super terras suas, vt nequaquam Christi ecclesiæ, sed illius vel illius esse dicant. Dictum est quo animo, quomodo, & quando patres citentur ab aduersarijs, de qua re pulchrè scribit Vincen. Liri. quomodo Donatistæ, & cæteræ pestes, autoritate beatissimi martyris Cypriani, & Cõcilij Aphricani, baptizare se iactabant, quos etiam affirmat in æternũ arsuros esse cum diabolo. Quod quidẽ mihi (inquit (diuinitus) videt promul-

gatum esse iudicium, ꝓpter eorum maximè fraudulentiam, qui quum sub alieno nomine, hæresim concinnare machinentur, captant plerumq; veteris cuiuspiam viri scripta, paulo inuolutius ædita, quę pro ipsa sui obscuritate, dogmati suo quasi cõgruãt, vt illud nescio qd quodcunq; proferũt, neq; primi, neq; soli sentire videantur. Quorum ego nequitiam, duplici odio dignam iudico, vel eò quòd hæreses venenum propinare alijs non pertimescunt, vel eò etiam quòd sancti cuiusq; viri memoriã, tanquam sopitos iam cineres, ꝓphana manu ventilant, & quæ silentio sepeliri oportebat, rediuiua opinione diffamãt, sequentes omnino vestigia, autoris sui Cham, qui nuditatem venerandi Noe, nõ modò operire neglexit, verùm quoq; irridendam cæteris enũtiauit. Vnde tantam læsæ pietatis meruit offensam, vt etiam posteri ipsius, peccati sui male dictis obligarẽtur, beatis illis fratribus, longeq; dissimilibus, qui nuditatem ipsam reuerendi patris, neque suis temerare oculis, neque alienis patere voluerunt.

**Cham filij qui sint**

runt. Sed auersi (vt scribitur) texerunt eum. Quod est, erratũ sanctiviri, nec approbasse, nec prodidisse, atque idcirco beata in posteros, benedictione donati sunt. hæc ille. Gen. 9.

# LIBER OCTAVVS.

## CAPVT I.

TErtio loco si meministi Cacodoxe, tenuit D. Augustinum in gremio Ecclesiæ autoritas miraculis inchoata, spe nutrita, charitate aucta, vetustate firmata. De qua quidem autoritate lib. 11. contra Faustum cap. 2. etiam ait: Ecclesiæ autoritas ab ipsis fundatissimis sedibus Apostolorum, vsque ad hodiernum diem, succedentium sibimet Episcoporum serie, & tot populorum consensione firmatur. CACODO. Qualis est ista autoritas, in quo consistit, & penes quos est? ORTHODOXVS. Ista est autoritas ligandi & soluẽdi, ista est potestas excõmunicandi & rebelles coercendi, item præcipiendi & statuendi, denique

Ecclesiæ autoritas ac potestas

ordinandi & conficiendi corpus & sanguinem Christi verum. Hæc autoritas atque potestas, est penes ordinem hierarchicum, hoc est, Episcopos, sacerdotes & cæteros ministros Ecclesiæ. Hanc autoritatem aut potestatem Christus contulit primo Apostolis, tamen in posteros descensuram. De potestate excommunicandi & indignos ac rebelles, à dignis Christianis separandi, simul cum obedientia quę illis debetur, Apostolis & successoribus eorum contulit apud Matt. 9, 18. vbi postquam de fraterna correctione disserut, subiungit. Si Ecclesiam non audierit (tanquam rebellis & contumax) sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Et conuersus ad Apostolos quibus id muneris delegabat, adiecit: Amen dico vobis, quæcunque alligaueritis super terram, erunt ligata & in cœlo, & quæcunque solueritis super terram, erunt soluta & in cœlo. Vbi habes potestatem iurisdictionis nuncupatam, sanctis Apostolis & eorũ successorib⁹ delegatã, quantũ ad formã ecclesiæ externã. Quantũ verò ad munus doctrinę,

Autoritas Ecclesiæ, penesquos sit.

Matt. 18

ctrinæ,& poteſtatem iurisdictionis,erga conſcientias fidelium attinet, eam Chriſtus poſt reſurrectionem ſuam illis etiam contulit,vbi ait:Pax vobis, ſicut miſit me pater,& ego mitto vos, & hoc dicens inſuflauit & dixit: Accipite ſpiritum ſanctum,quorum remiſeritis peccata,remittuntur eis:quorum autem retinueritis,retenta ſunt. Quæ verba(vt habet D.Ambroſius lib.1.de pœnitentia c.1.)non ſolùm apoſtolis dicta ſunt,nec eis duntaxat diuinam hanc poteſtatem contulit,ſed etiam ſucceſſoribus eorũ,domini ſacerdotibus. De poteſtate præcipiendi & ſtatuẽdi,ait:Qui vos audit,me audit: & qui vos ſpernit, me ſpernit. Vnde etiam Apoſtolus Paulus,Pro Chriſto,inquit,legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos. De poteſtate ordinandi & inſtituendi miniſtros Eccleſiæ ſcribit Paulus in epiſtola ad Titum,dicens:Huius rei gratia reliqui te Cretæ, vt ea quæ deſunt corrigas,& conſtituas per ciuitates presbyteros,ſicut & ego conſtitui tibi. Quomodo autem poteſtas iſta commu

Ioan 20.

Luc,10.

1.Cor.15

Tit.1.

nicaretur & conferretur, scriptura non tacuit. Nam legimus Paulum & Barnabam per impositionem manuum diuina dispositione ad apostolatus munus fuisse ab Apostolis delegatos, ieiunio & orationibus præcedentibus. Vnde etiam idem Apostolus Timotheo scribens: Noli, inquit, negligere gratiam, quæ in te est, quæ data est tibi per prophetiam, cum impositione manuũ presbyterij, id est, quæ data est tibi per manuum impositionem, qua dari solet ordo presbyterij. Et iterum: Admoneo te vt resuscites gratiam Dei quæ est in te per impositionem manuum. Et i. Timoth. 5. Manus, inquit, nemini citò imposueris, nec coïcaueris peccatis alienis vbi inhibet Timotheo, ne sine delectu ordinet presbyteros, sed matura deliberatione. Hæc de potestate Apostolis & successoribus eorum collata, super corpore Christi mystico, quod est ecclesia. De potestate verò super vero corpore Christi, puta conficiẽdi sacrã Eucharistiam, est locus apud Lucam, vbi Christus Apostolis suis ait post-

1. Tim. 4.

2. Tim. 1.

1. Tim. 5.

quam

quam hoc diuinissimum sacramentum instituit: Hoc facite, inquiens, in meam commemorationem. Quibus imperatiuis verbis, actio communicandi & consecrandi apostolis præcipitur. Illud enim iubet facere, quod apostoli ipsum Christum videbant facere: ille autem non solùm corpus suum distribuit, sed & consecrauit. Cum igitur actio ista (quæ omnis creaturæ excedit potentiam) fieri non possit sine facultate & potestate collata diuinitus, consequitur faciendi subinde potestatem & consecrandi & corpus Christi distribuendi illis fuisse concessam. Porrò ꝙ hæc potestas, nõ solùm Apostolis, verũ etiam successoribus eorum contradita sit, vel hinc liquet, ꝙ actiones istę non semel aut bis, aut pro tempore Apostolorum, sed vsque ad finem seculi (vt D. Paulus 1. Cor. 11. exponit) in Ecclesia exerceri debuissent, quod satis confirmat, potestatem istam, sicut neque alias ad solos apostolos pertinere, sed ad successores eorum vsque ad finem sæculi. Cæterùm quanquam hæ potestates Luc. 22.

testates omnes, ad autoritatem ecclesię videantur pertinere, maximè tamen illa, quæ collata est sacerdotibus Christi super corpore Christi mystico, quæ est potestas ligandi & soluendi, excommunicandi & rebelles coercendi, item præcipiendi, statuendi ac definiendi siue determinandi de dogmatibus fidei. Et hæc autoritas prȩcipuè ac principaliter est in concilijs œcumenicis, id est, vniuersalibus, rectè & legitimè coactis. Deinde in synodis etiam prouincialibus, in quibus plures Ecclesiæ conueniunt, sed non vniuersitatis nomine. Postremò ac vltimò est in episcopis, quam habent in sua quisque ecclesia, quam tamen decretis canonicis subiectam esse necessum est, ne aberrent ab vnitate catholica, & schisma introducatur.

## CAPVT II.

Sacerdotes & episcopi Lutheranorum, non veri, sed fictitij.

CACOD. Hæc eadem autoritas est etiam apud nos. Nam habemus episcopos, habemus sacerdotes, habem' ministros Ecclesiarum, per ordinatas à Deo potestates deputatos nobis. OR. Habetis episcopos & presbyteros, sed non

non veros nisi fortè si qui à nobis ad vos desciuerint, qui prius in catholica Ecclesia à catholico Episcopo ordinati fuerunt. Illi verò qui apud vos ordinati, pro episcopis & presbyteris habentur, Pseudoepiscopi & Pseudosacerdotes sunt, eò quòd nullum ordinem, nullamúe potestatem à prophano magistratu, siue à populo, aut certè ab apostatis & desertoribus monachis accipere potuerunt. Verùm quoniam suprà lib. 3. cap. 4. de hac re fusius egi, nolo in præsentiarũ pluribus verbis tecum agere. illud nũc adiecisse sufficiat, vestros nullam autoritatẽ habere, nihil illis à Deo, aut legitima potestate commissum esse, sed sese sponte iniecisse ad subuertendum populum Christianum, vt verè de illis dici possit, quod Dñs apud Hieremiam de pseudoprophetis dicit: Falso vaticinantur in nomine meo. Non misi eos, & non præcepi eis, neque loquutus sum ad eos. Visionem mendacem, & diuinationem fraudulentam, & seductionem cordis sui prophetant vobis. Et iterum: Non mittebam prophetas, & ipsi curre- Hier. 14. Hier 23

currebant, non loquebar ad eos, & ipsi prophetabant. Et apud Ezechielem: Vident, inquit, vana, & diuiuant mendacium, dicentes, Ait dominus, cum dominus non miserit eos, & perseuerauerunt confirmare sermonem. Ea propter rectè Tertulliani verba aduersus vestros producere iusta ratione possum, quibus in lib. de præscrip. hæretic. in hæc verba scripsit: Cupio, inquiens, ostendant mihi ex qua autoritate prodierunt. Si alium Deum prædicant, quomodo eius Dei, rebus & literis & nominibus vtuntur, aduersus quem prædicant? Si eiusdem, quomodo aliter? Probent se nouos apostolos esse, dicant Christum iterum descendisse, iterũ ipsum docuisse, iterum crucifixum, iterũ resuscitatum. Sic enim Apostolos solet facere, dare illis præterea virtutem, eadem signa edendi quæ & ipsi. Volo igitur virtutes eorum proferre, nisi ꝙ agnosco maximam virtutem eorum, qua Apostolos in peruersum æmulantur. Illi enim de mortuis suscitabãt, isti de viuis, mortuos faciunt. Hactenus ille. Qui-

Ezech. 13.

Potestas miracula faciendi.

le. Quibus posterioribus eius verbis, nẽ pe de potestate illis concessa miracula faciendi, D. Hiero. adstipulatur, dicens: Christus concesit apostolis primũ potestatem signorum, & tunc misit prædicare regnum dei, vt promissorum magnitudini, attestaretur etiam magnitudo factorum, fidemq́; daret verbis, virtus ostensa, & noua facerent, qui noua prædicarent. Hæc ille. Si itaque vestri Euangelium verum prædicant, quod à nobis hactenus ignoratum fuit ostendant signa, ædant miracula, quibus dictis suis fidem facere possint, & demonstrare diuina esse, quæ docent. Nã Deus semper solet prodigijs atque signis (nouam quam mundo contradere disponit doctrinam) confirmare. Sic nempe legem Moysi in monte Syna, & legem nouam Euangelicam in monte Sion dedit, & illius prædicatoribus testimonium perhibuit, eisq́; cooperatus est, eorumque sermonem cõfirmauit sequẽtib. signis. Vnde etiã Apostolus in epist. ad Heb. Quum (inquit) initium accepisset enarrari per dominũ

**Miraculis semper cõfirmauit Deus nouã quam mundo traderevoluit doctrinam.** Mar. 16. Heb. 2.

ab

ab eis qui audierunt, in nos confirmata est, conteſtante Deo ſignis & portentis & varijs virtutibus, & ſpiritus ſancti varijs diſtributionibus, ſecundum ſuam voluntatem. Vnde Chryſ. Hom. 14. in Matthæum: Quando nouum fit aliquid atque inopinatum, & politiæ cuiuſdam introductio, ſigna Deus facere conſueuit, præſtans quædam pignora ſuæ potentiæ his, qui legem eius accepturi ſunt. Sic igitur cum hominem facturus eſſet, mundum creauit vniuerſum, ac tum demum facto homini legē in paradiſo dedit. Et cum etiam Noe legem poſiturus eſſet, magna rurſum mirabilia monſtrauit, per quæ deſtruxit omnem creaturam, ac terribile illud pelagus per annum integrum toto fecit orbe diffundi, iuſtumque illum in tanta totius mundi tempeſtate ſeruauit. Abrahæ quoque multa ſigna legitur præſtitiſſe, vt claram illam de regum bello victoriam, vt inſignem quoque aduerſus Pharaonem plagam, vt cū de varijs illum periculis liberauit. Sed & Iudæis cùm legem eſſet daturus, prius mirabi-

lia

lia illa & prodigia magna ostendit, ac tum demum eis præcepta legis imposu it. Ita hîc quoque, cum sublimem quandam viuendi introducere vellet disciplinam, & quæ nunquam ab illis fuisset audita, autoritatem mãdatis suis præstruxit claritate signorum. Hæc ille. Et hinc est, quòd rectè D. Augustinus dicit, hanc autoritatem miraculis inchoatam. CACOD. Quæ quæso signa, à vestris eduntur doctoribus atque concionatoribus, quod tantopere à nostris exigis miracula, nobisque insultas quasi doctrina nostra vera nõ sit, neq; à Deo, eò quòd illius professores nulla operẽtur signa? Profer virtutes à vestris factas, ostende prodigia, demonstra miracula vestrorum, & tunc à nostris ea exigito. ORTHO. Non iam virtutum signa, sed operum merita Ecclesia requirit, quæ ab initio sui, per attestationem signorum sufficienter radicata constitit. Nam cum Euangelica doctrina primitus vniuerso inueheretur mundo, ad mirandis signis ( quemadmodum dixi) confirmata est & approbata à Deo. Cũ

Cum itaque vestri aliam doctrinam prædicent ab ea quam scimus ab apostolis prædicatam, si velint vt adhibeamus fidem verbis eorum,&credamus doctrinam eorum esse à Deo & veram,ostendant signa, vt videamus & credamus eis. Quòd si nequeunt,cognoscant doctrinam suam non esse à Deo,qui semper quum nouam doctrinam dare disponeret mundo,eandem prodigijs & miraculis confirmauit,vti dictum est.Porrò quum nostri prædicent atque tueantur eam fidem, eamq; doctrinam,quam sciunt apostolos,apostolicosque viros,sanctos martyres atque doctores,tenuisse,prædicasse, atq; sanguine suo defendisse,quæ ( vt omnibus cognitum est)iã satis multo tempore,ac sufficientibus signis confirmata est,vt modò opus non sit, fidei atq; doctrinæ nostræ professores atq; magistros,nouis florere miraculis.Olim enim vt fides crescceret in exordio nascẽtis ecclesię,miraculis nutriẽda erat.In hoc enim signa miraculorũ manifestata sunt vt corda videntiũ,ad inuisibilia credẽda re-

Veteris religionis professoribus non est opus miraculis.

da raperẽtur. Quoniã & nos (vt D. Gregorij verbis vtamur) cũ arbuſta plantamus, tamdiu eis aquã fundimus, quouſque ea in terra valuiſſe videamus. At ſi ſemel radicẽ fixerint, irrigatio ceſſabit. Hinc eſt eñ ꝙ Paulus dicit, linguæ in ſignum ſunt, non fidelibus, ſed infidelibus. Haud ſecus etiam in nouella plantatione eccleſię, vt vel fidẽ, vel fidei incrementa hoĩes acciperent, miraculis viſibilibus erant prouocandi. Verũ poſteaquam Eccleſia iam per vniuerſum orbem in fide firmiter radicata eſt, miracula ceſſarunt, neq; modò amplius miraculis eſt opus, ſed fidei atq; doctrinæ iã p̃dicatæ atq; miraculis cõfirmatæ, ſtãdum eſt, illiq; credendũ & firmiter adhærendũ, neq; vllo pacto ab ea recedendum. Quòd ſi fortè quiſpiã adeò fuerit durus & pertinax, vt miracula religionem noſtram confirmantia neget, is magis ſeipſum pudefaciet. Nam vt Chryſo. ait hom. 1. in Act. Apoſtolorũ) hoc ipſum maximum eſt miraculum, abſque miraculis orbem terrarum accurrere à duodecim paupibus & illiteratis

Miraculũ maximũ quodnam ſit.

hominibus attractum. Neque enim opulentia diuitiarum, neq; sapientia dicendi, nec alia re simili vicerunt piscatores, vt iam vel inuiti fateãtur homines, in illis diuinam esse virtutem. Nam erat impossibile, vt vnquam res tanta virib. hominum conficeretur. Hæc ille. Vestris itaque concionatoribus doctoribusque incumbit doctrinam suam miraculis confirmare & per euidentia signa comprobare veritatem doctrinæ suæ, eò quòd nouam atque insolitã pferant, & Catholicæ ecclesiæ hactenus inauditã, nisi quòd in patribus vestris Ioanne Vuiclefo, Ioanne Hus, & Hieronymo Pragensi hæresiarchis partim audita, sed à catholica Ecclesia damnata fuit. Verùm quia id non possunt (non enim attestatur Deus falsitati) sciant doctrinam suam nouam, quam seminant, non apostolicam, Catholicam & orthodoxam esse, sed schismaticam, hæreticã, & in prioribus hæreticis damnatã. Nostri autem (à quibus Catholica & Apostolica doctrina promulgata est) non solùm in vita, sed etiam in morte & post

mortem

mortem, clariſsimis effulſerunt miraculis. Vnde eorum etiam cineres & oſſa, ſumma veneratione per templa Chriſtianorum ſeruantur, vbi etiam non rarò & facta ſunt, & fiunt adhuc miracula. Libri denique & ſcripta eorum, leguntur & approbantur ab omnibus. Contrà verò nullus veſtrorum, quemadmodum etiam neque vllus vnquam hæreticorum, vllo hactenus miraculo clarus fuit, quum tamen inter eos plurimi fuerint, qui prauum dogma quod imbiberant tam pertinaciter defenderint, vt etiam pro eo ignis ſupplicium ſuſtinuerint. Licet enim pleriq; ob perfidiam (quam mordicus ac pertinaciter defendebant) concremati fuerint, aut alijs diuerſis ſupplicijs confecti, dirisq; cruciatibus enecati, nulla tamẽ eorum cineribus aut oſsibus vſquam habita eſt veneratio, quemadmodum ſanctis martyribus noſtris atque patribus, qui in communione ſanctę Catholicę eccleſiæ defuncti ſunt. Deinde etiam libri hæreticorum vnà cum ipſis autoribus perierunt, atque omnino intercide-

Hæreticorum oſſa & cineres, nulla ſunt veneratione affecti.

Hæreticorum libri interciderũt vt plurimum.

runt. Vbi enim nunc ſunt Arrij commentarij quibus Chriſti filij dei diuinitatẽ impiiſsimè impugnabat? Vbi Photini ſunt monumenta, quæ partim Græco, partim latino ſermone compoſuit? Vbi aliorum omniũ hæreticorum, quibus fidem Orthodoxam & Catholicam impugnauerunt, libri? Nónne penitus interciderunt? Nónne à catholicis ignorantur? Sic procul dubio etiã veſtrorũ libris (quos nunc copioſiſsimè effuderunt, quibuſq; fermè totũ repleuerunt mundum, maximè autem infœlicem noſtram Germaniam) cõtinget, vt poſt centum annos ne nomina quidẽ librorum futura ſint. Quæ cum ita ſint, ita me in Catholica retinent Eccleſia, vt veſtris erroribus addicere me nequeam.

## CAPVT III.

CACO. Demiror te affirmare noſtris (quos tu pro hęreticis habes) exuſtis aut extremo quouis ſupplicio affectis, nullam habitam venerationem, quum tamẽ pleriſque ex eis apud nos ſacra ſolemnia ſint conſtituta atq; in

in eorum præconium & honorem hymni à noſtris compoſiti decantentur, vt interim taceã celebritatem famæ, quã per omnes Eccleſias noſtras habent, propter fortitudinem & conſtantiam, quam in pœnis oſtenderunt, & ob innocentiam & vitæ integritatem, qua digni habiti ſunt, ad glorioſam mortẽ peruenire. Huc accedit quod Aeneas Syluius in illa hyſtoria, quam de geſtis Bohemorũ conſcripſit, aſtruit Ioãnem Hus & Hieronymum Pragenſem apud Bohemos meruiſſe martyrum honores, nec minores q̃ Petrus & Paulus apud Romanos. Deniq; D. Aug. in lib. cõtra epiſt. Manichæi, quam vocant fundamẽti c. 8. teſtatur Manichęos ſuum bema, id eſt, diem quo Manichęus occiſus eſt, quinq; gradibus inſtructo tribunali & p̃cioſis linteis adornato, ac in promptu poſito & obiecto adorantibus, magnis honoribus proſequi ſolitos. ORT. Vt audio, multum tribuis tuis. Aſſeris veſtros à noſtris principibus & magiſtratibus occiſos, tanto honore affectos, vt eis ſacra ſint conſtituta ſolẽnia,

hymniq; decantati, quẽadmodũ etiam apud Bohemos Ioannes & Hyeronimꝰ, martyrũ honore digni habiti ſunt. Deinde etiã retuliſti famæ celebritatẽ, quã per oẽs veſtras eccleſias habent propter fortitudinẽ & vitæ integritatẽ. Principiò reſpondeo, quantũ ad ſacra ſolẽnia à veſtris cõſtituta, & quantũ ſpectat ad hymnos eis compoſitos & decantatos, eiuſcemodi ſacra & hymnos non cedere in illorum honorem, ſed maiorẽ dãnationem, eò quòd fiant ab illis quos ſe duxerunt & in erroribus reliquerunt, quos conſtat ſanæ non eſſe ſententiæ, neq; ſani iudicij, vt mirum non ſit, eos qui in errore ſunt poſiti, honorare eos, quos cõſtat in errore mortuos, quorũq; errores ſequũtr. Et qd mirũ ſi veſtri ſuis ac diaboli martyrib. eiuſmodi honores exhibeant, quẽadmodum Bohemi hæreſiarchis ſuis, & Manichæi ſuo ſeductori fecerunt, quum fuerint olim qui ſerpentẽ pro Chriſto venerati ſint, qui Cain parricidam, & Iudam proditorem inter p̃cipuos habuerĩt ſanctos? Nihil enim tam abſurdum quod non facilè

**Honores hæreticis conſtituti à quibus fiant.**

facilè persuaderi possit hominib⁹ à Deo derelictis, & spiritus sancti gratia destitutis. Deinde nego eos habuisse veram in supplicijs fortitudinem atque constantiam, quemadmodum fortissimi sanctissimique martyres, quorum passiones per orbem Christianum decantantur & celebrantur. Non enim constantia & fortitudo fuit, sed superbia & pertinacia mera, qua ita detinebantur in erroribus captiui, vt viui ad infernũ descẽdere maluissent, quàm semel sparsos reuocare errores. Nec minus negandum videtur, quòd asseris eos ob vitæ innocentiam & integritatem dignos habitos tam glorioſa morte. Glorioſa siquidem mors esse non potest quæ ob perfidiam & scelera infertur, propter quæ constat vestros esse passos, vt nil habeant quo suam innocentiam & integritatem iactitent. Quæ vt manifestiora fiant, comparanda siue conferenda videtur innocẽtia & integritas nostrorum, cum vita vestrorum, item constantia & fortitudo nostrorum, cum pertinacia vestrorum, & tunc clarius eluceſcet,

Hæreticorum mors, non est cõstantia, sed pertinacia

qui nam pro veris martyribus Christi habendi sint, quibusue solemnia & sacri honores debeantur, & quibus non CA codo. Quo pacto de nostrorum fortitudine atq; constantia ambigere quis possit, cum conitet plurimos in tormentis & ignibus, non solùm patientes fuisse, verùm etiam exultasse, atq; præ læticia cantasse ipsa sui hilaritate contemptum pœnarum atq; cruciatum testificantes? ORtho. Et ego tibi ostendam (modo patienter me audias) neq; eos veram patientiam, neq; veram læticiam siue exultationem habuisse, sed falsam atque simulatam. CACODO. Quamquam multa dicas, quæ mihi non probantur, tamen quia collationis gratia huc conuenimus, patienter ac libenter te audiero, ORTHO. Quòd tibi multa non probantur à me prolata, vel ob hoc tibi accidit, quòd in secta enutritus, nihil aliud nosti, quàm quòd à sectarijs didicisti, vnde fit vt palatum habeas non sanum, affectione praua imbutus. Verum tamen quia attentum te polliceris, faciam periculum num fortè tibi sententi-

tentiam meam persuadere possim. CA. Age experire.

## CAPVT IIII.

ORTHO. Ergo (ne quid dubites) non tibi meam super hac re sententiam, sed sanctorum patrum producam, vt clarescat qualis sit eorum patientia, & fortitudo, quã leue gaudium quod videntur habere hęretici in pœnis. Et in primis profero tibi D. Augustini verba, quæ habet lib. 3. contra epi. Parmeniani ca. 6. de Donatistis loquẽs: qui ob id quòd imperatorum iussionibus restiterant, etiam correptionem eorum fuerant perpessi: Si (inquit) habent aliquam vmbram (quamuis falsam atque fallacem, tamen nullam imaginem fortitudinis, iubenti non cedere imperatori, cuius vel humanæ laudis illecebra est, apertissimæ contradicere veritati. Et iterum: Sub vindicta regum, potest hominum pertinacia, falso nomine virtutis velle laudari, æternis autem ignibus concremari, nec erit, nec vocabitur fortitudo. Patiẽtiam quoq; falsam habent & simulatam, qualem

Hærettcorum quales sit fortitudo & patientia, qualeue gaudium.

Hæreticorum patientia, est probrosa.

lem D. Cyprianus in sermone. 3. de bono patientiæ, scribit Philosophos habuisse, apud quos quia vera sapientia non erat, nec vera patientia esse poterat. At iam in superioribus demõstratum est, neque apud vos neque apud vllam sectam aut hæresim, veram sapientiam esse. Vnde ergo illis vera patientia, vbi vera sapientia non est? Est ergo eorum patientia falsa & probrosa. D. quoque Bernardus in sermone 66. super Cant. circa finẽ, hunc in modum scribit de quibusdam hæreticis: Mirabantur aliqui, quòd non modo patienter, sed & læti (vt videbatur) ducerentur ad mortem, sed qui minus aduertunt, quanta sit potestas diaboli non modo in corpora hominum, sed etiam in corda, quæ semel permissus possederit. Nónne plus est sibimet hominem inijcere manus, quàm id libẽter ab alio sustinere? Hoc autem in multis potuisse diabolum frequẽter experti sumus, qui seipsos aut submerserunt, aut suspenderunt. Denique Iudas suspendit seipsum, diabolo sine dubio immittente. Ego autem maius exi-

Matt. 27

stimo,

stimo, magisque admiror, quòd potuit immisisse in cor eius vt traderet dominum, quàm vt semetipsum suspenderet. Nihil ergo simile habent, constantia martyrum, & patientia horum, quia mortis contemptum in illis pietas, in istis cordis duritia operatur. Et ideo ꝓpheta martyris forsitan voce dicebat, coagulatum est sicut lac cor eorum, ego verò legem tuam meditatus sum, pro eo videlicet, quòd & si pœna eadem videretur, longè diuersa esset intentio, illo vtique durante cor contra dominũ, isto in lege domini meditante. Denuo D Cypria. in eo libro qui adnumeratur operibus eius, cui Titulus est de dupli ci martyrio ad Fortunatum, sic ait: Plurimum interest inter barbaricam immanitatem, & martyrum modestissimã constantiam, in se imbecillem, in Christo fortem. Sunt qui certis artibus corpus stupefaciunt, ne sentiant cruciatus, hoc modo se quidam malefici muniũt, aduersus carnificum manus. Sunt & affectus impotentes, qui sensum adimunt animo, ita vt vel mortem impauidi Psal. 118

di perferãt. Sed placidum illud ac mansuetum, illud humiliter sublime non videmus nisi in Christi martyribus. Non obtuentur trucibus oculis carnificem, non minitantur tyranno, magis dolent de illorum cæcitate, quàm de suis afflictionibus. Scilicet clamat & in illis Christus: Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Non aliud spectant, quàm in cælum, vbi omnem habent repositã spem. Sic ipse dominus velut agnus sine voce ad mactationem ductus est, etsi q̃ ædidit vocem, ea magis declarauit animum mitem ac placidum, quàm vllum potuisset silentium. Quàm blanda oratione compellat Iudam proditorem? q̃ placidè respondit cæsus alapa? quàm nihil ferocius loquitur Annæ & Cayphę? quàm tranquillè respondit Pilato? Deniq; cũ Pharisæi veluti victores mouerunt capita sua amarissimis conuitijs in illum debacchantes, ille mitissimus clamat: Pater ignosce illis, quia nesciũt qd faciũt. Ioannes Gerson quoq; declarat, quàm diuersum sit gaudium hæretici euntis in ignem & cantantis, & gaudi-

Luc. 23

um

um Christiani martyris. Quia gaudium desertoris est beluinum, furiosum, efferum, desperatione plenum, expers ducedinis, spiritus vana opinione natum, & quasi extortum vt videatur fortiter agere. Non secus ac latrones principum & ciuitatum proditores, aut hostes captiui, gestientes quasi dum sint morti proximi. Lætitia aũt veri martyris, non est contumax, sed benigna, patiens, suauis, plæna spei & fiduciæ, quia fit spiritu sancto autore, & dulcedinem immittente. Sic apostoli ibant gaudentes à conspectu Concilij, quoniam digni habiti sunt, pro nomine Iesu contumeliam pati. Tale ergo gaudium, talem patientiam, talemq; constantiam hęretici habere non possunt, sed simulant se se habere. Et qd mirum, si patientiam & gaudium in cruciatibus simulent hæretici, quũ Epicurus voluptatis assertor, sapientem semper dixerit esse beatũ, & vel inclusum in Phalaridis tauro, emissurũ tñ hanc vocem: Suaue est, & nihil curo? Et quis eũ (inquit Lactantius lib. 3. c. 27.) non irriserit? maximè quòd homo Acto. 5

mo voluptarius, personam sibi viri fortis imposuit, & quidem supra modum. Et iterum: Beatus est igitur sapiens in tormentis, sed cum torquetur pro fide, pro iusticia, pro Deo. Verùm quoniam hæretici patiuntur ob perfidiam, plerumque etiam ob scelera & turpitudines, non merentur martyrum gloriam quum non habeant martyrum causam. Non enim statim martyr est, qui occiditur, nam occiduntur fures, homicidæ, sicarij, piratæ. Quia non supplicium facit martyrem sed causa. De qua re pluri ma scripsit D. Augustinus epist. 48. ad Vincẽtium, & 50. ad Bonifacium & 166 ad festum. Et lib. 2. Contra Cresconiũ grammaticum ca. 22. & lib. 3. cap. 59. et 63. et lib. 4. cap. 46. 50. et 51. Et in lib. 2. contra secundam Gaudentij epistolam cap. 12. D. quoque Cyprianus frequenter testatur, extra eccleſiã occisos, martyres esse non posse, maximè autem li. 1. epist. 1. et lib. 4. epist. 2. Et in tractatu tertio de simplicitate prælatorũ. Quum itaque constet vestros, propter praua dogmata q̃ pertinaciter defendebant, occisos,

**Martyrem non facit pœna, sed causa.**

occiſos, pleroſq; etiam ob ſcelera & turpitudines, quas hæreſibus coniunxerant, extremo ſuplicio affectos, qua frõte audes aſſerere, eos ob vitæ innocentiam & integritatem, tam glorioſam mortem meruiſſe, quum glorioſa mors eſſe non poſſit ſed pœna perfidiæ? CACOD. Certè conſtat, non omnes ob ſcelera & turpitudines occiſos, ſed dũtaxat ob Chriſti verbum quod prædicabant. Imò ſi verùm fateri velis, negare nõ potes, plurimos noſtrorum inculpatius vixiſſe veſtris, quos non ſolùm culpatam, ſed & ſcandaloſam vitam videmus agere, quos ebrioſos, vinolentos, percuſſores, aleatores, fornicatores, & grauioribus etiam peccatis implicatos cernimus, & tamen magno veſtrorum plauſu viuere permittuntur. ORTHOD. Quòd putas eos ob Chriſti verbum occiſos, falſum eſt. Non enim quia Chriſtiverbum prædicabant occiſi ſunt, ſed quoniam Chriſti verbum adulterabãt, fermentum hæreſeos Chriſti verbo immiſcendo, & quia hoc quod malè prędicauerunr, pertinaciter potius defende-

Hæretici iuſte occiduntur.

re voluerũt, quàm reuocare, idcirco iuſtiſsimè interempti ſunt. Etenim ſi hi qui nummos adulterant, morte mulctã tur quid de illis ſtatuendum cenſemus, qui fidem peruertere conantur? Veneficus (qui vt vel mortibus multorũ quæſtui ſuo cõſulat) fonti vel puteo (è quo plurimi ad vſum ſuum hauriunt) venenum mortiferũ immiſcet, quo multi lætaliter inficiantur, ſi inquam talis deprehenſus vltimo afficitur ſupplicio, quur non hæreticus? Nam hæretici veneficis ſunt deteriores, quia ſacræ ſcripturæ (q fons eſt ſapientiæ, per quam etiam fideles viuunt Deo. Non enim in ſolo pane viuit homo, ſed de omni verbo quod p cedit de ore Dei) peruerſorum dogmatum lætale virus infundunt ac immiſcent, ex cuius guſtu plurimi etiam moriuntur, dum aquas ſacræ ſcripturæ, hæretica interpretatione infectas & deprauatas hauriunt, quæ mors tanto perniciosior cenſenda eſt, quanto anima in æternum victura, precioſior eſt corpore. Porro quòd affirmas plurimos veſtrorũ inculpatius vixiſſe noſtris, quos non

Matt. 4

non solùm culpatam, verùm etiam scandalosam videmus viuere vitam, etiãsi verum esset tñ nihil tibi patrocinari. potest. Nam etiam si inculpatissimè viuerent, nónne satis magna culpa est esse hæreticum aut schismaticum? Reuolue 13. ca. Deu. & leges quàm seuera sit censura diuina in prophetas falsos. Et ca. 16 numeri: & cognosces quãta pœna, schismatis crimẽ vlciſci voluerit. Iam si (vt D. Au. inquit lib. 2. de baptismo contra Donatistas ca. 6.) illud est sceleratius commissum, quod est grauius vindicatum, constat vestros grandi crimine teneri, qui & schismatis & hæreseos vitio præoccupantur. Ea propter D. Augustin. verba aduersus Donatistas prolata li. 2. contra literas Petiliani cap. 96. meritò proferam contra vos. Et vos omnes nocentes & sceleratos esse, non alios aliorum criminibus, quæ apud vos à quibusdam committuntur & à quibusdam reprehendũtur, sed crimine schismatis, à quo immanissimo sacrilegio nemo vestrũ se potest dicere immunem, quamdiu non cõmunicat vnitati oĩm

*Schismatis crimen*

Sanctitatem simulant hæretici plerique.

gentium. Hactenus ille. Deinde etiam hoc addendum existimo, plerosque hæreticorum nonnunquam inculpatam ostentare vitam, & sanctitatem mentiri ac simulare, quo facilius sub pelle ouina possint imponere incautis. Sed & quàm peruersum quod si quid in moribus apud nos peccatur,

Doctrinæ asscribunt aduersarij peccata morum

id statim vestri ecclesiasticæ doctrinæ asscribant, Ecclesiæ abusus cum doctrina miscentes, quo facilius auditoribus suis inter dogmata & mores distinguere nescientibus, imponant, & ecclesiasticam doctrinam inuisam reddant. Si quid autem erroris inter simplices, ex rudi quadam ignorantia, aut superstitione subortum viderint, scriptoribus catholicis hoc ilico tribuunt, irridentes & cachinnantes è suggesto boant: Sic docent Papistæ, sic illi qui se catholicos nuncupant, animas perdunt, quo magis à se deceptos, à vera doctrina absterreãt, & nõ solũ libros veritatis, qui illis cõtradicũt nõ legant, verũetiam execrentur, atq; his tandẽ pessulis ostium miseræ rudiq́ue plebeculæ occludunt,

dunt,&viã percipiendæ veritatis intercipiunt. Hæriticorum fortitudo & patientia ſimilis eſt Catilinæ(cuius memi nit Saluſtius)fortitudini,de qua S.Au. epiſtola 29.ad Hieronimum ita loquitur:Catilina,vt de illo ſcripſerunt,qui noſſe potuerũt,frigus,ſitim,famem fer re poterat,eratq; patiens inedię,algoris,Vigiliæ ſupra quam cuiquam credi le eſt,ac per hoc & ſibi & ſuis,magna præditus fortitudine videbatur. Sed hæc fortitudo prudens non erat,mala enim pro bonis eligebat. Temperans non erat,corruptelis enim turpiſsimis fœdabatur, iuſta non erat,nam contra patriam coniurauerat.Et ideo nec forti tudo erat,ſed duritia ſibi,vt ſtultos falleret, nomen fortitudinis imponebat. Nam ſi fortitudo eſſet,non vitium, ſed virtus eſſet.Et poſt pauca:Acutius intu entibus, ignauia apparet ipſa duritia, quia laborem bonorũ ſtudiorum(quib⁹ vera acquiriť fortitudo )neglexerat,

## CAPVT V.

CAeterum libenter fatemur & agnoſcimus mores populi noſtri,i-

mò & magistrorum & prælatorum populi, admodum esse viciatos, negam' tamen ob id veram doctrinam esse deserendam, & aduersarios fugiendum. Manendum est omnibus in catholica Ecclesia, & disciplina ecclesiastica reuocanda est, subijciendiq; sunt homines disciplinæ, vt fiant disciplinatiores. Quod quia factum non est, sed neglecta est disciplina ecclesiæ, ideo mores hominum corrupti sunt, & permissa est à Deo ad nostram correptionem hæc secta inualescere, quæ quemadmodum ob peccata nostra ad tempus prævaluisse visa est, ita quoq; peccatis nostris vtcũque purgatis, & disciplina reuocata, tandem euanescet, quemadmodum & omnes omnium temporum sectæ & hæreses. Sed de illis satis. Illud postremo loco pensiculandum tibi atque expendendum propono, quod disertissimus & sanctissimus Papa Leo in sermone primo in festo S. Apostolorum Petri & Pauli, ait: Preciosa (inquiens) in conspectu domini mors sanctorum eius, nec vllo crudelitatis genere destrui potest,

Ecclesia persecutionibus augetur.

teſt, ſacramento crucis Chriſti fundata religio. Non minuitur perſecutionibus Eccleſia, ſed augetur, & ſemper dominicus ager, ſegete ditiori veſtitur, dum grana quæ ſingula cadunt, multiplicata naſcuntur. Et in ſermone. 2. de aſcenſione domini. Fidem noſtram nō vincula, non carceres, non exilia, non fames, non ignis, non laniatus ferarum, nec exquiſita perſequentium crudelitatibus ſupplicia terruerunt. Pro hac fide per vniuerſum mundum, non ſolùm viri, ſed etiam fœminæ, nec tantùm impubes pueri, ſed etiam teneræ virgines, vſque ad effuſionem ſui ſanguinis decertauerunt. Et quòd D. Grego. Nazanzenus in oratione prima infamatrice in Iulianum imperatorem dicit, nimirum Chriſtianiſmum honoratiorem ferè quàm imbecilliorē perſequutionibus redditum, quoniam ijs animæ magis in pietate ſunt obfirmatæ, & per diſcrimina tanquā ferrū candens, aquæ vi temperatæ ac ſolidiores redditæ. Solet enim generoſa prudentia, pertinacius violentię reſiſtere,

Chriſtianiſmus perſecutionibus redditus eſt honoratior,

non ſecus ac flamma à vento agitata, tãto plus accenditur, quando vehementius inflatur. Item quòd Lactantius Firmianus li. 5, c. 13. aſſerit, nempe Chriſtianorum numerum ſemper de deorum cultoribus auctum, nunquam verò, ne in ipſa quidẽ perſecutione diminutũ, ſed martyrum patientiam fuiſſe inſuperabilem. Quæ res manifeſte oſtendit, aliquid in ea re eſſe rationis, quòd non ſine cauſa vſque ad mortem defenſum eſt, aliquid fundamenti & ſoliditatis, quòd religionem noſtram non tantum iniurijs ac vexatione non ſoluerit, ſed auexerit ſemper & fecerit firmioré. Item quòd in illo libro de duplici martyrio ad ſortunatum qui adiectus eſt operibus D. Cypriani legitur in hæc verba: Quis neſcit fratres, quam vberem p uentum effudit Eccleſiæ ſeges, Apoſtolorum ac cæterorum martyrum ſanguine irrigata? quo plus ſanguinis effuſum eſt, hoc magis ac magis efflоruit multitudo fidelium, hoc latius ſparſit ſuas p pagines, illa beata vitis à Chriſto ſtirpe ſurgens, & occupans orbem vniuer-

uersum, quacunq; patet ab oriente ad occidentem, ab aquilone, vsque ad austrum. Et quod D. Augusst. habet in lib. de catechizandis rudibus c. 23. Postea (inquit) grauiores & crebriores persecutiones ex incredulis gentibus, aduersus Christi Ecclesiam surrexerunt, & implebatur in dies singulos, verbũ domini prædicentis: Ecce ego mitto vos, velut oues in medio luporũ. Et cap. 24 Sed illa vitis, quæ per orbem terrarum, *Matt. 9* sicut de illa prophetatum, & ab ipso domino prænunciatũ erat, fructuosos palmites diffundebat, tanto pullulabat amplius, quanto vberiore martyrum sanguine rigabatur. Quibus per omnes terras, innumerabiliter pro fidei veritate morientibus, etiam ipsa persequentia regna cesserunt, & ad Christum cognoscendum atque venerandum, fracta superbiæ ceruice conuersa sunt. Oportebat autem vt eadem vitis, sicut à domino identidem prædictum erat, putaretur, & ex ea præciderentur infructuosa sarmẽta, quibus hæreses & scismata per loca facta sunt, sub Christi nomine,

non ipsius gloriam, sed suam quærentium, per quorum aduersitates, magis magisque exerceretur Ecclesia, & probaretur atque illustraretur, & doctrina eius & patientia.

## CAPVT VI.

Fidei nostræ veritas.

EX horum sententijs proculdubio intelligis Cacodoxe, veram nostram esse fidem, eamque doctrinam, quam ab apostolis vsq; ad nos deriuatã, adhuc tenemus atque defendimus illibatam, eò quòd nullis vnquam quantumuis immensis & intolerandis persequutionibus potuerit extingui aut minui, sed semper auctior reddita sit atq; validior. Econtrà verò omnis doctrina erronea, quamuis etiam potentia fuit fulcita, semper tamen defecit tandem, quia solidissimæ veritatis fundamento non fuit subnixa. Et vt exemplum vnum aut alterum proferamus in medium, quid potentius fuit Arrianæ hæreseos professoribus, quàm defendebant non solùm plurimi Episcoporũ, verùm etiam reges & imperatores, & tamen tandem ita euanuit, vt ne reli-

Perfidia nunquam diu persistere potest.

quiæ

quiæ quidem eius vllæ postea superfue rint? Mouerunt dum florebant, perse-quutiones atrocissimas in catholicos, & certè acerbiora pertulerunt Ortho-doxi ab Arrianis, quàm fuerant antea perpessi à gentilibus, perstitit tamen inuicta patientia Orthodoxorum, ne-que vllo crudelitatis genere vinci po-tuit, quia erat in petra Christo conso-lidata. Porrò vbi vice versa, Christia-nus orbis principes nactus est ortho-doxos, & Arriani dignis pœnis cœpe-runt coerceri, tandem etiam ipsa hæ-resis defecit. Quid crudelius atque fe-rocius Circumcellionibus & Donati-stis? Et tamẽ cum imperatorum edictis coercerentur, adeò tamen defecerunt, vt modò Donatistarum & Circumcel-lionum nomina, non nisi ex veterum scriptis cognoscamus. Siquidem quan-do permissione diuina ad correptionẽ Catholicorum, sinuntur hæretici perse qui orthodoxos, purgantur quidẽ per eos, nunquam tamẽ catholica & ortho-doxa fides extinguitur, nec hæreses diu statuuntur, sed tandẽ pace reddita & ec cle-

cleſia clarior refulget ac triumphat, & tandem hæretica peruerſitas interit & intercidit. Sic quoque & veſtra ſecta, tandem proculdubio interibit, neque poterit perpetuò durare, eò quòd fundamento careat veritatis. Floret quidē adhuc ſecta, neque etiam nunc criſtas depoſuit, verùm ſi quando miſeratione diuina, ſerenior aura afflauerit, vt dignis pœnis pertinaces ſubijciantur, tūc quàm fragilis ſit & caduca perſpicies, & quàm fœdum exitum ſit habitura videbis. CACO. Quid ſi tanta noſtris poteſtas accreſcat, vt dogma ſuum defendere, & aduerſarios vi compellere poſsint? OR. Certè ſi Deo permittente & ſceleribus noſtris exigentibus, veſtri maiorem poteſtatem ſuper catholicos accipiant, quam hactenus habuerunt, laniare & occidere, ſpoliare & patria ac ſedibus ſuis propellere catholicos, minimè tamen ad perfidiam ſuam cunctos pertrahere poterunt, neque vnquam efficient, quantauis potentia & crudelitate vtātur, vt hęreſes ſuas ꝑpetuò & vniuerſaliter ſtatuant, & catholicam Apoſtolicamq;

licamque doctrinam è medio tollant, sed tamen funesto exitu (quemadmodum omnes omnium temporum hæretici) disperibunt, neq; quod moliuntur obtinebunt vnquam, adeò fortis est inuicta veritas. Hanc mihi fiduciam pepererunt, exitus præcedentium hæresum, atque pollicitatio Christi, qua nobis addixit, portas inferi non præualituras aduersus ecclesiam Dei, maximè vniuersalem. Mats 16.

# LIBER NONVS.

## CAPVT I.

HAud est mi Cacodoxe ocitanter prætereundum, quod D. Augustinus autoritatem ecclesiæ, dicit vetustate esse firmatam. Nam ipsa vetustas, siue antiquitas, vel prioritas temporum, nostræ doctrinæ maximè attestatur, & eam veram esse cõfirmat, vestram autem tanquam nouitiam & erroneam condemnat, apud nos veram esse Ecclesiam demonstrat, apud Vetustas Ecclesiæ.

VOS

Ecclesia hactenus minime errauit.

vos autem minimè. Nam nostra doctrina annis plus mille & quingentis antiquior siue vetustior est quàm vestra. Nec est verisimile, imò non est possibile, Christum sponsam-suam ecclesiam (quam redemit sanguine suo) tot annorum curriculis deserere potuisse, qui olim synagogam vix septuaginta annis in Babylonica captiuitate dereliquit, præcipuè cum promiserit se mansurum cum Ecclesia vsque ad consummationem seculi. Non ergo credendum est, eum tamdiu ecclesiam suam in errorum captiuitate dimisisse, donec exurgeret in Saxonia Martinus Luther, qui nobis è tertio (si dijs placet) cælo annũciaret, quod hactenus ecclesiæ non reuelasset spiritus sanctus. Quo quid absurdius atq; stolidius excogitari potest? maximè cum Christus ob id dederit spiritum sanctum, vt doceret omnem veritatem & promiserit eum nobiscum mansurum in æternum? Sed age (inquit Tertullianus in libro de præscrip. hæreticorum, nunc omnes errauerint, deceptus sit & apostolus de testimonio reddendo

do quibusdam, nullam respexerit spiritus sanctus, vti eam in veritate deduceret ad hoc missus à Christo, ad hoc postulatus de patre, vt esset doctor veritatis, neglexerit officiũ Dei villicus Christi vicarius, sinens Ecclesias interim aliter intelligere, aliter credere, quod ipse per apostolos prædicabat. Et quid verisimile est, vt tot ac tantæ in vnam fidem errauerint? Nullus iter multos euẽtus vnus exitus variasse debuerat ordinem doctrinæ ecclesiarum. Cæterùm quod apud multos vnum inuenitur, nõ est erratum. Audeat ergo aliquis dicere illos errasse qui tradiderunt? Quo quo modo sit erratum, tam diu vtiq; errauit error, quamdiu hæreses non erant. Aliquos Marcionitas & Valentinianos, liberanda veritas expectabat. Interea perperam euangelizabantur. Tot milia milium perperã tincta, tot opera fidei, perperã ministrata, tot virtutes, tot charismata, perperã operata, tot sacerdotia, tot ministeria perperã functa, tot deniq; martyria pperã & in vacuũ. Quale est vt antè res Dei curent, quàm cuius Dei

Alias neglexerit officium dei villicus Christi vicarius,

notum

notũ esset? Antè Christiani, quàm Christus inuentus? antè hæreses, quàm vera doctrina? Sed enim in omnibus veritas imaginem antecedit, postremò similitudo succesit. Cæterùm satis ineptum, vt prior in doctrina hæresis habeatur, quoniam vel ipsa est, quæ futuras hæreses & cauendas prænunciabat. Ad eius doctrinæ ecclesiam scriptum est, imò ipsa doctrina ad ecclesiam suam scribit: Etsi angelus de cęlo aliter euangelizauerit citra quàm nos, anathema sit. Vbi tunc Marcion, ponticus nauclerus, Stoicæ studiosus? Vbi tunc Valentinus Platonicæ sectator? Nam constat illos, neque adeò olim fuisse Antonini ferè principatu & in catholicam penè doctrinam credidisse &cæt. Vbi tunc (rectè enim sic vestris dicimus) Martinus Lutherus? Vbi tunc Martinus Bucerus? Vbi tunc Zuinglius? Vbi Oecolampadius? Vbi cæteræ hæreticorum pestes? Nam constat illos, neque adeò olim fuisse, & adhuc plerosque esse, & in catholicam pene doctrinam credidisse, donec ob inquietam semper curio-

Gal. 1.

sitatem

sitatem, qua fratres quoque vicia-
bant, ab Ecclesia eiecti sunt. CACO
DOXVS. Verbis quidem vendicatis
vobis vetustatem siue antiquitatem,
cæterùm reipsa eandem exhibere at-
que demonstrare non potestis. Quòd
si de rebus rectè iudicare velletis, non
dubium quin ipsam antiquitatem no
bis tribueretis. Nam & puram habe-
mus doctrinam, qualem constat fuisse
Apostolorum temporibus, & sacra-
menta administramus, iuxta instituti-
onem Christi, eorumque vsum, se-
cundũ quod eis Apostoli apostolicique
viri vsi sunt, habemus. Iam constat
nihil apostolorũ apostolicorumque vi
rorum doctrina nihilque hoc vsu in Ec
clesia esse antiquius. Apud vos verè, tã
tùm fermenti, tantumque humana-
rum traditionum atque cæremonia-
rum permixtum est doctrinæ
vestræ, vt nullo modo de
vetustate atque pri-
sca Ecclesiæ do
ctrina gloria-
ri possitis.

## CAPVT II.

ORTHO. Huic tuæ obiectioni abundè satisfactum est, si memini sti Cacodoxe lib. 3. & 4. in quibus demonstratum est satis, apud vos neq; puram sanamq́; doctrinam esse, neq; etiam rectum sacramẽtorũ vsum, imò (quod execrabilius est) ne ipsa quidem sacramenta integra, sed in sola Catholica ecclesia, vnde vos excidistis, & quam incessanter impugnare non cessatis. Vnde modò tuæ obiectioni amplius nihil respondeo, quàm ibi constat esse respõsum. Quòd si rationes ibi allatæ, tibi non satisfaciunt, eas conuelle si potes, & respondebo tibi. Illud autem quale est, quòd gloriaris doctrinam vestrorũ cum Apostolica conuenire, quasi non & hoc satis reuulsum sit. Attamen hoc loco vnica autoritate Tertulliani contentus ero, qui in lib. de præscript. hæreticorum sic habet. Ipsa doctrina eorũ cum apostolica comparata, ex diuersitate & contrarietate sua pronunciabit, neque apostoli alicuius autoris esse, neque apostolici, quia sicut Apostoli nõ diuersa inter se docuissent, ita & apostolici

stolici non contraria apostolis edidissent, nisi illi qui ab apostolis desciuerunt,& aliter prędicauerunt.Et post aliquanta iterum ait: Vnde autem extranei & apostolis inimici hæretici? nisi ex diuersitate doctrinæ,quam vnusquisq; de suo arbitrio aduersus apostolos aut protulit aut recepit?Illic igitur ex scripturarum & expositionum adulteratio deputanda est,vbi diuersitas inuenitur doctrinæ. Quibus fuit propositum aliter docendi , necessitas instituit aliter disponendi instrumenta doctrinæ. Aliàs enim non potuissent aliter docere, nisi aliter haberẽt, per quæ docerent.Hæc omnia eius verba rectissimè in vestros iaculamur. Nam vestrorum doctrina,cum apostolica comparata,ex diuersitate & contrarietate sua,pronunciat, neq; Apostoli alicuius autoris esse,neq; Apostolici. Quia itaq; nostra doctrina, & cũ apostolorũ apostolicorumq; virorum,& cũ totius orbis magistrorum,conuenit,vera,apostolica, orthodoxa &catholica cẽsetur,vestra aũt quæ nõ solũ ab apostolorum apostolicorumq;

rumque virorum doctrina discrepat, verùm etiam sibi ipsi non constat, sed secum pugnat, vt non Catholica & apostolica tenenda est, sed vt erronea & hæretica, & è Christianorum finibus procul eliminanda. Sed de cõtrarietate vestræ doctrinæ satis dictum esse existimo, quando de consensione colloquebamur. Qua temeritate itaque præsumitis vestram doctrinam apostolicam iactitare, quæ ex diametro cum eorum doctrina pugnat? Qua fronte, quáue fiducia, audetis etiam de ipsa vetustate siue antiquitate gloriari? qui ante annos triginta omnino incogniti fuistis? qui apud nos nati, apud nos baptizati, apud nos instructi & Christiani facti estis? Qui postea matri Ecclesiæ (quæ vos genuit, fouit, & aluit) ingrati effecti, instar viperarum in eam conuertistis dentes vestros, atque horrendo schismate disrupistis, hæresibusque perturbastis? Rectè ergo cum Tertulliano mater ecclesia omnibus vobis dicit: Qui estis? quando & vnde venistis? quid in meo agitis non mei? Mea est olim possessio,

habeo

habeo origines firmas, & ipsis autoribus, quorum fuit res: Ego sum hæres apostolorum. Sicut cauerunt testamento suo, sicut fidei commiserunt, sicut adiurauerunt, ita teneo. Vos certè exhæredauerunt semper & abdicauerunt, vt extraneos & inimicos. Item cum D. Hieronymo ad Pammachium & Oceanũ: Cur post quadringentos annos docere nos niteris, quod antè nesciuimus? Cur profers in medium, quod Petrus & Paulus edere noluerunt? Vsque ad hunc diem, sine ista vestra doctrina, mundus Christianus fuit. His itaque & similibus rationibus & autoritatibus permotus, dicam cum Hieronymo: Illam senex tenebo fidẽ, in qua puer natꝰ sum. Et iterùm: Breuem tibi apertamq́; animi sententiam proferam, in illa ecclesia esse permanendũ, quæ ab apostolis fundata, vsque ad diem hanc durat. Sicubi audieris eos, qui dicuntur Christi, non à dño Iesu Christo, sed à quoq̃ alio nũcupari, vtpote Marcionitas, Valentinianos &c. scito nõ ecclesiã Christi, sed antichristi esse synagogã. Ex hoc em̃ ꝙ po

ſtea inſtituti ſunt, eos ſe eſſe indicant, quos futuros Apoſtolus prænunciauit. Vnde (quēadmodum Tertullianus in li. de præſcrip. hæret. ait) ſatis ineptum, vt prior in doctrina hæreſis habeatur, vel quoniam ipſa eſt, quæ futuras hæreſes & cauendas prænunciabat. Non ergo ſolis verbis, ſed reipſa antiquitatem ſiue vetuſtatem nobis vendicamus, p̄ſcribimusque vobis, eò quòd pluſquā mille & quingentis annis doctrina noſtra fuerit ante veſtram. Rectè ergo & prudenter feceris optime Cacodoxe, ſi Vincentij Lirinenſis conſilium ſequutus fueris, qui in lib. aduerſus prophanas hæreſeon nouationes ſic habet: In ipſa catholica Eccleſia magnopere curandum eſt, vt id teneamus quod ſemper ab omnibus creditum eſt, hoc autē fiet, ſi ſequamur antiquitatem. Sequemur autem antiquitatē ita, ſi ab his ſenſibus nullatenus recedamus, quos ſanctos maiores ac patres noſtros celebraſſe manifeſtum eſt. Quòd ſi nouella aliqua contagio, nō iā portiunculā tm̄, ſed totam pariter Eccleſiā cōmaculare conetur,

netur, tunc prouidebit, vt antiquitati inhæreat, quę prorsus iam non potest ab vlla nouitatis fraude seduci. Quòd si huic consilio obtemperatum fuisset, non esset Germania ad tantam miseriã delapsa.

## CAPVT III.

REcenset deinde D. Augustin. ab ipsa sede Petri Apostoli (cui pascendas oues suas post resurrectionẽ suã dominus commendauit) vsq; ad prẹsentem episcopatum, successionem sacerdotum, quæ eum in gremio ecclesiæ catholicæ detinuerit. Verùm quoniã de ipsa multa dicta sunt lib. 2. cap. 5. ad ipsum ecclesiæ catholicæ nomẽ, quod postremo loco nominat, sermonẽ nostrũ dirigamus: Tenet (inquit) postremò ipsum catholicæ nomẽ, quod nõ sine causa, inter tã multas hæreses, sic ista ecclesia sola obtinuit, vt cũ omnes hæretici, se catholicos dici velint, quęrenti tamẽ peregrino alicui, vbi ad catholicã conueniatur, nullus hæreticorum, vel Basilicam suam, vel domum audeat ostendere. Vnde etiam in lib. de vera religiõe

c.7. Tenẽda est nob. (inquit) Christana religio, & eiꝰ Ecclesiæ cõmunicatio, catholica est, & catholica nominatur, non solùm à suis, verumetiam ab omnibus inimicis. Velint enim nolintue, ipsi quoque hæretici & schismatum alumni, quando non cum suis, sed cum extraneis loquuntur, catholicam nihil aliud quàm catholicam vocant. Non enim possunt intelligi, nisi hoc eam nomine discernant, quo ab vniuerso orbe nuncupatur. Hactenus ibi. Nunc itaq; principiò videamus, quid ipsum nomen catholicæ significet. Ecclesia catholica (vt habet Diuus Augustinus in epistola 107.) Græcè appellatur, quòd per totum orbem terrarum diffunditur, & quòd (vt idem habet in libro de Genesi ad literam imperfecto capite 1.) vniuersaliter perfecta sit, & in nullo claudicet. Non enim ecclesia in angustias cogenda est, & speluncas hæreticorum, aut ad angulos terræ, sed dilata & diffusa est, per totum terrarum orbẽ, vt frequẽtissimè D. August. probat aduersus Donatistas. Iam tu mihi expende

Ecclesia cur catholica nuncupatur

pende Cacodoxe, & dispice, vtra Ecclesia catholicæ nomen iustius obtineat, nostra ne an vestra, vel vtrius ecclesiæ doctrina, per totum terrarum orbē sit susceptа, atque etiamnum teneatur, & perspicuum tibi esse poterit, ecclesiæ nostræ catholicę nomen conuenire, nō autem verstræ, sed esse synagogam sathanæ. Etenim vestra doctrina docetur duntaxat in Saxonia, & alijs plerisque Germaniæ prouincijs & nonnullis finitimis, quas tamen non ita ex integro occupauit, quin ibi reperiantur ad huc huc plurimi catholici. In illis ipsis etenim prouincijs, vbi lutheranismus viget, vbi sectarij dominantur, vbi schismatici præualent, vbi hæretici regnant atq; principantur, auctior adhuc est illorū numerus, qui in fide catholica perseuerant, quàm illorum qui ab ea ad hæreticos defecerunt, si liberè possent quod sentiunt confiteri. Sunt namque multi inter illos, qui in specie quidem detinentur ab illis, sed si liberum esset eis quod sentiunt profiteri, ilico exclamarent, heu heu quod cum scorpionibus

Ecclesiæ catholicæ nomen Lutheranis conuenire non potest.

habitate cogimur. Et quis nos liberabit à contagione & grauissimo iugo hominum istorũ? Hi nunc gemunt & lachrymantur, comedentes in amaritudine panem suum, suspirantes ac anhelantes ad saluatorẽ qui eripiat eos. Nec omnino frustrabũtur spe sua, aderit enim quandoque dominus & exaudiet clamantes ad se die ac nocte, facietque vindictam electorum suorum. De his veritatẽ habet diuinũ responsum Helyæ factum: Reliqui (inquit) mihi septem milia, qui non curuauerunt genua ante Baal. His iam Catholicis, adhuc Babylonica captiuitate oppressis, iũge fideles cunctos per vniuersum mundum, per plurimas adhuc germaniæ prouincias, per Galliam, Hungariam, Poloniam, Italiam, Siciliam, Hispaniam, Portugaliam, Indiam iam recens à Carolo V. inuentam, & alias adhuc quamplurimas Prouincias, & (nisi sensu communi careas) intelliges, quam ipsum Catholicæ nomen vestrę synagogæ minimè conuenire possit.

3. Reg. 19
Rom. 11.

Ca-

## CAPVT IIII.

CACOD. Paucitas nostrorum ad multitudinẽ vestrorum (de qua admodum gloriaris) collata, nostrã causam magis commẽdat. Nam multi sunt vocati, pauci verò electi. Et multi sunt qui ingrediuntur, viam latam & spacio sam, quæ ducit ad perditionem, pauci autem qui angustam, quæ perducit ad vitam æternam. Et in archa Noe pauci, id est, octo animæ saluæ factæ sunt per aquam, cæteris omnibus, quantumuis multis, diluuio pereuntibus. In paucis enim est veritas, errare multorum est.

Hæretici nonnun. quam pau citate se commen- dant.
Matt. 20
Matt. 7
1. Pet. 3

ORTHOD. Quia vides te totius orbis communione vniuersitate ac multitudine superatum, ad tergiuersationes te conuertis, aliamque elabendi quæris viam, quæ profectò nihil pro tua causa facit. Nam quàm vanè vestros de paucitate commendes, manifestum euadet, vbi fuerit responsum obiectionibus tuis, quæ reuera tuæ non sunt, sed Cresconij Petiliani & aliorum non nullorum hæreticorũ, aduersum quos D. Augustinus multis in locis disputat.

tat. Et certè poteras multo plures ex eiusdem voluminibus (in quibus aduersariorum ratiocinationes recitat & refellit) producere, nimirum ex lib. eius de vnitate Ecclesiæ, contra epist. Petiliani cap. 12. vbi etiam cap. 13. obiectionũ solutiones legere poteras, vt opus non esset alia responsione. Et certè aliamà me responsionem nolim te expectare, quàm ab eodem beatissimo patre datam si legisti, cognoscis. Illud itaque q primo loco adduxisti ex parabola saluatoris, quæ est de operarijs in vinea domini laborantibus, in qua asserit, multos esse vocatos, paucos verò electos, quasi vester grex numerus ille sit electorum in superna fœlicitate locãdus, dissoluit D Augustin. li 3 contra Cresconium grammaticum cap. 66. Illud quoque quod secundo loco pro te attulisti, magis causæ tuæ obesse quàm prodesse statim intelliges. Nam quum dixisset dominus, paucos esse qui inueniunt angustam portam, & arctam viam, ne vos commendaretis nomine paucitatis, statim subiecit: Attẽdite à falsis pro-

Matt. 7

phe-

phetis qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces. CAco. Sed noſtri non agnoſcunt ſe illis verbis ſaluatoris deſignatos, ſed potius veros prophetas ſe eſſe fatentur. ORT. Veſtros eſſe illos Pſeudo praphetas, quos Chriſtus prædixit eſſe cauendos, & ex verbis ſaluatoris, & ex vita ac doctrina eorum comprobatur. Nam Chriſtus falſos prophetas eſſe prædixit, qui viam illam arctam & anguſtã, non ſolùm non ingrediũtur, ſed etiam aliis eam diſſuadent, nec latam & ſpaciosam viam currunt duntaxat, verùm etiam alios ad ſecum currendum non ſolùm inuitant, ſed etiam pertrahunt. Porro quòd de eiuſcemodi falſis prophetis ſit loquutus vel hinc dilucidum eſſe poteſt, quòd ſtatim vbi de arcta porta & lata via diſſeruiſſet, adiecit continuo: Attendite à falſis prophetis &c. quòd illi nimirum eſſent, qui à via arcta & auguſta populum auocant, & ad viam ſpacioſam ambulandum alliciũt. Quod veſtri ſtrennuè perficiunt. Nam eos qui arctam illam viam capeſſere ſtudent,

**Pſeudoprophetæ qui. Prophetæ falſi ſunt Lutherani**

dent, auertunt & impediunt, & per viã illam ſpacioſam, quæ ducit ad perditionem, ducunt & ſeducunt, præcipitemq́; ſibi ſuiſq́; ſequacibus, ſemitam ad inferos ſternunt. Cæterùm ſi cupis noſſe quid D. Aug. huic obiectioni reſpondeat, vide eundem lib. contra Secundinum Manichæum cap. vlt. Et lib. 2. contra literas Petiliani cap. 45. Et in lib. de vnitate Eccleſiæ contra epiſt, Peti cap. 13. CACO. Quantum conijcio idcirco noſtros falſos illos prophetas vis eſſe deſignatos, quòd latam illam viam prædicent, & arctam auerſentur, hoc eſt quæ p̃dicent, q̃ ſenſui grata ſunt, & habenas permittant vitijs. Quod quàm longè ſit à vero, nouerunt qui eorum libros legerunt. ORTHO. Pleriq; veſtrorum in libris ſuis, tantam præ ſe ferunt ſanctimoniam, tantam puritatem, innocentiam, vt putes angelos nõ homines eſſe, quod proculdubio eo animo faciunt, vt facilius incautis imponant. At dum ad populum declamant, Stentorea voce pleniſque buccis omnia bona reijciunt, docentes vanas eſſe orationes, ieiunia, o-

Luthera. norum dogmata.

pera

pera bona non esse necessaria ad salutem, solam fidem ad salutem sufficere, imò iustum in omni opere bono peccare, vota non esse reddenda, nullum delectum ciborum habendum, cælibatum esse impossibilem, vota repugnare & displicere Deo, & his similia permulta. An non hæc sunt vestrorum dogmata, quæ libellis & concionibus ad populum euulgarunt, & spargere non cessant, atque adeo popularium suorum animis impresserunt, vt omnem honestatem, Dei timorem & conscientiam prorsus abiecerint? Quibus non satis est lasciuire, omniqúe sese mancipare turpitudini, nihilque boni facere, nisi insuper & opera bona contemnant ac subsannent, & quæ honesta sunt & DEO grata, ineptias & blasphemiam vocent. Atque hæc populares illi, à suis concinatoribus didicerunt, in quibus etiam nullum honestatis vestigium apparet, qui quum sint professionis suæ desertores, vna cum cuculla, omnia pariter

ter bona, omnem penitus honestatem atque conscientiam deposuisse videntur, qui eo impudentiæ atque dementiæ venerunt, vt omnia quæ prius in catholica Ecclesia fecerunt bona, nempè quòd celebrauerunt missas, quòd vouerunt, quòd ieiunauerunt, quòd orauerunt & similia quæ fecerunt, nunc penitus reijciant, atque opera asserant esse hypocritica, imò quod grauius est & intolerabilius, ipsius esse audent affirmare inuenta diaboli. An non hæc omnia sensualitati grata sunt & accepta? An nó hoc est ingredi viã latam & spatiosam? Nónne hoc est omnibus aperire fenestram faciendi quicquid libet? Proinde rectè depinxisse eos videtur D. Hiero. lib. 2. aduersus Iouinianum cap. vltimo, vbi & ipsum Iouinianum & sectatores illius carpit, dicens: Raro ieiunate, crebrius nubite. Non enim potestis implere opera nuptiarum, nisi mustum & carnes & nucleum sumpseritis. Viribus opus est ad libidinem. Citò caro cõsumpta marcesit. Nolite timere fornicationem. Qui semel in Christo baptiza-

tizatus est, cadere non potest, habet enim ad despumandas libidines solatia nuptiarũ. Quòd & si cecideritis, redintegrabit vos pœnitentia, & qui in baptismate fuistis hypocritæ, eritis in pœnitentia solidæ fidei. Neque turbemini, putantes inter iustum & pœnitentem aliquid interesse, & humiliorem gradum dare quidem veniam, sed coronã tollere. Vna est enim retributio. Qui ad dexteram steterit, introibit in regna cælorum. His consiljs bubulci tui, pastoribus nostris ditiores sunt, & hirci plurimas secum capras trahunt. Equi insanientes in fœminas facti sunt, statim vt mulieres viderint adhinniunt, & impatientiam suam, proh nefas, scriptu rarum solantur exẽplis. Sed & ipsę mulierculę miserę & non miserabiles, prę-ceptoris sui verba cantantes, quid enim nisi semẽ requirit Deus? non solùm pudicitiam, sed etiam verecundiam perdiderunt, maioriqúe procacitate defendunt libidinem, quàm exercent. Habes pręterea in exercitu tuo, plures succenturiatos, habes scurras & velites in prę-

sidijs, crassos, comptos, nitidos clamato
res, qui te pugnis calcibusque defen-
dant, Tibi cedunt de de via nobiles, ti-
bi osculantur diuites caput, Nisi enim
tu venisses, ebrij atque ructantes para-
dysum intrare non poterant. Macte vir
tute, imò vitijs, habes in castris tuis, &
amazonas exerta mamma, & nudo bra-
chio & genu, venientes contra se viros,
ad pugnam libidinum prouocantes, ha
ctenus ille Iouinianum eiusque sectato
res describens. Porrò quum longe ma-
ior ad vitia libertas vestris permitta-
tur, quibus tam largiter laxantur habe
næ, ad omnem lasciuiam & petulanti-
am, ita vt nulla pietas, nullus mætus,
nullusq; pudor amplius teneat vestros,
& hoc vitio eroum qui populum sedu-
xerũt, eique (que præmisimus) persuase
runt, nónne iustissimè dicimus vestros
esse falsos prophetas, qui arctam viam
detrectantes, latam & spaciosam ingre-
diuntur, & alios secum ad ambulàdum
eandem aliciunt & pertrahunt? CAco-
Etiam apud vos plurimi sunt, qui latam
capessant viam & vitijs eisdem & fortè
grauí-

grauioribus obnoxij sunt ORTHO. Fatemur, verùm nostri ea non defendunt, neq; tanquã bene facta excusant, sed acriter ea insectantur, & populum pro virili admonent ab eisdem abstinere, & viam illám arctam pœnitentiæ capessere & prosequi.

## CAPVT V.

SEd iam tempus est, vt reliquis obiectionibus tuis respondeam. Proinde quod tertio loco dixisti, in archa Noe paucos, id est, octo animas saluatas, cæteros omnes quãtumuis multos, diluuio perijsse, etiam nihtl pro tua causa facit. Nam (quemadmodum D. Augustinus epist. 48. ad Vincentium Donatistam scribens inquit) adhuc longè prorsus es à iustitia, donec ad septem remaneas, quibus tu sis octauus, iustum te esse non dicimus, si tamen non istam iustitiam, præripuit aliquis ante partem Donati, & cum suis septem iusta aliqua causa commotus, se longè alibi separauit, & à mũdi huius diluuio liberauit. quòd cũ ignoretis an factum sit, atque ita vobis inauditũ, sicut multis populis Christiano-

ſtianorum in longinquis terris conſti-
tutorum, nomen Donati inauditũ eſt,
incerti eſtis vbi ſit Eccleſia. Ibi enim e-
rit, vbi primũ forſitan factum eſt, quod
poſtea vos feciſtis, ſi potuit eſſe vlla iu-
ſta cauſa, qua vos à communione omni
um gentium ſeparare poſſetis. Hacte-
nus ille. Hæc omnia contra vos iuſtiſsi-
mè dicuntur, ſi tantummodo pro parte
Donati, ponamus partem Lutheri. Por-
ro quòd vltimo loco, in paucis (inquis)
eſſe veritatem, errare multorum eſſe,
non ex teipſo inueniſti, ſed à Creſco-
nio Grammatico mutuaſti, qui idipſum
D. Auguſtino obiecit, vt eſt videre a-
pud D. Auguſtinũ lib. 3. contra Creſco.
Gramma. ca. 66. & lib. 4. cap. 52. vbi eti
am inquit: Reſpõde tu, ſi placet aliquid
veri reſpondere, & quomodo implebi-
tur quod ſcriptum eſt: Filius malus ipſe
ſe iuſtum dicit: exitum autem ſuum nõ
abluit. Et iterum: In paucis (inquis) fre-
quenter eſt veritas, errare multorũ eſt,
non intelligens quomodo à domino di
ctum ſit, paucos intrare per anguſtã por
tam cum & multos dixerit ab oriẽte &

In paucis eſſe veritatem, quomobo intelligendũ ſit.

occi-

occidente recubituros cum Abraham, Matt.7
Isaac & Iacob. Sed in Apocolypsi demõ Matt.8
strentur ex omni gente, tribu & lingua Apoca.7
milia candidatorum, quæ nemo numerare possit. Qui profectò & multi sunt per seipsos, vt idem ipsi pauci sunt in cõparatione longè plurium, qui cum diabolo puniendi sunt. Quæ tamen frumẽta diuinis in ęternum horreis destinata, per totum mundum dilectiõis vnione sociata, vel ab scandalis & violentijs hæreticorum, siue ab interiore tanquam palea sua, multis non rectè viuentibus, æstus & trituram huius sæculi tolerant, vltima ventilatione purganda. Porrò quemadmodum deinde D. Aug. Cresconio respondet, Maximianensium causam Donatistis (à quibus sese diuiserãt) obijciens & dicens: Si eñ in paucis frequenter est veritas, & errare multorum est, permitte vt Maximianẽses, quanto vobis sunt impares paucitate, tantò vos superent veritate. Non facis. Noli ergo in comparatione multitudinis gentiũ Catholicarum, de vestra paucitate gloriari, sicut non vis vt Maximianenses,

in comparatione multitudines veſtræ, de ſua paucitate glorientur. Sic etiam tibi modo reſpõdere poſſum. Si in paucis frequenter eſt veritas, & errare multorum eſt, permitte vt Anabaptiſtæ, aut Zuingliani, quanto vobis ſunt impares paucitate, tantò vos ſuperent veritate. Non facis. Nam Lutherani Anabaptiſtas & Zuinglianos deteſtantur. Noli ergo in comparatione multitudinis gentium Catholicarum, de veſtra paucitate gloriari, ſicut non vis vt Anabaptiſtæ aut Zuingliani, in comparatione multitudinis veſtræ, de ſua paucitate glorientur. Aut ſi gloriari vis, dicam tibi, qualis ſit paucitas veſtrorum comparata ad multitudinem gentium Catolicarum, vtique talis, qualis erat Chore Dathan & Abyron & complicum eorum paucitas collata cum multitudine aliorum Iudæorum. Miror autem quur non adduxeris etiam illud, ꝙ Vincentius Donatiſta & Rogatiſta proſe. D. Auguſti. oppoſuit. Hic nempe cum ſuis, cùm eſſent pauciſsimi (nam 9. vel 10. duntaxat fuiſſe Diuus Auguſtinus aſſerit,

Num 16

Rogatiſtarum gregiculus.

asserit, ita vt eorum cœtum propter paucitatem, non gregem sed gregiculum appellandum existimaret) Catholicam fidem interprætabatur, non ex totius orbis communione, sed ex obseruatione præceptorum omnium diuinorum, atque omnium sacramentorum. Qui etiam dicere audebant, ideo magis se iustos esse, quia pauci essent, qui vereri se simulabant, nomen DEI à Iudæis & Paganis blasphematum iri, quando imperialibus legib⁹ ad vnitatẽ cogebãtur. quemadmodum est videre apud Diuum Augustinum epistola 48. ad Vincẽtium, vbi in hæc eis verba respondet: Non timetis, ne vobis dicant Iudæi: Vbi est quòd Pau. vester, Ecclesiam vestram intelligit, vbi dictum est: Lætare sterilis quæ non paris, erumpe & clama quæ non parturis, quoniam multi filij desertæ magis, quàm eius quæ habet virum præponens multitudinem Christianorum, multitudini Iudæorum, si Christi Ecclesia est paucitas vestra. Hoccine illis dicturi estis. Ideo magis iusti sumus, quia pauci sumus. Nec Gala. 4

attenditis eos respōsuros, quodlibet vos esse dicatis, nō tamē estis illi de quibus dictū est, Multi filij desertæ, si tam exigui numero remansistis. Hæc ille. Vobis etiā iure dici potest, vestrā multitudinem, dici non posse ecclesiam, quia quamuis vestrum multi sint, multitudine tamen nequaquam superatis Iudeos, per vniuersum orbem sparsos. Quapropter quicquid dixeritis, siue in multitudine, siue in paucitate fueritis gloriati, inanis erit gloriatio vestra, neque efficere vnquam poteritis, vt communionem vobis totius orbis vendicare possitis, aut Catholicæ Ecclesiæ nomen & rem vobis vsurpare.

## CAPVT VI.

CACOD. Quanquam vestri superent nostros multitudine (id em inficiari nequeo) tamē cum videamus nostrorum numerum quotidie augeri, pluresque in dies nostræ doctrinæ adhærere, futurum, credendum, atque sperandum est tandem, nostrorum numerum ita paulatim augmentandum, vt vestri nostris collati pauci sint futuri.

turi. ORT. Non est intelligendũ Catholicam Ecclesiam consistere multitudine, sed vniuersitate & communione, quæ per totum terrarum orbem diffunditur, & non ad vnum terræ angulum (vti vestra secta) est coarctata. Et vt donemus tibi, vestrorum numerum adeò augmentandum, vt catholicorum numerum superet, nónne planè friuolum & ridiculum erit, de multitudine carnalium atque indisciplinatorum hominum, vnius aut alterius prouincię gloriari? Nam etiamsi adeò excreueritis viribus & numero, vt nos in his prouincijs excedatis, nunquid fideles per vniuersum orbem superabitis? Porrò quã vanum sit de multitudine carnaliũ atque indisciplinatorum hominum gloriari, D. Cyprianus lib. 1. epistola 3. exp̃sit, dicens: Non attendas numerum illorum. Melior est enim vnus timẽs Deum, quàm milia filij impij, sicut locutus est dominus per Prophetam, dicẽs: Fili, ne iucunderis in filijs impijs, si multiplicentur tibi, cum non fuerit timor Dei in ipsis. Ne glorieris (inquit D. Hi-

Gloriari vanum est de multitudine carnalium hominum.

Eccle. 16

eronymus ſcribẽs aduerſus Iouinianũ Chriſtianorum Epicurum li. 2. cap. vlti mo) quòd multos diſcipulos habeas, Fi lius Dei docuit in Iudæa, & duodecim illum tantùm àpoſtoli ſequebantur ſo- li. Torcular, inquit, calcaui ſolus, & de gentibus vir non eſt mecum. Ille in paſ ſione ſolus remanſit, & Petri quoque erga eum trepidauit conſtantia. Phari- ſæorum autem doctrinæ, omnis popu- lus applaudebat, dicens: Crucifige, cru cifige talem. Non habemus regem niſi Cæſarem, id eſt, vitia ſequimur, non virtutes, Epicurum non Chriſtum, Io- uinianũ, nõ apoſtolum Paulum. Quòd multi acquieſcunt ſententiæ tuæ, indi- cium voluptatis eſt. Non enim tam te loquentem probant, quàm ſuis fauent vitijs. In circulis platearum quotidie fi ctus ariolus, ſtultorum nates verbe- rat, & obtorto fuſte dentes mordentiũ quatit, nec tamen deeſt qui ſemper poſ ſit induci, & pro magna ſapientia repu- tas, ſi plures porci poſt te currant, quos gehennæ ſuccidiæ nutrias? Poſt præco- nium tuum & balneas, quę viros pari- ter

ter & fœminas lauant, omnis impatientia, quæ ardentem prius libidinem quasi verecundię vestibus tegebat, nudata est & expositа, quæ ante in occulto erant, nunc in propatulo sunt. Ostendisti tales discipulos, non feciſti. Hoc profecit doctrina tua, vt peccatum ne pœnitentiam quidem habeat. Diogenes Laertius in li. de vitis philosophorum scribit multos defeciſſe à schola peripatetica ad Epicurum, neminem tamen contrà, ab academia Epicuri, ad Peripateticam siue Stoicam academiam veniſſe. Cuius rationem Lactantius Firmianus libro 3. cap. 17, reddens: Epicuri, inquit, disciplina multo celebrior fuit, quàm cæterorum: non quia veri aliquid adferat, sed quia multos ad populare nomen voluptatis inuitat. Nemo enim nó in vitia pronus est. Præterea vt ad se multitudinem contrahat, appositа signis quibusque moribus loquitur. De fidiosum vetat literas discere, auarum populari largitione liberat, ignauum prohibet accedere ad rempublicam, pigrum exercere, timidũ militare. Irreligiosus

Epicuri disciplina qualis fuerit.

gioſus audet deos nihil curare, inhumanus & ſuis commodis ſeruiens, iubetur nihil cuiquam tribuere. Omnia enim ſui cauſa facere ſapientem. Fugienti turbam, ſolitudo laudatur. Qui nimiũ parcus eſt, diſcit aqua & polenta vitam poſſe tolerare. Qui odit vxorem, huic enumerantur cœlibatus bona, habenti malos liberos, orbitas prædicatur. Aduerſus impios parentes, nullum eſſe vinculum naturæ, impatienti ac delicato, dolorem eſſe omnium malorum maximũ dicitur, forti etiam in tormentis beatũ eſſe ſapientem. Qui claritati ac potentiæ ſtudet, huic præcipitur reges colere. Qui moleſtiam ferre non poteſt, huic regiam fugere. Imò homo aſtutus, ex varijs diuerſisque moribus circulũ colligit, & dum ſtudet placere omnibus, maiore diſcordia ſecum ipſe pugnauit, quàm inter ſe vniuerſi. Huius conſiliũ etiam veſtri cõcionatores ſequuti ſunt, quo ad ſe plures pertraherent. Nam loquuntur hominibus placentia, quibus vident errores à quibus auferunt viam. Qui dicunt videntibus, nolite videre, &

Lutheranorum cõcionatores Epicuri diſcipli. nã ſequuti ſunt,

& aſpicientibus, nolite aſpicere ea quæ recta ſunt. Semper (inquit D. Hieronymus loco prius citato) pſeudoprophetæ dulcia pollicentur, & ad modicum placent. Vnde per Eſaiam loquitur Deus: Populus meus qui vos beatificant, Eſa. 30.
ſeducunt vos, & ſemitas pedum veſtrorum conturbant. Nec non per Hieremiam: Fugite de medio Babylonis, & ſeruate vnuſquiſque animam ſuam, & nolite credere pſeudoprophetis, qui dicunt, pax pax, & non eſt pax: qui ſemper ingeminant Templum domini, templum domini, prophetæ tui viderunt tibi falſa & inſipientia, non aperuerunt iniquitatem tuam, vt te ad pœnitentiá prouocarent, qui deuorant plebem ſuam vt cibum panis, Deum non inuocauerunt. Porrò cauſam quare pſeudoprophetæ dulcia polliceantur, præter iam aſsignatam (quæ eſt vt populum facilius ad ſe pertrahant) aliam ibidem reddit, dicens: Amara eſt veritas, & qui eam prædicant, replentur amaritudine. In azymis enim ſynceritatis & veritatis, domini paſcha celebratur & cum amari-

Pſeudo cõcionatoribus cur plures auſcultent.
1 Cor. 5

maritudinibus comeditur. Hieremias captiuitatem nuncians, lapidatur à populo. Ananias filius Azor, frangebat ad præsens ligneas torques, & in futurum ferreas præparabat. Cæterùm quur plurimi vera & Catholica doctrina despecta atque derelicta, aures libenter accommodent pseudoconcionatoribus, eosque sequantur, in causa est mortalitatis nostræ corrupta natura, quæ semper pręsto est, malarum suggestionum semina suscipere, susceptaque fouere & ea per operamala, quasi in segetem mortiferam celeriter excitare. Et etiam (vt Lactantius lib. 1. cap. i. inquit) quia pauci sunt, qui vtuntur cœlesti beneficio ac munere, quod obuoluta in obscuro veritas latet, eaq; vel cõtemptui doctis est, quia * assertoribus eget vel odio indoctis, ob insitam sibi austeritatẽ, quã natura hominum procliuis in vitia, pati non potest. Nam quia virtutibus amaritudo permixta est, vitia verò voluptate condita sunt, illa offensi, hac deliniti feruntur in præceps, ac bonorum specie falsi, mala pro bonis amplectuntur.

al. asserti-onibus.

tur. Et ſanctus Papa Leo in Sermone
11. de quadrageſima: Vnde, inquit) popu-
loſior eſt via læua, quàm dextera,
niſi quia ad mundana gaudia, & corpo
ralia bona, multitudo procliuis eſt? Et
quamuis caducũ incertumq; ſit quod
cupitur, libentius tamen ſuſcipitur la-
bor pro deſiderio voluptatis, quàm pro
amore virtutis. Ita quum innumeri ſint
qui viſibilia concupiſcant, vix inueni-
untur, qui temporalibus æterna prępo-
nant. Et ideo dicente beato apoſtolo
Paulo: Quæ videntur temporalia ſunt, 2. Cor. 4.
quæ autem non videntur, æterna ſunt, Rom. 8.
latet quodammodo & in abſcõdito eſt
virtutum via, quoniam ſpe ſalui facti ſu
mus, & fides vera id ſuper omnia dili-
git, quod nullo ſenſu carnis attingit D.
Bernardus ſerm. 33. ſuper Cant. propte
rea dicit multos ad hæreticos conflue-
re, eò quòd ibi non ſit perſpicua lux, vt
liquidò veritas cognoſcatur, facileque
pro ea recipitur falſitas propter veriſi-
militudinem, quæ non facilè in obſcu-
ro à vero diſcernitur, præſertim quia
aquæ furtiuæ dulciores ſunt, & panis
abſcon-

absconditus suauior. Non ergo nos mo uere debet(inquit D. Augustin. lib. de catechizandis rudibus cap. 19. ) quia multi diabolo consentiunt, & pauci de um sequuntur, quia frumentum in cõparatione palearum, valde pauciorem habet numerum. Sed sicut agricola no uit, quid faciat de ingẽti aceruo palee, sic nihil est Deo multitudo peccatorũ, qui nouit quid de illis agat, vt administratio regni eius, ex nulla parte turbetur atque turpetur. Nec ideo putandus est vicisse diabolus, quia secum plures cum quibus à paucis vinceretur, attraxit, &c.

## CAPVT VII.

**Vincentij Lirinensis consilium audiendũ**

QVAE cum ita sint, non te detineat in secta perditionis leuitas & inconstantia multorum à vera & orthodoxa fide ad vestram sectam deficientium, sed audi & sequere doctrinam Vincentij Lirinensis suadentis in hæc verba: In ipsa catholica ecclesia magnopere curandũ est, vt id teneamus, quod vbique tenetur. Id autem facimus, si se-

quemur

quemur vniuersitatem. Sequemur autem vniuersitatem hoc modo. Si hanc vnam fidem, veram esse fateamur, quã tota per orbem terrarum confitetur ecclesia. Et statim: Quid, inquit, faciet Christianus Catholicus, si se aliqua Ecclesiæ particula, ab vniuersalis fidei cõmunionem præciderit? Quid itaque nisi vt pestifero corruptoque membro, sanitatem vniuersi corporis anteponat? Hæc ille. Porrò quia in nostram fidem atque religionem, tot & tanta hominũ milia per orbem totum, vna & pari mẽte consentiunt, facilè peruidere potes, non esse vanam, sed veracem, quæ vnica verè ab omnibus vna mente suscipienda sit. Si enim (vt Lactantij verbis vtamur) fœminina sexus infirmitate labũtur (nam interdum isti muliebrem & anilem superstitionem vocant) viri certè sapiunt. Si pueri, si adolescentes improuidi sunt per ætatem, maturi certè ac senes, habent stabile iudicium. Si vna ciuitas desipit, cæteræ vtique innumerabiles, stultæ esse non possunt. Si vna prouincia, vna natio, prouidentia Lib. 5. c. 18.

caret, cæteras omnes habere intelligen
tiam recti neceſſe eſt. Cum verò ab or-
tu ſolis vſque ad occaſum, lex diuina
ſuſcepta ſit, & omnis ſexus, omnis ætas,
& gens, & regio, vnis ac paribus animis
Deo ſeruiant, eadem ſit vbique patien
tia, idem contemptus mortis, intellige-
re debuerant, aliquid in ea eſſe rationis
quòd non ſine cauſa vſque ad mortem
defendatur, aliquid fundamenti ac ſo-
liditatis, quòd eam religionem non tã-
tùm iniurijs ac vexatione non ſoluat,
ſed augeat ſemper, & faciat firmiorem.
Hactenus ille. Rectè ergo D. Auguſti-
nus contra epiſtolam Manichæi quam
vocant fundamenti ſcribens, dicit ho-
minem tot ac tantis Chriſtiani nomi-
nis chariſsimis vinculis, teneri creden-
tem in Catholica Eccleſia. Apud hære-
ticos autem nihil horum eſſe. Porrò e-
go quoque vnà cum Diuo Auguſtino
ingenuè fateor, me his atque ſimilibus
rationibus teneri in Catholica eccleſia,
& tanquã chariſsimis vinculis conſtrin
gi, vt non poſsim ab ea ad veſtrã ſectam
deſciſcere, in qua nihil horũ (quemad-
mo-

modum satis iam demõstratum esse existimo) inuenio, nihilque conspicio, quod me inuitet ac alliciat, sed sola personat veritatis pollicitatio, quæ quidẽ sitam manifestè monstratur, vt in dubium venire non possit, præponenda estomnibus illis rebus, quibus in Catholica teneor. Si autem tantummodo promittitur & nõ exhibetur, nemo me mouebit ab ea fide, quæ animum meũ tot ac tantis nexibus Christianæ religionis, nostræque doctrinæ atq; fidei adstringit. Habes nunc Cacodoxe, animi mei fixam firmamq; sententiam, à qua (Deo annuente) nemo me dimouebit vnquam. Quam vtinam te quoq; sequẽtem ac amplexantem viderem. Bone Deus, quantũ gaudij mihi pareret tua conuersio atque resipiscentia.

## CAPVT VIII.

CACO. Rationibus tuis persuasus propemodũ, magna ex parte sententiam meã mutare paratus essem, atque facilè nunc abiecta atque abiurata secta, ad Catholicam transirem Ecclesiam, sed nescio quibus vinculis de- Gal. 2

detinear pudoris ac verecundiæ, quibus prohibeor doctrinam semel professam damnare. Si enim quæ destruxi, iterum hæc reædifico, prævaricatorem me esse constituo. ORTHOD. Respondeat tibi, non ego, sed Diuus Augustinus epistola 18. ad Vincentium, vbi scribit in hæc verba: Quid adhuc dubitas tenere quod sentis, nisi quia id quod non sentis, vel aliquando sensisse, vel aliud defendisse confunderis, & dum erubescis corrigere errorem, non erubescis permanere in errore, quod vtiq; potius erubescendum fuit? Hoc est illud quod scriptura non tacuit. Est confusio adducens peccatum, & est confusio adducens gratiam & gloriam. Confusio adducit peccatum, cum erubescit quisque prauam mutare sententiam, ne aut inconstans putetur, aut diu errasse seipso iudice teneatur. Ita descendunt in infernum viuentes, id est, suam perditionem sentientes, quos Dathan & Abyron & Chore, hiatu terræ absorpti, tanto antè futuros figurauerũt. Confusio autẽ adducit gratiam & gloriam,

Peruersus est pudor, nolle reuocare quod male adstruxeris.

Eccle. 4

psal. 54. Num. 16. Confusio adducens peccatum, & confusio gratiam & gloriã.

riam, cum erubescit quisq; de propria iniquitate, & pœnitendo in melius cõmutatur, quod te facere piget, illa perniciosa confusione superatum, ne tibi ab hominib. nescientibus quid loquantur, obijciatur illa apostolica sententia: Si enim quæ destruxi, hæc eadem iterum ædifico, prævaricatorem meipsum constituo. Gal. 2.

Quæ si dici posset etiam in eos, qui veritatem correcti prædicãt, quam peruersi oppugnabant, in ipsum Paulum primitus diceretur, in quo Ecclesiæ Christi magnificabant Deum, audientes quòd euangelizaret fidem, quã aliquando vastabat. Actor. 9

Hactenus ille ibi. Vide quoque eundem (si libet) lib. 1. cõtra epistolam Parmeniani, cap. 4. Et libro 3. contra Cresconium Grammaticum cap. 3. vbi sic scribit: Sicut laudabile est, à vera sententia non moueri, ita culpabile persistere in falsa, quam nunquam tenere prima laus est, secũda mutare, vt aut ex initio vera permaneat, aut mutata falsa, vera succedat. Et li. 4. de anima & eius origine cap. 24. Vincentium Victorem ab errore (in quo erat)

rat)reuocare cupiens :Maiore, inquit, & veriore gloria quisque correctus sua confessione reprehenditur,quæ cuiuslibet errantis ore laudatur.Hæc ille. Imitare proinde exemplum Theodori Mopsuesteni,qui(vt refert apud Liberatum Ioannes Antiochenus Nestorio scribens)sine confusione tanquam vir fortissimus , suam sententiam retractauit, & quę parum prodesse ignorantibus videbātur,velociter ad vtilitatem correxit Ecclesiæ.CAC.Age faciam,& posthac tam constantem me exhibebo in defensione & propugnatione dogmatum Ecclesiæ catholicæ,quàm hactenus fui pertinax in errore. Tuum erit Orthodoxe Deum pro me orare, vt quod in me cœpisti, perficiat & cōsummet vsque in diem aduentus sui.ORT. Quantum ad me attinet, nolim de me dubites, sed si quid apud Deum potest miseri peccatoris oratio , senties quāta &quàm syncera affectione te semper sum prosequutus. Tu tantummodo cura,ne tibi ipsi desis,sed cautè ambula,quoniam dies mali sunt, ne te denuo

nuo in naſſam ſuam trahant, & fiant poſteriora tua deteriora prioribus. Cæterùm ne id fiat, ſeparabis te à ſocietate eorum, quorum ſuaſione fortè poſſes in priſtinos relabi errores, adhærebisque poſthac viris orthodoxis, & catholicorum ſcriptorum libros leges, & concio nes eorum diligenter audies, & ante omnia humili corde gratiam ſancti ſpiri tus pro illuminatione tui aſsiduè implorabis. Quæ ſi ſedulò feceris, breui ſenties, quàm vtile tibi futurum ſit con ſilium meum. CAC. At ego, fauente Deo, curabo vt non vanum ſit conſiliũ tuum erga me futurum, daboque operam vt poſt hac tam fortiter adhæream ſanæ & catholicæ doctrinæ, quàm vnquam ante hac pertinaciter adhæſi hæreticæ doctrinæ. ORT. Deus ſecundet vota tua.

CACO. Amen.

# F. IOANNIS SLOTANI GEFFENSIS SACRE THEologiæ Professoris, de verbi Dei virtute, & Ecclesiæ insuperabili potentia. Libri V.

## EPIST. DEDICATORIA.

Seneriſsimis & potentiſsimis principibus, Philippo, & Mariæ, Regibus Angliæ, Frãciæ, Neapolis, Hieruſalem, Hiberniæ, &c. F. Ioannes Slotanus Geffenſis ſalutem in domino precatur ſempiternam.

2. Tim. 2.

*Sanctus Paulus in epiſtola ad Timotheum ſecunda horum nouiſsimorum, temporũ mores deſcribens ac prædicens, Hoc ſcito (inquit) quia in nouiſsimis diebus inſtabunt tempora periculoſa, & erunt homines ſeipſos amantes, cupidi, elati, ſuperbi, blaſphemi, parentibus non obedientes, ingrati, ſceleſti,*

sti, sine effectione, sine pace, criminatores, incontinẽtes, immites, sine benignitate, proditores, proterui, tumidi, cæci, & uoluptatum amatores magis quam Dei, habentes speciem quidem pietatis, uirtutem autem eius abnegantes. Et hos deuita. Ex his enim sunt, qui penetrant domos, & captiuas ducunt mulierculas, oneratas peccatis, quæ seducuntur uarijs desiderijs, semper discentes, & nunquam ad scientiam ueritatis peruenientes. Quemadmodum autem Ioannes & Mambres, restiterunt Mosi, ita & hi resistunt ueritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem. Porro si hos mores ac cõditiones, conferre placuerit, cum moribus hominum nostræ tempestatis, haud obscurum erit, nos esse in quos fines seculorũ deueneruut. Nunc enim nunc inquam, ea uitia (de quibus uas electionis Paulus loquitur) increbrescere cernimus, atque adeo inundare, ut quasi diluuio quodam uitiorum atque criminum pene obruamur. Vt enim interim omittamus, uulgaria illa delicta, quibus ut plurimum homines obnoxij sunt, & à quibus ppauci immunes sũt, quis non uideat, quot undique audiantur blasphemi, Deum & sanctos ipsius sacrilego ore blasphemantes, quot maledici impio ore in u- Exod. 7

triusque superioris potestatis administratores, & alios pios homines, nefanda maledicta euomentes, quot proditores, quot proterui, quot inobedientes & rebelles, quot seditiosi, quot coniurati, quot qui fidem catholicam & apostolicam impijs doctrinis adulterare contendunt, aut seditiosis concionibus, ineptũ & mobile uulgus ad tumultum excitare moliuntur, quot corrupti mente, & reprobi circa fidem, quot denique qui resistunt ueritati? Quid dicam de prauorum hominum iniquis molimínibus, & impijs machinamentis, aduersus legitimam ac à Deo institutam potestatem, cui qui resistunt (ut S. Paulus tradidit) Dei ordinationi resistunt? Porro si dei ordinationi resistunt, qui potestati iusta & legitima ordinanti ac imperanti, nõ solùm nõ obtemperant, uerumetiam resistunt, optimè cõsequitur, illos dei ordinationẽ adiuuare ac promouere, qui eiusce-modi homines, potestatibus nõ obsequẽtes, sed rebellantes aut rebellionẽ moliẽtes, cõpescũt, & seditiosos conatus coercent, dum adhuc infirmi sunt & numero pauci. Et certè nihil cõsultius, q̃ sano cõsilio, & tempestiuo remedio, ucnienti ꝑiculo ꝓspicere, & aduigilare, ut conatus inquietorum hominum, pacem ac tranquil-

quillitatem Reipublicæ perturbãtium, uel Ecclesiæ catholicæ sanam doctrinam adulterantium, comprimantur, priusquam in apertam insaniam erumpant. Nam si permittuntur, numero & uiribus augeri, nequicquam fortasse eorum impetus reprimetur. Consultissimum proinde fuerit, uenienti periculo occurrere. Nam (ut rectè Ouidius ait)

Principijs obsta, sero medicina paratur.
Cum mala per longas conualuere moras.

Et iterum:

Vidi ego quod fuerat, primo sanabile uulnus
Dilatum longæ damna dedisse moræ.

Item:

Opprime dũ noua sunt, subiti mala semina mor
Et tuus incipiens ire resistat equus. (bi
Nã mora dat uires, teneras mora præcoquit u-
Et ualidas segetes, quæ fuit herba, facit. (uas
Quæ præbet latas, arbor spaciantibus umbras
Quo posita est primùm tempore, uirga fuit.
Tunc poterat manibus, summa tellure reuelli
Nunc stat in immensum, uiribus aucta suis.

Et denuo:

Quẽ taurum metuis, uitulum mulcere solebas
Sub qua nunc recubas arbore, uirga fuit.
Nascitur exiguus, sed opes acquirit eundo

Qua-

Quaquè uenit multas, accipit amnis aquas. Quod si fortè requiris, qua arte quàue ratione, uenienti periculo occurrendum sit? Respondemus, quod sano consilio, & sapientia, quæ petenda est ab eo, de quo dicit Psalmographus: Nisi dominus ædificauerit domum, in uanum laborauerunt, qui ædificant eam. Nisi dominus custodierit ciuitatẽ, frustra uigilat qui custodit eam. Ab illo postulanda est sapientia, qui dat omnibus affluenter & nõ improperat, quemadmodum fecit Salomon in initio regni sui, cui cum dominus optionem dedisset, ut peteret quod uellet, non postulauit dies multos, non diuitias, aut animas inimicorum suorum, sed postulauit sibi sapientiam dari ad discernẽdum iudicium, & cor docile, ut populum suũ iudicare posset, & discernere inter bonum & malum. Deinde Deo in adiutorem accepto, scueritas legum publicarum, & ciuilis disciplina exercenda est in eiuscemodi homines, quæ nõ minus necessaria est ad conuersationẽ tranquillitatis & religionis, quàm cibus necessarius est corpori. Vt enim corpus cui subtrahitur alimentum interire necesse est & deficere, ita si communitati subtraxeris disciplinam, cõtinuo incipit insolescere, & harmoniam mysti-

Psal. 126

Iacobi 1

3. Reg. 3. 2. Par. 1

ci

ei corporis perdere. Qua ſublata diſſoluatur neceſſe eſt. Porrò hac in re, non ſolũ reges & principes, ſed etiam ij qui magiſtratum in urbibus adminiſtrant, Deo ſeruiunt, eiq; obſequium gratiſsimũ acceptiſsimumq; præſtant, attendentes illud Pſalmiſtæ: Et nunc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram. Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore. Apprehendite diſciplinam, ne quando iraſcatur dominus, & pereatis de uia iuſta. Cũ exarſerit in breui ira eius, beati omnes qui cõfidunt in eo. Quomodo ergo (inquit D. Auguſtinus) reges domino ſeruiunt in timore, niſi ea quæ contra domini iuſſa fiunt, religioſa ſeueritate prohibendo atque plectendo? Aliter enim ſeruit, quia homo eſt, aliter quia etiam & rex eſt. Quia homo eſt, ei ſeruit uiuendo fideliter, quia uerò etiam rex eſt, ſeruit, leges iuſta præcipientes, & contraria prohibentes, conuenienti uigore ſanciendo. Sicut ſeruiuit Ezechias, lucos & templa idolorum, & illa excelſa (quæ contra præcepta Dei fuerant extructa) deſtruendo. Sicut ſeruiuit Ioſias, talia & ipſe faciendo. Sicut ſeruiuit rex Niniuitarum, uniuerſam ciuitatem ad placandum dominum compellendo. Sicut ſeruiuit Darius, idolũ frangendum

pſal. 2.

Epiſtola 50. ad Bonifaciũ Com. item

4. Reg. 18.

4. Reg. 22.

Ioiæ 3. Doui 14 Dani. 3

gendum in potestatem Danieli dando, & inimicos eius, leonibus ingerendo. Sicut seruiuit Nabuchodonosor, omnes in regno suo positos, à blasphemando Deo, lege terribili prohibendo. In hoc ergo seruiunt domino reges, inquantum sunt reges, cum ea faciunt ad seruiendum illi quæ nõ possunt facere nisi reges. Hactenus ille. De hoc seruitio sanctus Pau. in epi. ad Romanos scribit dicens: Princeps non sine causa gladium portat, Dei enim minister est, uindex in iram ei qui malè agit. In hoc itaq; sanctissimo & maximè necessario seruitio, seruitis domino uos potentissimi & Christianissimi reges, maxima totius Christiani & catholici populi congratulatione, & bonorum omnium applausu, qui gaudent præstantissimum regnum uestrum (quod multis annis hæresibus & erroribus inquinatum fuit) nunc expurgari, & ad fidem & obedientiam Ecclesiæ reuocari. Porrò quanquam plures inueniantur, qui malint mordicus ac pertinaciter in errore persistere, quàm fidei synceritatem & integritatem amplecti, non tamen absque fructu & magna utilitate, exercetur in eos legum seueritas, & rigor. Etenim & si ipsi pereant obstinatione sua, prodest tamen illorum correctio aliis, qui

Rom. 13

Legum utilitas contra impios

qui pœnarum metu uel retinentur in fide, uel ad fidem & obedientiam Eccleſiæ redeũt, gratias poſtmodum agendum agentes Deo, quòd ad lumen ueritatis ſalutifera coactione peruenerint, quemadmodum S. Aug. de Donatiſtis teſtatur epiſtola 48, ad Vincentiũ Donatiſtam. nempè, non ſolùm multos homines, ſed multas etiã ciuitates prius fuiſſe Donatiſtas, poſtea fuiſſe catholicas, & deteſtari uehementer diabolicam ſeparationẽ, diligereq; ardẽter unitatẽ. Vides (inquit) non eſſe conſiderandum quòd quiſq; cogitur, ſed quale ſit illud quo cogitur, utrum bonum an malum, non quo quiſque bonus poſſit eẽ inuitꝰ, ſed timẽdo ꝙ nõ uult pati uel relinquit impediẽtẽ animoſitatẽ, uel ignoratã compellitur cognoſcere ueritatẽ, ut timẽs uel reſpuat falſũ, de quo cõtẽdebat, uel quærat uerũ quod neſciebat, & uolẽs teneat iã quod nolebat. Et iterũ: Mea primitꝰ ſentẽtia erat neminẽ ad unitatẽ Chriſti, eſſe cogẽdũ, uerbo eſſe agẽdũ, diſputatione pugnandũ, ratione uincendum, ne fictos catholicos haberemus, quos aptos hæreticos noueramus. Sed hæc opinio mea, non contradicentium uerbis, ſed demonſtrantium ſuperabatur exemplis. Nam primo opponebatur mihi ciuitas mea. Quæ cum tota eſſet

esset in parte Donati, ad unitatem catholicam timore legum imperialium conuersa est, quam nunc uidemus ita huuius uestræ animositatis perniciem detestari, ut in ea nunquam fuisse credatur. Ita aliæ multæ, quæ mihi nominatim commemorabantur, ut ipsis rebus agnoscerem, etiam in hac causa rectè intelligi posse quòd scriptum est: Da sapienti occasionem & Pro. 9 sapientior erit. Quam multi enim (quod certò scimus) iam uolebant esse catholici, manifestissima ueritate commoti, & offensionem suorũ reuerendo, quotidie differebant, Quam multos non ueritas, sed obduratæ consuetudinis grauue uinculum colligabat, ut in eis compleretur diuina illa sententia: Verbis non emendabitur seruus durus. Si enim & intellexerit, non obediet. Quàm multi putabant ueram Ecclesiam esse patrem Donati, quia eos ad cognoscendam catholicam ueritatem, securitas, torpidos, fastidiosos pigrosq; faciebat. Quàm multis aditum intrandi, obserabant rumores maledicorum, qui nescio quid aliud uos in altare Dei ponere iactitabant. Quam multi nihil interesse credentes, in qua quisque parte Christianus sit, ideo permanebant in parte Donati, quia ibi nati erant, & eos inde discere, atque ad catholi-

cam

eam nemo transire cogebat. His omnibus harũ legum terror, quibus promulgandis reges seruiunt domino in timore, ita profuit, ut nunc alij dicant: Iam iã hoc uolebamus, sed Deo gratias qui nobis occasionem præbuit iamq; faciendi, & dilationum morulas amputauit. Alij dicant: hoc esse uerùm iam sciebamus, sed nescio qua consuetudine tenebamur, gratias domino qui uincula nostra dirupit, & nos ad pacis uinculum transtulit. Alij dicant, nesciebamus hoc esse ueritatem, nec eam discere uolebamus, sed nos ad eam cognoscendã metus fecit intentos, quo timuimus, ne fortè sine ullis rerum æternarum lucris, damno rerum temporalium feriremur, gratias domino qui negligentiam nostram stimulo terroris excußit, ut saltẽ solliciti quæreremus, quod securi nunquã nosse curauimus. Alij dicant, nos falsis rumoribus terrebamur intrare, quos falsos esse nesciremus, nisi intraremus, nec intraremus, nisi cogeremur, gratias domino, qui trepidationem nostram, flagello abstulit, expertos docuit quàm uana & inania, de ecclesia sua mendax fama iactauerit. Hinc iam credimus, & illa falsa esse, quæ autores huius hæresis criminati sunt, quando posteri eorum falsa & peiora finxerũt. Alij dicant,

putabamus quidem nihil interesse, ubi fidem Christi teneremus, sed gratias domino, qui nos à diuisione collegit, & hoc uni deo congruere, ut in unitate colatur, ostendit. In eandē sententiam multa quoque scribit in epist. 50, ad Bonifacium comitem in qua inter cætera sic a it: Magna fit in eos misericordia, cum etiā per istas imperatorū leges, ab illa secta (ubi per doctrinas dæmoniorum mendaciloquorum mala ista didicerunt) prius eripiuntur inuiti, ut in catholica postea, bonis præceptis & moribus, sanantur assueti. Propter misericordiam ergo Christi, magis pro eis sunt istæ leges, quæ illis uidentur aduersæ, quoniam multi per illas correcti sunt, & quotidie corriguntur, & se esse correctos, atque ab illa furiosa pernicie liberatos gratias agūt. Et qui oderant diligunt, molestasq; sibi fuisse saluberrimas leges, quantum in insania detestabantur, tantùm recepta sanitate gratulantur, & in residuos, cum quibus fuerant perituri, iam simili dilectione nobiscum ut pariter instemus ne illi pereant, excitantur. Molestus est enim & medicus furenti frenetico, & pater indisciplinato filio, ille ligando, ille cædendo, sed ambo diligendo. Si autem illos negligant & perire permittant, ista

Hæretici misericorditer cogūtur, & eripiuntur inuiti.

ista potius mansuetudo falsa, crudelis est. Si enim equus & mulus, quibus non est intellectus, morsibus & calcibus resistunt hominibus, à quibus eorum curanda uulnera contrectantur, & cum inter dentes eorũ & calces sæpe homines periclitentur, & aliqua uexentur, non tamẽ eos deserũt, donec per dolores & molestias medicinales reuocent ad salutem, quãto magis homo ab hoĩe, & frater à fratre, ne in æternũ pereat, non est deserendus, qui correctus intelligere potest, quãtum sibi præstabatur beneficiũ, quando se ꝑsecutionem ꝑpeti quereba tur? Sicut ergo apostolus dicit: Infatigabiles cũ tẽpus habemus operemur bonũ ad oẽs, qui possunt catholicorum præceptorum sermonibus, qui possunt catholicorũ principũ legibus, partim ꝑ eos qui diuinis admonitionibus, partim ꝑ eos qui iußis impialibus parent, oẽs ad salutẽ uocentur, omnes à pernicie reuocentur. Quia & imperatores, quando pro falsitate contra ueritatem, constituunt malas leges, probantur benè credentes, & coronantur perseuerantes. Quando autem pro ueritate contra falsitatem constituunt bonas leges, terrentur sæuientes, & corriguntur intelligẽtes. Quicunq; ergo legibus imperatorum, quæ cõtra ueritatẽ Gala. 6.

Dei feruntur, obtemperare non uult, acquirit grande præmium. Quicunque autem legibus imperatorum, quæ pro Dei ueritate feruntur, obtemperare non uult, acquirit grande supplicium. Nam & temporibus prophetarum, omnes reges qui in populo dei, non prohibuerũt, nec euerterunt, quæ contra Dei præcepta fuerant instituta, culpantur, & qui prohibuerũt & euerterunt, super aliorum merita laudãtur. Hactenus ille. Ex quibus omnibus intelligitis opinor, secundum sententiam S. Augustini, rectè & utiliter, legibus imperatorum & regũ (qui in hoc seruiunt domino) coerceri hæreticos, quemadmodum cum Donatistis factum fuisse commendat, propter magnam utilitatem inde prouenientem, multorum uidelicet conuersionem, qui prius querebant occasionem, sed nõ ita commodè inueniebant, aut quia seuitiam furentium metuebant, aut quia suos uerecundabantur offendere, aut quia illic sola à parentibus tradita consuetudine tenebantur, quã lem uerò causam ipsa hæresis haberet, nunquã antea cogitauerunt, nunquam quærere & considerare uoluerant, tamen mox ubi cœperunt aduertere, & nihil in ea dignum inuenire propter tanta damna paterentur, sine ulla difficultate

tate catholici facti sunt. Et licet plurimi simulando communicarent prius, & alij paucitate laterent, tamen illi qui simulabant, paulatim assuescendo, & prædicationem ueritatis audiendo, ex magna parte correcti sunt. Sed dicit fortasse quispiam: Vt donemus tibi hanc legum utilitatem, tantorum uidelicet populorum liberationem inde prouenientem nihilominus tamen interim plurimi pereunt, qui potius extremum amplectuntur supplicium, quàm abiuratis hæresibus catholicam profiteri uelint ueritatem. Sed huic respodebimus secundum sententiam S. Augustini, non esse metuendas mortes paucorum, in tantorum liberandorum populorum comparatione. Non enim fraterna dilectio, dum paucis pertinacibus & obstinatis metuit transitorios ignes, dimittere debet omnes, æternis ignibus gehennarum, neque tam multos, uel iam uolentes, uel postea non uolentes, per catholicam pacem ad uitam uenire perpetuam, relinquit in interitum sempiternum, cauendo ne quidam uoluntario moriantur interitu, qui uiuunt ad impedimentum salutis aliorum, quos nõ permittunt, secundum Christi doctrinam uiuere, ut eos doceant quocunque tempore, secundum consuetudinem doctrinæ diabolicæ,

Obiectio.

Solutio.

bolicæ ad eas, quæ in illis modò timentur, mortes uoluntarias festinare. Sed potius conseruat quos potest, etsi sponte pereant, quos conseruare non potest. Vt enim omnes uiuant ardenter exoptat, sed omnes ne pereant, plus laborat. Porrò licet S. pater in illa epistola loquatur de quibusdam, qui se offerebant percutiendos, aut si non inuenirent quem terrerent, ut eius gladio ferirentur, aut seseprecipitabant, aut ignibus gurgitibusq; donabant, & idcirco dicat eos uoluntario mortuos fuisse interitu, nihilominus tamen etiam ij uoluntario censendi sunt mori interitu, qui superba & pertinaci uoluntate præeligunt potius mortem, quàm uelint intellectum suum captiuare in obsequium fidei, & recantatis hæresibus, cum catholica sentire Ecclesia. Nam etsi sibiipsis manus non inferant uiolentas, sed aliorũ manibus moriantur, in hoc tamen sponte propria moriuntur, quod propria electione (nam hæresis ab electione dicitur, quòd scilicet id unusquisque eligat sibi, quod ei melius esse uideatur, ut ait Sanctus Hieronymus) talem sibi firmant ac statuunt sententiam mordicus ac pertinaciter defendendam, propter quam æquissimis ac iustissimis legibus

Excludit obiectionem.

Mors volũtaria quo rundam.

Hæretici iuste occiduntur.

bus extremo afficiuntur supplicio. Etenim si hi qui nummos adulterant, morte mulctantur, quid de illis statuendum censemus, qui fidem peruertere conantur? Si ueneficii secundum uigorem legum iustè damnantur, quare non hæretici, fidem & sacram scripturam inficientes & adulterantes? Sed ut ad propositum reuertamur, catholica mater Ecclesia, paucorum extermium pertinacium hominum, mori magis uolentium, quàm ORTHODOXAE & catholicæ auscultare & obaudire Ecclesiæ, postponit multorum saluti, & dolorem materni cordis lenit & sanat, tantorum liberatione populorum. Quid enim (inquit Augustinus) sentiendum est, de quibusdam paucis perditis, & innumerabili multitudine populorum liberatorum. Non enim uel tot sunt illi homines qui sua uoluntate pereunt, quot liberantur per illas leges ab illa pestifera æternaque pernicie, fundi, pagi, uici, castella, municipia, ciuitates. De qua re accomodam ibidem ponit similitudinem, quam (ne nimium prolixi simus) omittimus, illud postremo loco adijcientes, quod si aliter non meruit habere pacem domus Dauid, nisi Absalon filius eius in bello, quod contra

Hæretici iuste occiduntur.

patrem gerebat, fuisset extinctus quamuis magna cura mandauerit suis) ut eum quantum possent uiuum saluumque seruarent, & essent cui pœnitenti paternus affectus ignoscere, quid ei restitit, nisi perditum flere, & sui regni pace acquisita, suam mœstitiam consolari? Sic ergo catholica mater, bellantibus aduersus eam, quid aliud quàm filijs suis, quia utique ex ipsa magna arbore, quæ ramorum suorum porrecti one, toto orbe diffunditur, iste ramusculus fractus est, cum eos charitate parturiat ut redeant ad radicem, sine qua ueram uitam habere non possunt, si aliquorum perditione, cæteros tam multos collegit, præsertim quia isti non sicut Absalon casu bellico, sed spontaneo magis interitu pereunt, dolorem materni cordis lenit & sanat, tantorum liberatione populorum. Cæterùm quoniam ut plurimum omnes qui hac tempestate, & temporaliter & æternaliter perire malunt, quàm sanctam Catholicam & Orthodoxam fidem amplecti, peruersa dogmata (quæ obstinata & pertinaci mente defendunt) uerbo Dei, quod sacris literis comprehenditur, munire uidentur, id duntaxat uerbum Dei falso iactitantes, quod exertis uerbis & expreßis in sacris continetur scripturis,

omnes

omnes alias Apostolorum & Ecclesiæ traditiones, tanquam à uerbo Dei alienas reprobantes, idcirco operæprecium uisum fuit, præter ea quæ in præcedentibus libris, contra hoc falsum & ruinosum aduersariorum fundamentũ conscripsimus, etiam in hisce posterioribus, de uirtute uerbi Dei &c. quædam ex probatissimis patribus superaddere, ad demonstrandum non solùm esse uerbi Dei nomine censendum, quod apertis uerbis sacris continetur literis, uerùm etiam omne id sub definitione uerbi Dei comprehendi quod ad Ecclesiæ utilitatẽ à Deo reuelatum est. Quo patrum autoritate, demonstrato, ex eisdem ostendimus, quanta sit uirtus uerbi Dei, quàm uelox & fælix fuerit eiusdem progressus per uniuersum mundũ, quantumuis etiam magna & multa haberet obstacula, denique quàm Ecclesia (cui soli competit possessio scripturarum, & in qua sola est uerum ueri Dei uerbum) sit insuperabilis ac inuicta, & quàm casso ac inani labore tyranni & hæretici eam contenderint expugnare. Denique etiam hosce nostros labores uobis potẽtissimis & Christianissimis regibus (qui uerbum Dei iuxta interpretationem & intelligentiam catholicæ & orthodoxæ Ecclesiæ, à spiritu ueritatis

*ritatis semper directæ, & defenditis & promouetis( placuit dedicare, obsecrantes ut id quod simplici, pia, ac congratulatoria intentione fit, candido animo excipere uelitis, ac boni consulere. Valete. Coloniæ Agrippinæ ipso die S. Athanasij Episcopi & Confessoris, Anno salutis 1555.*

*5. Maij.*

F. IOAN.

# F. IOANNIS SLOTANI GEFFENSIS SACRAE THEologiæ Professoris, de verbi Dei virtute, & Ecclesiæ insuperabili potentia.

## Liber I.

## CAPVT PRIMVM.

DE virtute verbi Dei, ac illius fœlici progressu, & Ecclesiæ insuperabili ac inuicta potẽtia scripturus, patrocinium magistri Ecclesiæ, nimirum spiritus sancti, supplicibus votis exopto atque deposco, vt ipse suppeditare dignetur, quod vel meam memoriam, vel intelligentiam subterfugerit. Non enim tam ampla sermonis mihi est supellex, neq; mens tã profundæ intelligentiæ, neq; memoria tantæ tenacitatis, vt non maximis votis percupiam, sermonis nostri supellectilem augeri, mentis intelligentiam reddi

reddi perſpicatiorem,& memoriá longè tenaciorem.Et vt adſit(quod tamen omnino de me affirmare non poſſum) eloquentia plana,mens profunda, memoria tenax,omnia tamen otioſa ſunt, ſi non adſit ſpiritus ſanctus,vim ſuppeditans,docens & ſuggerens omnia. Huius itaque præſidio,ſuggeſtione, & directione confiſus, principiò docendũ erit,verbum Dei à Deo reuelatum,in quo conſiſtat, aut quid nomine verbi dei accipere debeamus,deinde probandum atque demonſtrandum, idem verbum Dei,per eius miniſtros ſufficienter ſemper eccleſiæ annunciatum,denique ipſam Eccleſiam Dei(quæ verbum iſtud ſibi prædicatum retinet, & per ſpiritus ſancti magiſterium,rectè & intelligit & interpretatur) vnà cum verbo ſuo eſſe inuictæ & inſuperabilis potentiæ.

## CAPVT II.

Verbum Dei quid.

PORrò ad cognoſcendum,quid nomine verbi Dei accipere debeamus,animaduertendum eſt, verbũ dei eſſe,quicquid ad Eccleſiæ vtilitatem, à

Deo

deo reuelatum est. Sub qua quidem definitione non solùm continentur canonicæ vtriusque testamenti scripturæ, verùm etiam traditiones sacrosanctæ, in quibus bona pars fidei cõsistit. Eneruat quoque hæc definitio aduersariorum definitionem, qua dicunt illud esse verbum dei, quod à deo reuelatum, & duntaxat sacris scripturis, expressis verbis demandatum est. Cæterùm vbi nostram hanc definitionem, stabilierimus, ac veram esse demonstrauerimus, eorum mox apparebit conuulsa ac prostrata. Porrò circa aduersariorum definitionem est obseruandum, non hoc continuò dei verbum esse censendum, quicquid verbum dei esse prætenditur, etiamsi in sacris literis contineatur. Nõ enim quod scriptum in libris canonicis reperitur, sed quod rectè & sanè in illis intellectum est, hoc verbum dei cẽsendum est. Scripturæ enim non in legendo, sed in intelligendo consistunt. Verùm de hoc alibi copiosius, nunc impleamus quod polliciti sumus.

Cap.

## IOANN. SLOT. GEF.

## CAPVT III.

ITaque verbum Dei diximus esse, quicquid à deo ad Ecclesiæ vtilitatem reuelatum est. Reuelatum autem esse à deo quæ prophetæ ad ecclesiæ vtilitatem vaticinati, coryphęus Apostolorum Petrus, testimonio suo confirmat, dicēs: Hoc primùm intelligentes, quòd omnis prophetia scripturæ, propria interpretatione non fit. Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed spiritu sancto inspirati, locuti sunt sancti Dei homines. Apostolus quoque Paulus, ea quæ prædicauit, non verbum hominum, sed verbū dei constanter asseuerauit, dicens: Ideo & nos gratias agimus deo sine intermissione, quoniam cùm accepissetis à nobis, verbum auditę dei, accepistis illud non vt verbum hominum, sed sicut est verè verbū dei, qui operatur in vobis, qui credidistis. Sed & Amos propheta nihil omnino dominum acturum prædicit, quod non prius reuelauerit prophetis suis. Quia non faciet (inquit) dominus Deus verbum, nisi reuelauerit secre-

2. Pet. 1.

2. Thes 2.

Amos 3.

secretum suum ad seruos suos prophetas. Ex quibus omnibus constat, dominum prius verbum suum reuelasse prophetis suis, qui reuelatione accepta, hominibus eandem denunciauerunt, & id quod vaticinati sunt, hoc accepisse eos à Deo. Reuelauit autem Deus verbum suum, & per prophetas suos & per verbum suũ, quod erat in principio apud Deum, & Deus erat, & caro factum est, & habitauit in nobis. Multifariè siquidem multisq; modis olim Deus loquẽs patribus in prophetis, nouissimè diebus istis loquutus est nobis in filio. Hic vnigenitus dei patris, quum in forma dei esset, exinaniuit semetipsum, & in similitudinem hominum factus, habitu inuentus est vt homo, vt adimpleret voluntatem patris sui, qui miserat eũ. Hic itaq; cœlestis doctor à deo missus, vt voluntatem dei hominibus insinuaret, duodecim elegit Apostolos, quibus dabat nosse mysteria regni dei, quum cæteris loqueretur in parabolis. His dictum est: Vos estis sal terræ: Vos estis lux mundi: Qui vos audit, me audit, & qui

Verbum suum per quos reuelauerit deus. Ioan 1.

Philip. 2.

Matt. 5. Luc. 10

Luc.10 qui vos ſpernit, me ſpernit. Qui autem me ſpernit, ſpernit eum qui miſit me. Amen dico vobis, quæcunque alligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cœlo: & quæcunque ſolueritis ſuper terrā, erunt ſoluta & in cœlo. Accipite ſpiritum ſanctum, quōrum remiſeritis peccata, remittūntur eis: & quorum retinueritis, retenta ſunt. His itaque electis apoſtolis ſuis plurima reuelauit, ac per ſemetipſum aperire dignatus eſt incarnatus filius dei, quæ alijs certa diſpenſatione abſcondit, quemadmodum ipſe in euangelio ait: Confiteor tibi pater domine cæli & terræ, quia abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis, ita pater, quoniā ſic fuit bene placitum ante te. Quàm pluri ma quoque eis contradidit atque commiſit, eoſque in multis docuit, quorum poſtmodum obliuionem acceperunt, neque niſi per ſugeſtionem ſpiritus ſancti, ad eorum memoriā reuocata ſunt. Multa item dicturus fuerat eis, quæ capere nondum poterant, quæ tamen accepto ſpiritu ſancto, plenè perfecteque

Matt 18. Ioan.20.

Matt.11

cogno-

cognouerunt. Vnde dixit eis: Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modò. Cum autem venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Et iterum: Paracletus autem spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia, quæcũque dixero vobis. Certum identidem ac euidens est, quemadmodum non omnia quæ Christus gesit conscripta sunt, sic neque omnia quæ docuit. Etenim si Euangelistæ non potuerunt omnia, quæ operatus est, siue quæ gesit, literis demandare, multo minus describere potuerunt omnia illius verba, quibus populos palam, & discipulos seorsum (vtpote quos ad magisterium totius Ecclesiæ, iam instituebat ac præparabat) edocuit. Profectò facilius quis, alicuius opera omnia, quàm verba describserit. Palam autem est Christi acta, non potuisse conscribi omnia, testante Ioanne apostolo & Euangelista, qui ait: Multa quidem & alia signa fecit Iesus in cõspectu discipulorum suorũ,

Ioan. 16.

Ioan. 14

*Scripta non sunt omnia Christi gesta & dogmata.*

Ioan. 20.

Ioan.21. quæ non sunt scripta in libro hoc. Et iterum: Sunt autem & alia multa, quæ fecit Iesus, quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundũ, capere posse eos, qui scribendi sunt libros.

## CAPVT IIII.

MAnifestum est itaq; Christum plurima & feciſſe & docuisse, q̃ nullis canonicis scripturis aut comprehensa sunt, aut comprehendi commodè potuerunt, quorum tñ bona pars fidelibus ad salutem necessaria est, quæ Apostoli à Christo viua voce acceperunt, & ipso mãdante gentibus (quas ad fidem prædicando conuerterunt) tradiderunt, quemadmodum ait: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, docentes eos seruare omnia, quæcunque mandaui vobis. Huc accedebat spiritus sancti magisterium, qui & docuit eos omnia quæ docerent & instituerent ad ædificationem credentium, & verba Christi, quæ iam memoriæ eorum exciderant, denuo suggesit. Hoc ergo magisterio edocti apostoli,

Matt.28.

Magisterium spiritus sancti

ſtoli, plurima fidelibus credenda & obſeruanda tradiderunt, quæ nullis ſcripturis commitere voluerunt, & per traditionẽ ad nos vſq; deuenerũt. De quibus apoſt. Paulus ſcribit, dicẽs: State & tenete traditiones quas didiciſtis, ſiue p̃ ſermonẽ, ſiue p̃ epiſtolã noſtram. Et alibi: Laudo (inquit) vos fratres, quòd per omnia mei memores eſtis, & ſicut tradidi vobis, p̃cepta mea tenetis. Huc ſpectat quod in eadem epiſtola, quum multa ſcripſiſſet Corinthijs de cœna domini, quia neceſſe non erat, vt omnem modum & ordinem, committeret epiſtolæ, cætera (inquit) quũ venero diſponam. Inde eſt etiam quod Paulus, quum perambularet Syriam & Ciliciam, confirmans eccleſias, p̃cipiebat cuſtodire p̃cepta Apoſtolorũ & ſeniorum. Vnde etiam diſcipulo ſuo Timotheo ſcribit, dicẽs: O Timothee depoſitũ cuſtodi, deuitãs p̃phanas vocũ nouitates, & oppoſitiones falſi nominis ſcientiæ. Quod verbum Tertullianus in libro de præſcrip. Hæreticorum de doctrina intelligit viua voce tradita. Traditiones

Traditionum autoritas.

2. Tim 2.

1. Cor. 11.

1. Cor. 15.

Actor. 15.

1. Tim. 6.

(inquit) per viuam vocem doctrinæ ec
cleſiaſticæ, appellabat Apoſtolus depo
ſitum. Cęterùm quoniam hæ ſacroſan-
ctæ traditiones partim à Chriſto, par-
tim à ſpiritu ſancto, apoſtolis ſunt reue
latæ ad vtilitatem Eccleſiæ, non immeritò ſub verbi dei definitione compre
henduntur, & corruit aduerſariorum
definitio, qua definiunt illud duntaxat
eſſe verbum Dei, quod à deo reuelatũ,
ſolis ſcripturis canonicis, exertis ver-
bis expreſſum eſt. Aduerſus quam licet
multa ſcripſerimus in eo libro, quẽ de
retinenda fide orthodoxa & catholica,
aduerſus hæreſes & ſectas, lib. 2. cap. 3.
& 4. conſcripſimus, tamen ne noſtram
ſententiam ſiue definitionem, hoc loco
nudis duntaxat verbis affirmaſſe videa
mur, quoniam in ore teſtium duorum
aut trium ſtat omne verbum, tres aut
quatuor pro noſtra ſentẽtia teſtes pro-
ducemus in medium.

## CAPVT V.

PRocedat itaque in medium Ter-
tullianus autor ſanè peruetuſtus, & expli-

explicet ſententiã ſuam. Is enim libro, cui titulum eſſe voluit, De corona militis, ſcribit in hæc verba: Etiam in traditionis obtentu, exigenda (inquis) autoritas ſcripta. Ergo quæramus, an & traditio non ſcripta, non debeat recipi? Planè negabimus recipiendam, ſi nulla exempla præiudicent aliarum obſeruationum, quas ſine vllius ſcripturæ inſtrumento, ſolius traditionis titulo, exinde conſuetudinis patrocinio vindicamus. Denique vt à baptiſmate ingrediar, aquam adituri, ibidem, ſed & aliquando prius in Eccleſia ſub antiſtitis manu conteſtamur nos renunciare diabolo, & pompæ, & angelis eius. De hinc ter mergitamur, amplius aliquid reſpõdentes, quàm dominus in Euangelio determinauit. Inde ſuſcepti, lactis & mellis concordiam præguſtamus. Ex quo ea die, lauachro quotidiano, per totam hebdomadam abſtinemus. Euchariſtiæ ſacramentum, & in tempore victus, & omnibus mandatum à domino etiam antelucanis cœtibus, nec de aliorum manu, quam præſidentium ſumimus.

Tertulliani teſtimonium de Traditionibus non ſcriptis

mimus. Oblationes pro defunctis, pro natalitijs, annua die facimus. Die dominico ieiunium nefas ducimus, vel de geniculis adorare. Eadem immunitate à die paſche in pentecoſtem vſq; gaudemus. Calicis aut panis etiam noſtri, aliquid decuti in terram, anxiè patimur. Ad omnem progreſſum atq; promotũ ad omnem aditum & exitum, ad veſtitũ & calceatum, ad lauachra ad menſas, ad lumina, ad cubilia, ad ſedilia, quacunq; nos conuerſatio exercet, frontem crucis ſignaculo terimus. Harum & aliarũ huiuſmodi diſciplinarum, ſi legem expoſtules ſcripturarum, nullam inuenies, traditio tibi prætenditur autrix, cõſuetudo confirmatrix, & fides obſeruatrix. Rationem traditioni, conſuetudini, fidei, patrocinaturã, aut ipſe perſpicies, aut ab aliquo, qui perſpexerit, diſces. Interim nonnullam eſſe credes, cui debeatur obſequium. Adijcio vnum ad huc exemplum, quatenus & de veteribus docere conueniant. Apud Iudæos tam ſolemne eſt fœminis eorum velamen capitis, vt inde noſcantur. Quæro

legem,

legem, Apostolum differo. Si Rebecca conspecto procul sponso velamen inuasit, priuatus pudor legem facere nō potuit, aut causæ suæ fecerit. Tegantur virgines solæ, & hoc nuptum venientes, nec antequam cognouerunt sponsas. Si & Susanna in iudicio reuelata, argumentum velatæ præstat, possum dicere, & hic velamen arbitrij fuit. Rea venerat erubescens de infamia sua, meritò abscondens decorem, vel quia timēs iam placere. Cæterùm in stadio mariti, nō putem velatam deambulasse, quæ placuit. Fuerit nunc velata semper. In ipsa quoq; legem habitus inquiro, vel in quacunque alia. Si legem nusquam reperio, sequitur vt traditio consuetudini morem hunc dederit, habiturum quandoq; Apostoli autoritatem ex interpretatione rationis. His igitur exemplis renunciatum erit, posse etiam non scriptam traditionem, in obseruatione defendi confirmatam consuetu- Consuetudinis vis.
dine, idonea teste probatæ tūc traditiōis ex perseuerantia obseruationis. Consuetudo autem etiā in ciuilibus rebus,

pro lege ſuſcipitur, cum deficit lex, nec differt ſcriptura an ratione conſiſtat, quando & legem ratio commẽdet. Porrò ſi lex ratione conſtat, lex erit omne iam quod ratione conſtiterit, à quocũque productum. An non putas omni fideli licere concipere & conſtituere, dũtaxat quod deo congruat, quod diſciplinæ conducat, quod ſaluti proficiat, dicente domino: Cur autem non & à vobiſipſis, quod iuſtum eſt iudicatis? vt non de iudicio tantùm, ſed de omni ſententia rerum examinandarum. Dicit & Apoſtolus: Si quid ignoratis, deus vobis reuelabit. Solitus & ipſe conſilium ſubminiſtrare, cùm præceptum domini non habebat, & quædam edicere à ſemetipſo, ſed & ipſe ſpiritum dei habẽs deductorem omnis veritatis. Itaq; conſilium & edictum eius, diuini iam præcepti inſtar obtinuit, de rationis diuinę patrocinio. Hãc nũc poſtula, ſaluo traditionis reſpectu, quocũq; traditore cẽſetur, nec autorẽ reſpicias, ſed autoritatem, & inprimis conſuetudinis ipſius, quæ propterea colenda eſt, ne non ſit ratio-

rationis interpres, vt si & hanc Deus dederit, tunc discas cur nam obseruanda sit tibi consuetudo. Hactenus ille.

## CAPVT VI.

SVccedat iam alius, & testimonium perhibeat veritati. Is erit Basilius magnus Cæsariensis quondam Episcopus, sanctitatis & eruditionis opinione celeberrimꝰ, qui in libro de spiritu sancto cap. 27. scribit in hæc verba: Dogmata quæ in Ecclesia prædicantur, quædam habemus è doctrina scripto prodita, quædam rursus ex traditione apostolorũ, in mysterio, id est, in occulto tradita recepimus. Quorum vtraque parẽ vim habent ad pietatem, nec his quisquam contradicit, quisquis sanè vel tenuiter expertus est, quæ sint iura ecclesiastica. Nam si consuetudines, quæ scripto proditę non sunt, tanquã haud multum habentes momenti conemur reijcere, imprudentes & ea damnabimus, quę in Euangelio necessaria ad salutem habentur, imò potius ipsam fidei prędicationem, ad nudum nomen contrahe-

Dogmata quædam habentur scripto prodita, quædam traditione

mus. Quod genus est, vt eius ꝙ primũ est & vulgatissimũ primo loco cõmemorẽ, vt signo crucis eos, qui spẽ collocarunt in Christũ, signemus, ꝙs scripto docuit vt ad orientẽ versi precemur, q̃ nos docuit scriptura? Inuocationis verba, quũ ostẽditur panis Eucharistiæ, & poculũ benedictionis quis sanctorũ in scripto nobis reliquit? Nec em̃ his contenti sumus, quę commemorat Apostolus aut Euangeliũ, verùm alia quoq; & ante & post dicimus, tanq̃ multũ habẽtia momenti ad mysteriũ, quæ ex traditione citra scriptũ accepimus. Cõsecramus aũt aquã baptismatis, & oleũ vnctionis, ꝓterea ipsum ꝙ baptismũ accipit, ex quib. scriptis. Nõne à tacita secretaq; traditiõe? Ipsam porrò Dei iniũctionẽ, ꝙs sermo scripto ꝓditus docuit? Iã ter immergi hominẽ, vnde est traditũ? Reliqua itẽ quæ fiunt in baptismo, veluti renũciare satanæ & angelis eius, ex qua scriptura habemus? Nónne ex priuata & arcana hac traditione? Nónne ex doctrina, quã patres nostri in silentio, qđ curiosos & otiosos submouet, seruarũt?

Pul-



Pulchrè q
norum ve
uari. Nam
initiatis, q
nam, publ
quid tand
ses, qui n
passus sit
phanos ex
Sed priora
Leuitas so
ministeric
caustomat
steriũ sace
ex oĩbus s
ne id quid
quotannis
horã, qua
propter n
stupore in
probè scie
tas & vnde
se contẽpt
tum est, q
iunctã esse
studium.

Pulchrè quidem illi, nimirũ docti arcanorum venerationem silentio conseruari. Nam quæ nec intueri fas est, non initiatis, qui conueniebat horũ doctrinam, publicitus circũferri scripto? Aut quid tandẽ sibi voluit magnus ille Moyses, qui non omnia quę erãt in templo, passus sit omnibus esse peruia, sed prophanos extra sacros cancellos statuit. Sed priora atria purioribus permittẽs, Leuitas solos dignos censuit, numinis ministerio, mactationes autem & holocaustomatũ oblationes, reliquũq; ministeriũ sacerdotibus assignauit, atq; vnũ ex oĩbus selectum in adita recepit, ac ne id quidem semp, sed vno tantũ die quotannis, rursus & huius diei certam horã, qua fas esset ingredi, p̃stituit, quo propter nouitatẽ & dissuetudinẽ, cum stupore intuerentur sancta sanctorum, probè sciens ꝑ sua sapientia, res vsu tritas & vndecũq; parabiles, expositas esse contẽptui, cæterùm ei quod sepositum est, quodq; rarũ est, huic natura cõiunctã esse summam admirationem ac studium. Ad eundem profectò modum

dum, & qui in primordijs Eccleſiæ certos ritus præſcripſerunt Apoſtoli & patres, in occulto ſilentioque myſterijs ſuam ſeruare dignitatem. Neq; enim omnino myſterium eſt, quod ad populares ac vulgares aures effertur. Hæc eſt ratio, quur quædam citra ſcriptum tradita ſunt, ne dogmatũ cognitio, propter aſſuetudinem, vulgo veniret in contẽptum. Aliud autẽ eſt dogma, aliud edictum. Nam dogmata ſilentur, edicta verò publicantur. Eſt autem ſilẽtij ſpecies etiam obſcuritas qua vtitur ſcriptura, mentem ad contemplationem dogmatum inhabilem exercens, idque ad vtilitatẽ in ſcripturis verſantium. Hanc ob cauſam omnes ſpectamus ad Orientem quum precamur, pauci tamen nouimus, quod id facientes antiquam requirimus patriã, videlicet paradiſum, quem conſeruat Deus in Eden ad Orientem. At in prima ſabbati, erecti perficimus deprecationes, ſed rationem nõ omnes nouimus. Nõ ſolùm enim quòd veluti ſimul cum Chriſto reſucitati, q̃ ſurſum ſunt quærere debemus, in die reſurre-

**Dogma quid.**

**Edictum quid.**

**Oramus ad oriente**

**Orauimus bimita die ſtantes.**

resurrectionis datæ nobis gratiæ stàndo precantes nosmetipsos commonenefacimus, sed quòd is dies videatur ali quo modo imago venturi seculi. Eoq; quum sit principium dierum non primus à Moyse, sed vnus appellatus est: Facta est (inquit) vespere & mane dies vnus, tanquam qui sæpe recurrat, vt vnus sit idem & octauus, vnum illum singularem ac verum octauum, cuius Psalmista alicubi in Psalmis meminit, per se significans, diem inquam post horum temporum statum nunquam finiendũ, ac vespere nescium, nec successori cedẽtem, hoc est, æternitatem, quæ nec finẽ habet, nec senium nouit. Necessarium igitur in hoc die ecclesia suos alumnos docet, stantes absoluere preces suas, vt assidua commonitione vitæ illius nunquam desituræ, nõ negligamus ad eam demigrationem parare viaticum. Quin & totum tempus vsque ad Pentecostẽ, admonitio est resurrectionis, quàm in illo seculo expectamus. Nam vnus ille & primus dies septies multiplicatus, septem sacræ Pentecostes hebdomadas ab sol- Genes. 1

ſoluit. A primo enim incipiens, in prin cipiũ deſinit, per ſimiles qui in medio intercedũt dies quinquagies euolutus. Vnde & æternitatem ſimilitudine re-fert, dum velut in motu circulari, ab ijſ-dẽ orſus ſignis, in eadẽ deſinit. In quo corporis erecto habitu p̃cari poti⁹ nos eccleſiæ ritus docuerunt, nimirũ per e-uidentẽ cõmonitionẽ, quaſi tranſferẽ tes mentem noſtrã, à p̃ſentibus ad futu ra. Inſuper & quoties genua flectimus, & rurſus erigimur, ipſo facto oſtendi-mus, q̃ ob peccatum in terram delapſi ſumus, & p̨ humanitatẽ eius qui creauit nos, in cœlum reuocati ſumus. Deficiet me dies, ſi Eccleſiæ myſteria citra ſcrip tum tradita, pergam recenſere. Omit-to cætera, ipſam fidei profeſsionem, qua credimus in patrẽ & filium & ſpi-ritum ſanctum, è quibus habemus ſcri-ptis? Etenim ſi quoniam ex baptiſmi traditione, iuxta pietatis congruentiã, vt baptizamur, ita credere debemus, ſi ſimilem baptiſmo profeſsionem exhi-bemus, concedant nobis, vt iuxta ean-dem conſequentiam, ſimiliter glorifi-

Oramus genua flectentes, & denuo erigentes,

cemus

cemus Deum, vt credimus. Quòd si glo rificandi modum, veluti scripto non traditum reijciunt, proferant nobis & fidei professionis, cæterorum quæ cõ memorauimus, probationem è sacris. Hæc ille- Diuus quoque Hilarius in libro contra Constantium Augustum qui non volebat verba dici quæ scripta non essent, sic scribit: Dic prius si re ctè dici putas: Nolo aduersum noua venena, nouas medicamentorum comparationes. Nolo aduersum nouos hostes, noua bella. Nolo aduersum nouas insidias, consilia recentia. Nouitates vocum, sed prophanas, deuitari iubet Apostolus.

## CAPVT VII.

DEniq; D. Augustinus epist. 118. ad Ianuariũ: Illa, inquit, quę nõ scripta, sed tradita custodimus, quæ quidem toto terrarum orbe obseruantur, datur intelligi, vel ab istis Apostolis, vel plenarijs concilijs (quorum est in ecclesia saluberrima autoritas) commendata atq; statuta retineri, sicut qđ dñi passio & resurrectio & ascensio in cœ-

in cœlum,& aduentus de cœlo ſpiritus ſancti,anniuerſaria celebritate celeban tur,& ſi quid aliud tale occurrerit, ꝙ ſeruatur ab vniuerſis,quacunque ſe dif fundat eccleſia.Et iterum ibidem:Si di uinæ(ait ) ſcripturæ præſcribit autori-tas,non eſt dubitandum quin ita facere debeamus vt legimus,vt iam non quo-modo faciendum,ſed quomodo ſacra-mentum intelligẽdum ſit diſputemus. Similiter etiam ſi quid horum, tota die per orbem frequẽtat eccleſia.Nam hoc quin ita faciẽdum ſit diſputare,inſolen tiſsimæ inſaniæ eſt.Hactenus ille.Cum hunc librum primo conſcriberemus ſa tis eſſe videbatur nobis,ſi in ore duorũ vel trium teſtium contenti eſſemus,ſed nunc propter quoſdam qui ſuis cauilla tionibus omnia eludunt plures placuit adducere in teſtimonium veritatis.Ita-que Dionyſius Areopagita ſanctiſsimi apoſtoli Pauli diſcipulus cap.1. Eccleſ. Hierarchiæ ita ſcribit:Subſtantia ſacer dotij noſtri,ſcriptura ſacra eſt,nobis di uinitus tradita.Porrò huiuſmodi plena venerationis eloquia dicimus:quæq; à

beatiſ

beatissimis patribus nostris (à quibus sacris mysterijs imbuti sumus) in sanctis ac theologicis commendata sunt libris. Ac p̃terea, quęq; ab eisdem sanctissimis viris, sacratiore & purgatiore & propinqua quodammodo, cælesti hierarchię doctrina, sancti duces ac pręceptores nostri didicerunt, & ex animo in animum (medio intercurrente verbo, corporali quidem, sed quod carnis penitus excedat sensum) sine literis transfusa sunt. Et ipsi quoq; sanctissimi principes nostri, dum sacra publicè agenda instituerunt, non apertis & patulis sensibus, sed signis augustioribus tradiderũt. Est enim non omnis sanctus, neq; omnium scientia est, vt sacra testantur eloquia. Necessario itaq; primi illi nostri sacerdotalis muneris duces, cum ex summa, supersubstantialiq; deitate, ipsius sancti muneris plenitudinem percepissent, & idipsum deinceps proferre & propagare, à diuina bonitate missi essent, ipsiq́ue (vt qui transfissent in deum) posteros ad diuina prouehere affatim cuperent, visibilibus signis, cœle-

stia sacramenta texerunt, varietateque ac multitudine, quod vnicum est et collectum tradiderunt. Et in humanis imaginibus res diuinas, materialibusq; figuris, spiritualium maiestatem, atque in ijs quæ nobis sunt familiaria, summa illa & supersubstãtialia, partim scriptis, partim nõ scriptis institutionibus suis (iuxta quod sacræ definiunt leges) nobis tradiderunt, etc.. Sanctus Ignatius beatissimi Apostoli Ioannis discipulus, cũ p Asiam (vt scribit Eusebius libro 3. Ecclesiasticæ historiæ capite 36.) sub custodia nauigaret, singulas quasque digrediens ciuitates, Ecclesiæ populos Euangelicis cohortationibus edocebat in fide persistere, et obseruare se ab hæreticorum contagijs, qui tunc primùm copiosius cœperant pullulare, et vt diligentius ac tenacius, Apostolorũ traditionib. inhærerent, quas traditiones cautelæ gratia, et ne quid apud posteros remaneret incerti, etiam scriptas se afferit reliquisse. Sed dolendum et deplorandum est valde, quòd interciderint. Irenæus vici-

vicinus apostolorum temporibus (vtpote qui fortissimum martyrem Polycarpum sanctissimi Ioannis Apostoli discipulum audiuit et vidit) libro tertio aduersus hæreses capite tertio, postquam Episcoporum successionē in Romana Ecclesia enumerasset, ita inquit: Hac ordinatióe et successione, ea quæ est ab Apostolis, in Ecclesia traditio, et veritatis præconatio, peruenit vsq; ad nos. Et est plenissima hęc ostensio, vnam et eandē viuificatricē fidē esse, quæ in Ecclesia ab Apostolis, vsque nunc sit conseruata, et tradita in veritate. Et Polycarpus docuit semper, quæ ab apostolis didicerat, quæ et Ecclesiæ tradidit, et sola sunt vera, etc. S. Cyprianus martyr et Episcopus celeberrimus, li. 2. epist. 3. ad Cæciliū, docet calicē q in cōmemorationē Christi offertur, nec rectè cū aqua sine vino offerri, nec vinū absq; aqua iuxta Chri traditionē offerri posse, affirmatq; et hoc per traditionem, Christum dnm et Deum huius sacrificij doctorē et autorē, hoc ipsū feciſſe et docuisse. Et

in ſerm. de ablutione pedũ diſertis verbis dicit, non minus ratum eſſe quod dicitur ſancto ſpiritu ſancto apoſtoli tradiderunt, quàm quod ipſe (videlicet Chriſtus) tradidit, & in ſui commemorationem fieri præcepit. Origenes homi. 29. in Matthæũ de hæreticis loquens: Quo ties, inquit, canonicas proferunt ſcripturas, quibus omnis Chriſtianus conſentit & credit, videntur dicere: Ecce in domibus verbum eſt veritatis. Sed nos illis credere non debemus, nec exire à prima Eccleſiaſtica traditione, nec aliter credere, niſi quemadmodum per ſucceſsionem Eccleſiæ Dei tradiderũt nobis. Et in præfatione in lib. periar. dicit: Illa ſola credenda eſt veritas, quæ in nullo, ab Eccleſiaſtica diſcordat traditione. Athanaſius in lib. de incar. verbi Dei: Qui q̃ vltra vires, inquit, ſunt, indagat, in præcipiti conſiſtit. Qui verò Traditionibus inhæret, extra periculum verſatur. Hieronymus aduerſus Luciferianos ſcribit, multa quæ per traditionem in Eccleſijs obſeruantur, auctoritatem ſibi ſcriptæ legis vſurpaſſe.

Epi-

Epiphanius aduersus hæresim 61. Oportet, inquit, & Traditione vti. Non enim omnia à diuina scriptura accipi possũt. Quapropter aliqua in scripturis, aliqua in Traditione, sancti apostoli tradiderunt, quemadmodum dicit S. Apostolus: Sicut tradidi vobis. Et alibi: Sic doceo, & sic tradidi in Ecclesijs. Et: Si continetis, nisi frustra credidistis. Vincentius Lirinensis in aureo suo libro aduersus prophan. voc. no. docet fidem duplici modo esse inueniendam. Primo diuinæ scilicet legis autoritate, tum deinde Ecclesię catholicæ Traditione. Ex quibus omnibus constat, quantum hi patres traditionibus Ecclesiasticis tribuerint. Quum itaque verbum Dei sit quicquid ad Ecclesiæ vtilitatem à Deo reuelatum est, & quàm plurima sint à Deo, ad Ecclesiæ vtilitatem reuelata, quæ apertis verbis in sacris haud continentur literis, constat errare eos, qui affirmant solùm esse verbum Dei, quod à Deo reuelatum dũtaxat canonicis scripturis exertis verbis demandatum est.

## IOANN. SLOT. GEF CAPVT VIII.

Voluntatis suæ arcanū, nullo vnquā tempore Deus mortalibus insinuare destitit,

Matt. 20

PORro per verbum suum, Deus sanctissimæ voluntatis suę arcanum, miseris mortalib⁹ aperire dignatus est. Quod vt quam commodissimè faceret, ad id muneris nullo vnquam tempore, tremēdę suę maiestatis legatos, destinare omisit, qui ea quæ Ecclesiæ suæ ad salutem necessaria essent, exponerēt. Huic rei ipsa veritas in Euangelio eiusce-modi parabola testimonium perhibet dicens: Simile est regnum cœlorum homini patrifamilias, qui exijt primo mane conducere operarios in vineam suam. Conuentione autem facta cum operarijs ex denario diurno, misit eos in vineam suam. Et egressus circa horā tertiam, vidit alios stantes in foro otiosos, et dixit illis: Ite et vos in vineam meam, et quod iustum fuerit dabo vobis. Illi autem abierunt. Iterum autem abijt circa sextam et nonam horam, et fecit similiter. Circa vndecimam verò exijt, et inuenit alios stantes, et dicit eis: Quid hic statis tota die otiosi? Dicūt ei: Quia nemo nos conduxit. Dicit illis:

illis: Ite et vos in vineam meam. Iſte paterfamilias, Deus pater eſt, cui ſeruit omnis creatura, cuius eſt terra et plenitudo eius, qui habet vineam vniuerſam, ſcilicet Eccleſiam, quæ ab Abel iuſto, vſque ad vltimnm electum, quī in fine mundi naſciturus eſt, quot ſanctos protulit, quaſi tot palmites miſit, vt ſanctus Gregorius exponit. Hic ergo paterfamilias ad excolendam vineam ſuam, mane, hora tertia, ſexta, nona & vndecima, operarios conducit, quia à mundi initio vſque ad finem, ad erudiendam plebem fidelium, prædicatores congregare non deſtitit. Mane etenim mundi fuit ab Adam vſque ad Noe. Hora verò tertia, à Noe vſque ad Abraham. Sexta quoque, ad Abraham vſque ad Moyſen. Nona autem, à Moyſe vſque ad aduentum domini. Vndecima verò, ab aduentu domini, vſque ad finē mūdi, in qua prædicatores ſancti Apoſtoli miſſi ſunt. Ad erudiendā ergo dominus plebem ſuā, quaſi ad excolēdam vineam ſuam, nullo tēpore deſtitit operarios mittere, quia & prius

per patres,& postmodum per legis doctores & prophetas,ad extremum verò per apostolos, dum plebis suæ mores excoluit, quasi per operarios in vineę suæ cultura laborauit.Hæc ille.

## CAPVT IX.

Ephe 4 Apostolorum successores in cultura vineæ domini qui sint

PORRÒ apostolis successerunt pastores & doctores, de quibus Paulus ait:Christus dedit quosdam quidem apostolos, quosdam autem prophetas,alios verò Euangelistas, alios autem pastores & doctores , ad consummationẽ sanctorum,in opus ministerij,in ædificationem corporis Christi, donec occurramus omnes in vnitatem fidei,& agnitionis filij Dei,in virum perfectũ, in mensuram ætatis plenitudinis Christi,vt iam non simus paruuli fluctuantes, & circunferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum,in astutia, ad circumuentionem erroris. Quibus planè verbis sanctus Apostolus hos pastor es & doctores ac cæteros dicit esse inst itutos in opus ministerij in ædificatio nem corporis Christi, id est, vt fidelibus

libus verba salutis administrent, & ecclesiã Christi, verbo spiritus ædificent. Cum autem dicit: Donec occurramus omnes in vnitatem fidei, & agnitionis filij Dei, in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi, docet institutum istud, non solùm ad apostolorum tempora spectare, verùm etiam ad finem vsque seculi perduraturum, nempe donec occurramus omnes, &c. Cæterùm quis scopus est huius instituti, quem prospexit Christus hęc instituens? Vt iam non simus (inquit) paruuli fluctuantes, & circumferamur omni vẽto doctrinæ &c. Hæc etenim causa est, cur pastores & doctores, cæteriqúe ministri dati sint Ecclesiæ, & vsque in finem mundi dabuntur, ne fideles sint sicut paruuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ, sed potius per eorum prædicationem, & in fide cõtineantur stabiles, & in opere inueniantur efficaces. Vides ergo quàm vigilanti studio, & quã paterna sollicitudine, electæ Ecclesiæ suæ erudiendæ, nullo non tempore, doctores quasi operarios

vineę ſuæ, deſtinãdo intendit, & quod hactenus fecit, idipſum facturus ſit vſque ad finem mundi.

## CAPVT X.

**Eccleſia nunquam eſt à Deo derelicta.**

CAecutiunt proinde quaſi in meridiana luce, qui blaſphemantes dicere audent, per multa retroacti temporis ſecula, Eccleſiam à Deo in erroribus fuiſſe derelictam, donec tandẽ hęreſiarcha noſtri temporis, cum ſuis deteſtandis aſſeclis, in mediũ proſiliſſet. Quod quàm ſit ridiculum, quamq́; vanum, tædet oſtendere, niſi eſſent quos nõ puderet hoc credere atq; aſſerere. Si quidem Eccleſia regitur magiſterio ſpiritus ſancti, qui non ſinit eã errare, ſed in rebus dubijs et ambiguis erudit eã.

**Ioan. 14.** Paracletus ſpiritus ſanctus (inquit Chriſtus ipſa veritas) quem pater mittet in nomine meo, illevos docebit oĩa, et ſuggeret vobis oĩa quæcũq; dixero vobis.

**Ioan. 15.** & iterũ: Cũ venerit paracletus, quẽ ego mittã vob. à patre, ſpiritũ veritatis qui à patre procedit, ille teſtimoniũ perhibebit de me. Et cum venerit ille ſpiritus

tus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Et: Ego rogabo patrem, et alium paracletum dabit vobis, vt maneat vobiscum in æternum, spiritum veritatis quem mundus nõ potest accipere. Sed dicis: Ista verba Christus Apostolis suis loquutus est et pollicitus, qui tum præsentes erant, nihil ergo ad nos. Fatemur quidem Christum ista verba Apostolis (qui tum præsentes erant) esse loquutum et pollicitum, sed non illis solis qui tum præsentes aderant, verùm etiam alijs absentibus, credituris tamen in Christum, quibus etsi corporaliter ista verba non fuerit loquutus, nihilominus tamen promissionem hãc exhibuit, et exhibebit posit futuris vsque ad finem sæculi. Paulus siquidem tunc non aderat, quippe qui nõ dum fuerat conuersus, et tamen is in epistola ad Timotheum dicit: Spiritus manifestè dicit, quia in nouissimis temporibus discedent quidam à fide etc. Non solùm itaque propter Apostolos, qui tũ præsentes erant, sed propter omnes Christianos, quotquot essent futuri,

Ioan. 16

Obiectio

Solutio

Non solis apostolis promisit Christus magisterium spiritus sancti.

1. Tim 4.

turi, quamdiu militat hic in terris Eccle
sia, pollicitationes has à Christo fuisse fa
ctas perspicuum est. Docet ergo spiri-
tus iste veritatis, qui manet nobiscum
in æternum, Ecclesiam in cunctis, quæ
2. Tim. 3 ad fidei necessitatem attinent. Quo fit,
vt propter perpetuam huius spiritꝰ præ
sentiam, Ecclesia apud Paulum, colum-
na dicatur & firmamẽtũ veritatis, nimi-
rum quòd hoc spiritu veritatis tam soli
dè fulciatur, vt nequeat errare in his q̃
ad dogmatũ veritatem spectãt. Noner
go potuit promissio domini, tanta per
ętatum interualla differri, nec spiritus il
le veritatis, quem mundus impiorũ nó
potest accipere, ita septiformem illã do
norum suorum continuit largitatẽ, vt
tot Ecclesię generationes, sapientia &
intellectu, consilio & fortitudine, scien
tia & pietate, atq; ipso Dei timore frau-
daret, donec prodigiosus turpium men
daciorum, & falsorum dogmatum signi
fer nasceretur, cui nec hoc quidem tri-
bui potest, quòd perexiguam diuinę in
spirationis acceperit portionem, quoni
am & hic de illa mundi extitit parte, q̃
non

non potest spiritum veritatis accipere. Repletus enim spiritu diaboli, spiritui restitit Christi. Nulli ergo suadeatur, q̃ veritatis subuersorum, spiritus sanctus aliqua ex parte dignatus sit. Nihil ad istum prorsus, de illa virtute peruenit, quam Ecclesiæ suæ Christus promisit & misit.

## DE VERBI DEI VIRtute, & Ecclesiæ insuperabili potentia.

### LIBER SECVNDVS.
### Caput primum.

POsteaquam præcedenti libro ostendimus, verbũ Dei à Deo reuelatum, & per Dei ministros sufficienter semper Ecclesiæ fuisse annunciatum, iam demum de ipsa Ecclesia Dei (quæ verbum Dei sibi p̃dicatum

dicatum retinet, & quæ ſpiritus ſancti magiſterium, rectè et intelligit & interpretatur) diſſerendum erit quomodo vnà cum verbo ſuo, ſit inuictæ atq; inſuperabilis potentię. Porrò diuini verbi virtutem ſaluator noſter in Euangelio ſatis expreſsit, quando ait: Nolite arbitrari, quia venerim pacem mittere in terram. Non veni pacē mittere ſed gladium. Veni enim ſeparare hominem aduerſus patrē ſuū, & filiam aduerſus matrem ſuam, et nurum aduerſus ſocrum ſuam. Miſit enim dñs ſeparationis gladium inter illos, id eſt, verbum veritatis. Iſte eſt gladius bis acutus, ex vna q- dē parte bonos ab errore præcidens ex altera autem parte malos ab excuſatione, vt nec bonos ignorantia perdat, nec malos excuſet, vt et boni cognita veritate, cum ſecuti fuerint veritatem, cum iudicio et iuſticia ſaluentur, et mali cū veritate cognita, ſeceſſerint à veritate cum iudicio et iuſtitia puniantur. Hoc gladio dominus ſeparauit bonum à malo, vt et bonum ſeparatum à malo ſurgat, et malum ſeparatum à bono cadat.

Verbi Dei virtus quā ta ſit. Matt 10.

Verbum Dei gladius eſt bis acutus.

O mi-

O mira virtus gladij ſeparantis, cuì nõ ſolùm coniunctio extraneorum reſiſtere non poteſt, quos amicitia voluntaria iungit, ſed nec ipſa dilectio violẽta naturæ carnalis. Et ideo non ſolùm illos ſeparat, qui dilectione coniuncti ſunt & natura diſiuncti, ſed etiam illos, quos carnalis neceſsitas, dulcibus vinculis alligauit. Hoc autem obſeruandũ eſt, quoniam quos ſeparat Chriſtus, fideles ſunt, à quibus ſeparat, infideles. Huius quoque virtutem gladij, id eſt, verbi Dei, Apoſt. Paul. in Epiſt. ad Hebræos expreſsit, dicens: Viuus eſt ſermo Dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vſque ad diuiſionem animæ ac ſpiritus, compagũ quoq; ac medullarũ, & diſcretor cogitationũ & intentionũ cordis. De hac verbi Dei virtute dñs per Hieremiam loquitur, dicens: Nunq̃d non verba mea ſunt quaſi ignis, dicit dominus, & quaſi malleus conterens petrã? Per Eſaiam quoq; efficaciam eius ac velocem progreſſum aperuit, dicens: Quõ deſcendit imber & nix de cœlo, & illuc

Heb. 4.

Hier 23

Eſai 55

vltra

vltra non reuertitur, sed inebriat terrá & infundit eam, & germinare eam facit, & dat semen serenti, & panem comedéti, sic erit verbum meum quod egredietur de ore meo. Non reuertetur ad me vacuum, sed faciet quæcunque volui, & prosperabitur in his ad quæ misi illud. Vnde Psalmista: Qui emittit, inquit, eloquium suum terræ, velociter currit sermo eius. Tanta enim vis est verbi diuini, vt illud nulla humana aut diabolica potentia aduersus propositú Dei impedire possit, quin prosperetur in his ad quæ mittitur à Deo. Cælum, inquit Christus, & terra transibunt, verba autẽ mea non transibũt. Vnde Chrysostomus: Adeò, inquit, impossibile est vt intercidat vel vnum verborũ quod ab eo dictum, imò citius peribit cœlũ & terra, quàm aliquod verbum in prophetia falsò dictum coargui possit. Propter quod & ipse, antequam res fieret, hoc ipsum declarans de dictis suis ita manifestè affirmauit: Cœlum & terra, &c. Et meritò, nã licet verba sint, sunt tamen verba Dei, & per quæ res condú tur,

Psal 147.

Luc. 21.

In libro q Christus sit Deus.

tur, sic cœlum fecit, & sic angelorum multitudines, sic alias inuisibiles potestates. Quod manifestum faciens Propheta, dicebat: Dixit, & facta sunt, mandauit, & creata sunt. De omni simul creatura, tam quæ supra, quàm quæ infra nos, tam sensibili, quàm intellectuali, tã corporea, quàm incorporea, ea pronuncians.

## CAPVT II.

ET vt discas ineffabilem potentiã verbi Dei, ad memoriam reuocato, & bene tecum expende, quot & quales fuerint, qui olim molestias, tribulationes & persequutiones grauissimas intulerunt huius verbi sacratissimi cõfessoribus pijs, baiulis & prædicatoribus sanctis, & quomodo nihil penitus profecerint, imò non solùm non impedire potuerint, verùm etiam infestatione sua, magis verbi gloriam illustrarũt. Cum enim tales, qui persequuti sũt, tãti qui insidiati fuerunt, & reges & tyranni & populi seditiosi, & omnia fecerint, vt extinguerent scintillam verbi Dei, per insidiatores, & per eos qui vetare

Verbum Dei persecutione tyrannorũ factum est illustrius.

volebant, denique per immanitatẽ tormentorum, quibus verbi professores & pręcones compescere contendebãt, tanta tamen pietatis flamma erupit, ita nitor ac splendor verbi Dei emicuit, vt totum orbem & habitatum & inhabitatum, breui temporis spatio inuaserit, Indos penetrans, Scythas illuminãs, Aethiopes purificans. Et quod admirabile ac stupore plenum est, ipsa effera barbarorum corda demulsit & placida fecit pietatis sermo, didiceruntq; philosophari, & abiecta pristina consuetudine, ad pietatem translati sunt. Et, vt magis admireris, non hoc factũ est per potentes aut sapientes huius mundi, sed per piscatores illiteratos & idiotas, qui prius quidem os aperire non audebãt, sed quum essent confirmati virtute ex alto, per verbũ Dei orbem vniuersum ad Christum conuerterunt. Nam quòd illiterati isti & idiotæ & piscatores, philosophorum obturauerunt ora, & transcurrerunt orbem quasi allati seminantes veritatis sermonem, & neque quòd pauci essent, neq; quòd priuati & illiterati

rati, neque quòd auſtera & inſolita docerent, neq; quòd veteri conſuetudine humanum genus præuentum eſſet, obſtaculo eis eſſe non potuit, præuia gratia Chriſti factum eſt, ita vt per ipſa obſtacula, maiorem acciperent alacritatem. Totum ergo tribuendum eſt diuinæ gratiæ, quæ confirmauit & inſtruxit illorum alacritatem. Vnde meritò ab hoc ipſarum rerum euentu, facile intelligere poſſumus, quàm ineffabilis ſit Chriſti virtus, qui & iſta prædixit, & non aliter quàm prædixerat, ad impleuit. Simile eſt regnum cælorum (inquit) grano ſinapis, quod accipiens homo ſeminauit in agro ſuo. Quod minimum quidem eſt omnibus ſeminibus. Cum autem creuerit maius eſt omnibus oleribus, & fit arbor, ita vt volucres cœli veniant, & habitent in ramis eius. Iterũ ſimile eſt regnum cælorum fermento, quod acceptum mulier abſcondit in farinæ ſatis tribus, donec fermentatum eſt totũ. Quib. duabus parabolis oſtendere voluit, magnã euangelij virtutem, q̃ omnino totũ orbem

Matt. 13 Euangelij magna eſt vis.

terrarum erat superatura. Sicut em̃ granum sinapis extenditur atq; propagatur, & sicut fermentum superat, sic magna est prædicationis virtus quę per vniuersum orbem omnino coruscatura erat vt Chrys. exponit. Imbecilliores em̃ cæteris oĩbus, atq; minores erant Apostoli, verũ quia in ipsis magna erat virtus, fama eorum vbiq; terrarum clarui it. Quod virtute Christi factum est, qui huic fermento, tantam virtutem imposuit, & multitudini hominũ ita credẽtes immiscuit, vt infideles fidei credentiũ adhærerent. Et quemadmodum fauilla cum in arida ligna inciderit, in flammã ipsa conuertit, quæ vi sua deinde vel viridia ligna facile incendit, eodẽ quoque modo prædicatio.

Prædicationis virtus.

## CAPVT III.

SAnctus Chrysostomus plerumque multa scribit de hac re, maximè autem in eo libro, quem aduersus gentes conscripsit. Quòd Christus sit Deus. Ne transcurrasobiter, inquit, sed consi dera & tecum cogita, quid sit in tã bredera & tecum cogita, quid sit in tã brevi tempore, omnem sub sole terram, tã-

tis

tis Eccleſijs impleri, tantas gentes ad fidem transferri, populos perſuaderi, vt patrias leges irritent, conſuetudinē ſtabilitam & radicatam reuellant, altaria & templa, & ſtatuas, & ſacrificia, & prophana feſta, & immundum odorem, ſicut fumum aliquem aboleant, & excitent altaria vbique gentium, in regione Romanorum, Perſarum, Schitarum, Maurorum, Indorum, & vltra orbem noſtrum. Nam Britannicæ inſulæ, extra hoc mare ſitæ, & quæ in ipſo Oceano ſunt, virtutem verbi ſenſerunt (ſunt enim etiam illic fundatæ eccleſiæ, & erecta altaria) illius (inquam) verbi, quod tunc dictum, & quod in omnium animabus, inquam omnium labijs plantatum, nimirum quod Chriſtus prædixit: Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. Vt & omnis (vt dicitur) terrra ſpinis plena, repurgata, factusq; purus ager, ſemina pietatis ſuſcepit. Magna res foret, & excellenter magnæ diuinæque virtutis, etiã ſi nemo interturbaret, eſſetq; pax ſum-

Verbi Dei ſuſcipiendi quanta fuerit difficultas Matt. 16.

ma, & multis simul adnitentibus, & reluctante nullo, posse intra tam breue tẽpus totum orbem à consuetudine sua mala, qua præoccupatus fuit liberari, & ad aliam induci. Verùm hoc multo maius, quòd non solùm in aliam inducitur, sed in multo difficiliorem.

## CAPVT IIII.

NOn solùm enim diuersa consuetudo erat, sed & voluptate firmata. Duo violenta. Quæ enim acceperat à patribus, auis, & proauis, alijsque superioribus progenitoribus, philosophis & rhetoribus, ea respuere docebatur, qd' sanè difficillimũ erat. At difficilius, nouã accipe consuetudinẽ, q̃ nuper irrepserat, illamque valde laboriosam. Abduxit enim Christus à voluptate, et induxit ad ieiunium abduxit ab amore opum, & induxit ad amorem paupertatis, abduxit à luxu, & induxit ad temperantiam, abduxit ab ira, induxit ad mansuetudinem, abduxit ab inuidia & induxit ad benignitatem, abduxit à via lata & spatiosa, et induxit in angustã

&

& arctam et præruptam, et induxit assuetos viæ latæ. Neque enim alios homines extra mũdi huius consuetudinẽ viuentes assumpsit, sed illos ipsos qui in talibus vitijs computruerant, & luto molliores erant, iussit vt angustam & arctam viam, asperamque illam & duram ambularent. Et persuasit eis. Quot autem persuasit? Non duobus, vel decẽ, vel viginti, vel centum, sed omnibus fermè sub sole habitantibus. Et per quos persuasit? Per viros vndecim illiteratos, priuatos, ineloquentes, obscuros, pauperes, patria, facultatibus, robore corporis, præcellentia glorię, dignitate progenitorum, vehementia rherorices, eminentia scientię carentes, per pelliones, per barbaros. Neq; enim eadem illis et auditoribus vox, sed extraneum planè et peregrinum sermonem à linguis eorum, quibus prędicabant sortiti erant Hebraicum dico. Atque per hosce ædificauit Ecclesiam hanc, quæ à finibus vsque ad fines extenta est.

## IOANN. SLOT. GEF.
## CAPVT V.

NEq; hoc ſolùm mirabile, quòd priuati & pauperes illi & parui & ignobiles & illiterati & viles & exoti-ci ſermonis & cõtemptibiles, totius or bis correctionem attentarunt, ſed & ꝙ ad lõgè difficiliora opera, ipſum duce-re iuſſi, nõ hoc in pace fecerunt, ſed infi nitis bellis hinc inde excitatis. Nam in vnaquaq; gente & ciuitate, & quid dico gente & ciuitate? in ſingulis domibus gerebatur bellum. Radicata enim hac doctrina, & puerum ſępe à patre diuiſit, & nuptam à ſocru: & fratrem à fratre et ſeruum à domino et ſubditum à princi-pe & virum à muliere et patrẽ à pueris (neq; eñ ſimul omnes crediderũt) ad hęc quotidianas inimicitias, continua bella, multaſq; ipſis mortes attulit. Et fe cit vt Apoſtolos quaſi communes ho-ſtes & inimicos pleriq; auerſarẽtur abi-gerentq́; eos à ſe omnes, reges, prĩcipes, priuati, liberi, ſerui, populi, vrbes, & nõ ſolùm ipſos, ſed et (quod grauius) noui-tios in fide, & eos qui ab ipſis inſtruebã tur. Eodem enim bello premebantur, & diſ-

& discipuli & magistri. Videbatur em̃ doctrina præceptis regijs & consuetudini & patrijs moribus aduersari, quandoquidem adhortabantur ab idolis abstinendum esse, despectui habenda altaria, quæ patres progenitoresq; ipsorum coluerant, desistendũ à prophanis præceptis, ridendas solennitates, respuenda sacrificia, quæ illis maximè horribilia & formidabilia videbantur, pro quibus & animas exposuissent potius, quã vt intelligerent ea, quæ ab illis dicebantur, & crederent in natum ex Maria, & crucifixum & ductum ad tribunal prẽsidis, consputum, & infinita alia passum, eum qui mortem maledictã sustinuit, qui sepultus, quiq́ue resurrexit. Et quę ad passionem pertinebãt, omnibus manifesta erant, vtpote flagella, colaphi, alapę, sputa, crux, irrisio, ꝓbra, quæ omnes in eum iactabant, & sepultura, quæ partim beneficij loco erat, at resurrectio non item. Nam resurgens solis discipulis apparuit. Veruntamen & eam dicendo persuaserunt, sicq́ue ecclesiã ædificauerunt. Quo pacto & qua ratiõe?

Virtute eius qui iusit, ille enim præui-
Ecclesiam qua ratione ædificauerint apostoli,
us omnia faciebat, reddens etiam facilia, quæ dura. Nisi enim diuina quædam virtus effecisset, nequaquam hæc vel principium vel præludium accepisset. Quo enim modo ille dixit: Fiat cœlum, & monstrauit opus, fundatur terra, & illius substantia producta est, fulgeat sol, & indicauit astrum, omniaque verbo operatus est, eodem modo idem & Ecclesias illas plantauit. Et verbum hoc, Aedificabo ecclesiam meam, hæc omnia operatum est. Illa verba Dei condiderunt opera tam admirabilia, & quę nemo expectasset. Nam sicut cum dixit: Germinet terra herbam fœni, & omnia mox hortus erant, & omnia pratum, terraq; mandatum suscipiens, infinitis ornabatur plantis. Sic & nunc vbi dixit, Aedificabo ecclesiam meam, facta acceleratione facta est, etiã contra illam tyrannis se armantibus, & militibus arma mouentibus, & populis plus valido igne insanientibus, & obluctante consuetudine, etiã oratoribus & sophistis, & diuitibus & principibus insur-
Gen 2.,

insurgentibus, sermo Dei velut ignis validus adueniens, spinas consumpsit, agros repurgauit, seminauit verbum prædicationis.

## CAPVT VI.

ET licet hi qui crediderunt in carceribus seruarentur, despectui essent, amitterent substantias, occiderentur, traderentur igni, submergerentur aqua, & omne tormentorũ genus sustinerent cum summa ignominia, & persecutionem paterentur vt hostes publici, plures tamen semper accrescebant, non solùm nihil ex afflictionibus aliorum facti segniores, sed & multo alacriores, & ad pulchrã hãc piscationẽ assiliebãt, sicque à piscatoribus capiebantur, non coacti, non vim passi, sed sponte accurrentes, gratiamque habentes adducentibus. Et quamuis viderent fluere torrentes sanguinis credentium, feruentiores tamen reddebantur in fide & fidentiores. Et non discipulis solùm, sed & magistris vinctis, fugatis flagellatis, aliaque mille mala passis, discipuli plures fiebant, & magis studiosi. Quare Pau-

Persecutionibus nõ sunt facti segniores Christiani sed creuerunt magis.

Philip. 1.

re Paulus clamat, dicens: Vt plures è fratribus in domino confidentes, in vinculis meis abundantius auderent, sine timoreverbum Dei loqui. Et alibi iterũ: Vos imitatores facti estis Ecclesiarum, quæ sunt in Iudæa, quia eadem passi estis & vos à contribulibus vestris, sicut & ipsi à Iudæis, qui & dum occiderunt Iesum, & prophetas, & nos persequuti sunt, & Deo non placent, & omnibus hominibus aduersantur, prohibentes nos loqui gentibus, vt saluæ fiant. Alijs quoque scribens, sic dicit: Rememoramini autem pristinos dies, in quibus illuminati, magnum certamen sustinuistis passionum. Et in altero quidem opprobrijs & tribulationibus spectaculũ facti, in altero autem socij taliter conuersantium. Nam & vinctis compassi estis, & rapinam bonorum vestrorum cũ gaudio suscepistis, cognoscentes vos habere meliorem & manentem substantiam. Vides virtutis excellentiã, q̃ tanta operata est? Nã qui tanta patiebãtur, nõ solùm non ægrè ferebant vel deficiebant, sed & gaudebant, gestiebant, exulta-

1, The. 2

Heb. 10

ultabãt. Et de discipulis quidem dicit, quòd publicationem substantiæ, cũ vo luptate acceperint, de magistris verò, quòd iuerint à conspectu concilij gaudentes, vtpote digni habiti pro nomine Iesu contumeliam pati. At de seipso ait: Gaudeo in passionibus meis pro vobis, & adimpleo ea quæ desunt passionum Christi in carne mea. Et quid miraris, quòd in passionibus gauisus fuerit, cum & morturus non solùm gaudebat, sed et discipulos ad communionem lęticię suę vocabat, quod sanè excellenter lætantis animę erat? Sic enim ait: Gaudeo & congratulor omnibus vobis, idipsum autem et vos gaudete et congratulamini mihi. Et quid factum est dicito, quod tãto gaudio impletur? Ego em̃ (ait) iam delibor & tempus meæ resolutionis instat.

Actor. 5

Philip. 2.

2. Tim. 4.

## CAPVT VI.

SIc igitur ędificabant, alioqui nullus ędificare potest parietem vnũ, quẽ lapidibus & calce extruit, si impediatur & fugetur, illi autem etiam Ecclesias in toto

toto orbevbiq; extruxerũt, licet ligaré tur, pſecutioné ferrent, fugarenť, pſcri berentur eorũ bona, flegellis cæderentur, occiderentur, comburerentur, ſub mergerétur vna cum diſcipulis. Et ædificabant non lapidibus, ſed animabus& inſtitutis, quòd planè multo difficilius, quàm lapidibus extruere. Nó enim par eſt, conſtruere ſenſibilem parietem, et animæ tantis temporibus à dæmonibus irritatæ perſuadere, vt ab inſania illa deſiſtat, et ad tantam perueniat temperantiam. Nihilominus hoc potuerunt nudi illi, et calceis carentes, et vna veſte amicti, perque vniuerſum orbem currentes. Habebant enim adiutricem et commilitantẽ inuictam virtutẽ eius, qui dixerat: Super petram hanc ædificabo Ecclesiam meam, et portæ inferi non prævalebunt aduerſus eam. Examina quid ſibi hoc verbum vult, et videbis perſpicuam eius veritatem. Nam non ſolùm hoc mirũ eſt, quòd ædificauit eam per totum mundum, ſed quia inuictam fecit, et inuictam, licet tot bella inſurgant. Hoc enim eſt, quòd portæ inferi

Matt. 16. Eccleſia eſt inuicta

non

non prævalebunt aduersus eam, pericula ait, quæ mortem generant, pericula quæ ad infernum deducunt. Numera quot tyranni ab illo tempore aduersus ipsam instruxerunt acies, quot grauissimas persecutiones mouerunt, quo modo toto priore tempore, quando nouitia erat fides, & nuper plantata, teneræque hominum mentes, gentiles regnabant, Tiberius, Caius, Nero, Vespasianus & Titus, & post illum omnes vsque ad Beati Constantini tempora, & omnes illi, alij minus, alij sæuius infestabant Ecclesiam, infestabant tamen omnes. Quòd si qui ipsorum visi sunt mansueti, hoc ipsum quod reges manifestè in impietate erant, materia aliqua bellorum erat, cum alij eis adularentur, alij satagerent, vt aduersus Ecclesiam bella susciperent.

## CAPVT VIII.

VEruntamen insidiæ & machinationes illæ omnes, leuius quàm araneorum telæ discerptæ sunt. Et ea quibus nos inuadebant & quibus insidiabantur, citius fumo dissoluta, pulue

re præ-

Martyrũ encomia præclara.

re præterierunt infirmiora. Magnum enim nobis numerum implerunt, immortalesque illos thesauros Ecclesiæ reliquerunt, & columnas & turres, & eos qui non solùm viuentes, sed & mortui, posteris magnę vtilitatis materia facti sunt. Augetur enim (vt Lactantius ait) religio Dei, quanto magis premitur, et semper noster numerus, de deorum cultoribus creuit, nunquam verò, ne in ipsa quidem persecutione diminutus est. Etenim (vt iterum Chrysosto. ait) sicut plantæ rigatę magis crescunt, ita & fides nostra oppugnata, magis floret, & seditione agitata, incremẽta maiora sumit. Neq; horti aqs irrigati ita germinant & fœcundi sunt, vt ecclesiæ, si martyrum irrigẽtur sanguine. Tyranni ergo ecclesiam infestarunt, et populi aduersus verbum Dei insurrexerunt, & neque eam expugnare potuerunt, quũ adhuc parua religionis scintilla erat, sed ipsi potius confracti sunt. Augebatur quotidie scintilla hæc ferebaturq; in sublime, et omnem vndique terram inuadebat. Cùm occiderentur, adurerentur,

Ecclesia persecutionibus augetur.

Hieronymus ad Theophilum, Christi fundata est ecclesia, persecutionibus creuit, martyriis coronata est.

rentur, suspenderentur, præcipitarentur, bestijs obijcerentur fideles, carbones sicut lutum calcabant, mare & fluctus, sicut pratum intuebantur, ad gladium sicut ad diadema & coronã currebant, omniaque tormentorum genera ita contemnebant, vt ea non solùm generose & fortiter ferrent, sed & alacriter & volupe. Et licet aduersus verbum Dei reges sęuirent, magistratꝰ indignarentur, vulgus tumultuaretur, fora strepperent, tribunalia concitarentur, gladij strĩgerentur, arma expedirentur, leges irascerentut, supplicia intentarentur de niq; totus cõmoueretur orbis, & haud secus ac pelagus furens, magna naufragia parturire videretur, nihilominus tamen sermo Dei, gladij more cuncta penetrãs, vitiosas partes à sanis resecabat, & magnam vbique seditionem excitabat ac contentionem, & plurimas contra fideles inimicitias & persecutiones commouebat, per quas tamen miro modo vicit ac semper triumphauit, atque terminos suos extendit & dilatauit, copiosiusque prædicationis ignis accen-

sus est. Quem quidem quo magis extin
guere nitebantur, sed ecõtrario magis
inde crescebat. Et sicut de domino di-
xerunt, occidamus eum, ne tollant Ro-
mani nostrum locum atque gentem, ac
ciditque contrarium, nam quia occide
runt eum, propterea Romani & gentẽ
eorum & ciuitatem tulerunt, sic quæ
putabantur impedimenta prædicatio-
nis, fortia efficiebãtur auxilia, & quod
aduersarij ad opprimendum intulere
verbum, hoc illud ad ineffabilem quá-
dam altitudinem subleuauerunt, & in
diuersum omnia vertebantur ac muta-
bantur repentè, & sicut igne succenso,
paulatim spinæ consumuntur & cedũt,
flammisque superantur, ac mundi red-
duntur nouales, sic etiam verbo Dei in
sonante, & omni igne vehemẽtius irruẽ
te, cędebant omnia, fugiebantq; & dæ-
monum cultus, & celebritas omnis atq;
festiuitas, & mores patrij, & populorum
furores, & tyrannorum minę, & gentili
um insidiæ. Magis autem sicut radijs so
lis orientibus, & tenebræ fugãtur, & fe-
rę latitant, foueisque conduntur, & ma

lè agẽ-

lè agentes deprehensi à sole redarguti periclitantes abeunt seseque occultãt, omniaque lucida efficiuntur & clara, sic prædicatione verbi fulgente, fugabatur error, & veritas remanebat, fauillę verò fumusq; templorum, & alia dictu fœda, quæ in sacris suis celebrare consueuerant, defecerunt atq; consumpta sunt, instar cerę vapore ignis pereuntis, & palearum vice, quę subitò concremantur incendio. Clara verò inter hæc verbi Dei flamma surgebat resplẽdens, ab his potissimum subleuata, qui eam nitebantur opprimere. Vide quoq; si libet Chrysostomum homil. 34. in caput decimum Matt. & homi. 76. in caput 24. eiusdem.

## CAPVT IX.

SCribit Eusebius libro 8. Ecclesiast. historiæ, quam mirabiliter, quamque magnificè, ante sui temporis persecutionem, per vniuersum mundũ sermo Christi, & pietatis doctrina ꝓfecerit, & in quantum sublimitatis ascenderit, ita vt ad enarrandum, vires sibi de-

Lib. 8. c. 1. esse ingenuè confessus sit: Iam verò (inquit) multitudines coeuntium intra ecclesias populorum, & præcipuè in diebus festis innumerabiles cateruas per singula loca confluētes, quis dignè poterit explicare, cum ne ipsa quidem antiqua receptacula sufficerent, sed quotidie orationum domus dilatarentur, ita vt amplitudo earum coucludere instar vrbium videretur. Sic per tempus plurimum Ecclesiarum status, incremētis prosperioribus augebatur, & gloria earum terris excedens & cuncta supereminens, festinare videbatur ad cœlum. Facta sunt hæc tempore Diocletiani, priusquam in apertam Christianorū persecutionem prorumperet. Cui sese socium in crudelitate, erga diuini verbi prædicatores & cultores Maximianus exhibebat, vt nescires cui potissimum dare flagitiorum palmam deberes. Aduersum ergo Christianos, tantùm crudelitatis exercuit, vt præcessores suos vincere festinaret in scelere. Igneas laminas, truces bestias, maris profundum, truncationes membrorum, ef-

Diocletianus & Maximianus, Christianorū persecutores crudelissimi. lib. 8. Eccles hist c. 17.

fosiones

fossiones oculorum, & singulis membris specialia inferre supplicia gestiebat. Cum tamen magis illi constantes & fortes inueniantur tolerãdo, quàm iste ingeniosus & callidus in exquirendo. Vincebantur etenim sæpius, nõ solùm à viris, sed etiam à fœminis quæ verbo Dei & fidei calore succensæ, vt fœminæ quidem comprehendebantur, sed vt viri fortes in certamine coronabantur. Mortem quippe promptius subire, imò verò & vltro expetere, quàm corporis maculam recipere malebant.

## CAPVT IX.

SEd tandem dominus pergens magnificari in sanctis suis, & cœptę virtutis opus ac prædicati verbi, liberiorẽ propagationem instituens, iterum nostris in obscuro positis, splendorem suę lucis ostendit. Etenim quia secundum propheticum dictum, cibauerat eos pane lachrymarum, & potum dederat eis lachrymas in mensura, tandem seruos suos verbi sui sacrosancti custodes & præcones libertati restituit. Etenim cũ

Constantini pietas,

relioſiſſimus imperator Conſtantinus, repudiatis erroribus, maieſtatem dei ſingularis ac veri, cognouiſſet & honoraſſet, verbum Dei quod præceſſores illius, pœnitus delere moliti ſunt, abſque vllo propemodum obſtaculo liberè prędicatum eſt. Nam omni nube deterſa, lætus iam dies, & omniſole clarior illuxerat terris, atque Eccleſijs Chriſti ſplendor ſui ſolis effulſerat, nec vſquam qui hoc aliter reſpiceret, liuidus ſupererat oculus. Sed cuncti mortales, tyrannicæ (quę prędterierat) crudelitatis horrore, etiam ſi nondum fide, votis tamen quæ noſtra ſunt amplectentes, vniuerſi pariter Deum verum, pijs eſſe auxilio fatebantur, firmáque eſſe ſpem in Chriſto ſperantium comprobabãt. Ex quo aderat cũctis velut diuino munere infuſa lętitia, maximè videntibus ea loca quę paulò antè, impijs tyrannorum machinis fuerant deſtructa, rediuiua cõſtructione, clariora & excelſiora cõſurgere, templaq; excelſa, pro humilibus conuenticulis eleuari. Iuuabat enim Chriſtianorum principum

Lib. 9. Eccle. hiſt. cap. 10

DE V
cipum fa
lacres no
bat, dum
ferqueti
dotibus
ret, ſed &
nius larg
noſtris, f
omni læ
& loca ſi
bus celeb
ſacerdot
ſitos cou
debatur
bant etia
quam v
Chriſti
gaudeb
ri figur
mento
Quia co
ra ad iũ
ritus in
vna ani
mnibus
Deus, a

cipum fauor,& religiosa legislatione,a lacres nostros animos,eo āplius animabat,dum & ad personam Episcoporum ferquetius scriberet, & honorem sacerdotibus cum summa veneratione deferret,sed &impendiorum sumptus benignius largirentur. Interea festiuitates à nostris, frequentissimè gerebantur, cũ omni lætitia & exultatione,per vrbes, & loca singula ecclesiarum dedicationibus celebratis. Cogregabantur in vnũ sacerdotes,nec pigebat etiam longè positos couenire,quia nullum longum videbatur spatium charitati. Concurrebant etiam populi ad populos, & tanquam verè membra vnius corporis Christi, iungi sibi inuicem sociariq; gaudebant,vt videretur in illis compleri figura prophetica, quæ cum sacramento quodam prædicata est, dicens: Quia congregabatur os ad os,& iunctura ad iũcturam. Quibus etiam vnus spiritus inesse,omnibus infusus membris, vna anima meritò dicitur, qa & vna omnibus fides & vnus ab oĩbus colitur Deus,atq; ex vno ore hymnos, oẽs con

Christianorum lætitia post persecutionem.

cinunt Deo. Iam verò ingens in ſacerdo
tijs & miniſteriis, atq; in omnibus quę
ad religionis obſeruantiam pertinent,
gratia refulgebat. Aſtabant hic ſpallen-
tium chori iuuenes & virgines, ſenes cũ
iunioribus laudabant nomen domini.
Hic miniſteria ordinatis ac diſpoſitis vi
cibus agebantur, pontificum quoq; ac
ſacerdotum conſeſſus, ipſa canitie vene
rabilis, eminus præfulgebat. Iam verò
ſi quis per gratiam Dei inſpiratus, ſer-
monem proferret ad populum, cum o-
mni ſilentio ora cunctorum in eum o-
culiq́ue conuerſi tanquam cœlitus ſibi
per eum denunciari aliquid expecta-
bant. Tanta auditorum reuerentia, tan
tus ordo in ſacerdotibus ſeruabatur.
Inde alius atq; alius, & non ſolùm duo
vel tres, ſicut Apoſtolus dixit, cæteris
examinantibus loquebãtur, ſed &quan
tiſcunque dabatur ſermo in apertione
oris ſui, vt magis conſtaret in eis illud
quod Moyſes dixerat: Quis dabit om-
nem Eccleſiam Dei prophetare? Nuſ-
quam enim liuor aderat, nullum pulſa-
bat inuidia, Dei dona, Dei populis mi
niſtra-

miniſtrabantur. Vnuſquiſque ſecundū quod ſcriptum eſt, ad ædificationem ecclesiæ abundare quærebat, & omnia hæc in charitate gerebantur, ita vt ſe honore inuicem præuenirent, & alter alterum ſeſe diceret meliorem. Nam ſimpliciores quique admirabantur & ſuſpiciebant eos, qui per ſapientiam verbi populos inſtruebant. Sapientes verò & eruditi viri, præferebant eos, quibus pura vita ac ſyncera ſimplicitas, offerēdi Deo hoſtias, maiorem fiduciam dabat eisque immolandi ſacrificij permittebatur officium, quos familiarior vitæ ſimplicitas in cordis puritate ſeruabat. Sic ſummo ſtudio perquirebat, alter in altero quod præferebat.

# DE VERBI DEI VIRTVte, & Ecclesiæ insuperabili potentia.

## LIBER TERTIVS.

### CAPVT I.

Lib. 2. Triphist. c. 12. & lib. 10 Eccle. hist. cap. 2.



VErbo Dei ędificata Ecclesia, elauabatur in immensum & crescebat, extendens terminos suos vsq; ad fines orbis terrarum.

Diabolus nudatus paganorũ errore, hæreticos excitauit aduersus Ecclesiam.

Porrò licet ita ꝑ omnia floreret Ecclesia, non tamen pertulit inimicus, eleuatam simul atque splendentem valde respiciens, sed maleuola cœpit mouere consilia, contendens gubernatam à domino & vniuersorum creatore submergere. Videbat itaque paganorum errore se fuisse nudatum, captaque varia dæmonum machinamenta, & creaturam à plurimis iam non adorari, sed creatori hymnos iam decenter offerri. Ea grátia iam non apertum contra Deum & saluatorem nostrum excitabat bellum, sed viros inueniens Christianos quidem se vo-

se vocabulo profitentes, sed amore honoris & vanæ gloriæ seductos, ad seruitutis organum suæ machinationis habuit, per quos plurimos ad pristinum reduxit errorem, non quidem creaturam rursus adorari præcipiens, sed ipsum creatorem & mundi opificem, coęquatum astruens creaturæ. Siquidem quum in Alexandria, fortissimus dogmatis Euangelici prædicator Alexander esset ordinatus Episcopus, Arrius presbyter, vir specie & forma magis, quam virtute religiosus, & gloriæ laudisque & nouitatis improbæ cupidus, expositionem sacrarum scripturarum videbatur habere commissam. Videns autem Alexandrum pontificatus gubernacula suscepisse, euentum temporis non portauit, sed & mordacitate cõpulsus, litis quærebat initium. Porrò laudabilem videns viri conuersationẽ, nequaquam calumnias contexere prævalębat. Veruntamen quiescere illum non prohibebat inuidia.

Alexander Episcopus Alexandrinus.

Arrius.

Caput

## CAPVT II.

Diabolus per Arriū excitauit in ecclesia tempestatem,

HVnc igitur inuenieniens inimicus veritatis, per eum nisus est excitare in Ecclesia tempestatem. Apostolicis enim Alexandri doctrinis, instabat apertè resistere. Et ille quidem diuina sequens eloquia, æqui honoris cũ patre, & eandem substantiam habere cum Deo genitore filium prædicabat. Arrius autem ediuerso veritati repugnans, creaturam filium facturamque dicebat. Adijciens erat aliquando, quãdo non erat, & alia quædã insana. Hæc ergo non solùm in Ecclesia persistebat docens, sed etiam in extraneis conuentibus atque concilijs, & domos circuiens, quibuscunq; poterat suadebat. Sed cum Alexander Episcopus natura lenis & quietus, assiduis commonitionibus Arrium cuperet à prauo incepto & assertionibus reuocare, nec tamen res ex sententia procederet, quòd plerosque iam contagio pestiferæ assertionis infecerat, non solùm apud Alexandriam, verùm & per alias vrbes prouincias q; dispersa, pernitiosum fore credens si dissimularet,

mularet, ex saderdotali ordine eum remouit. Audierat enim clamantem diuinam legem: Si oculus tuus dexter scanalizat te, abscinde eum & proijce abs te. Matt. 17.

## CAPVT III.

DEinde videns Arrium, amoris iudicarij aculeo stimulari, & multos ad blasphemias deceptos erigere, cõciliaque propria celebrare, Ecclesiarum pręsulibus eius blalphemiam suis indicauit literis, & alijs pluribus consacerdotibus suis rem indicat. Quæstio latius innotescit, sermo vsque ad aures religiosi principis (quippe qui omni studio & diligentia curaret, quæ nostra sunt) peruenit. Sed neque Arrius quiescere passus est. Scripsit enim & ipse concordibus suis. Alterutris ergo scribebãt contra veritatẽ se armantes ad prælium. Et peius fiebat malum ad contentionis incendium per hos qui hæc scripta suscipiebant. Consentientes igitur Alexandro, in eius tomo conscribebant, alij verò contraria faciebant. Vnde omnia erant valde tur-

de turbata. Non enim ſolummodo ec cleſiæ præſules ratiocinationibus inter ſe certare videbantur, ſed etiam populus diuiſus erat. Alij namque iſtis, alij verò conſentiebant illis, & in tantum cauſa venit incendium, vt in publico et in ipſis theatris Chriſtianitati derogaretur. Hi quidem in ipſa Alexandria positi, tanquam iam victores, de ſuperioribus perſequutionibus facti, potius armabantur, legationesque mittebant ad prouīciales epiſcopos, hi verò in alterā diuiſi partem, illorum ſimili ſeditioni communicabant.

## CAPVT IIII.

QVæ contentio quum ad Imperatoris Conſtantini aulam peruenisſet, non mediocriter ea audita lauda tiſsimus permotus eſt atque indoluit princeps. Et graui in animo concepto mœrore, propriam eam reputauit eſſe calamitatem. Confeſtim ergo flammam accenſam extinguere, & quàm celerrimè malorum fontem obturare ſtuduit. Verebatur enim quòd nuper admodum religio vigere cœpiſſet, multos e-

Nicephorus lib 8. cap. 12.

iuſmodi

eiusmodi opinionum dissensione adductos, fidem auersaturos esse. Itaque literis scriptis & Arrium & Alexandrũ obiurgant, vitio eis vertit, quod quæ latere poterit quæstionem in medium attulerint, & nimia & ad contendendum inclinatione, ea perperam vulgarint, quæ neque mouere, neque prorsus in animũ admittere, aut certè si admissent, silentio tegere, neque ita inter se dissidere, quamuis illis tum de dogmate non conuenirent, debuissent. Omnium quippe maximè necessariũ vnũ esse putauit, vt de diuina prouidentia consentiamus, & oẽs eandẽ fidẽ seruemus. Exquisitè verò de eiusmodi rebus inquirere, secundarũ esse partium. Quòd si ambiguæ emergerent sententiæ, rectius eas in recessibus mentis tanquam in vmbra, tegi. Quapropter vt à talibus cõtentionis nugis alienissimi, idem sentirent, eos est cohortatus. Aegrè sibi essẽ q̃ maximè testatus, homines tales & vrbes orientales, quamuis vsu publico id flagitante, ipsamque adeò Alexandriam, tanto sibi eius dissidij impedimento

Constantinus scripsit Alexandro & Arrio.

mento obiecto, viſere. Talia quædam obiurgatione & ſuaſione temperata, Alexandro & Arrio, ſapientiſsimus ſcripſit Imperator. Itaque conſentientẽ ſtatum eccleſijs conciliare volens, inhibe reque mali currentem impetum, priuſquam latius ad plures peruenisſet, ſeditionem ad concordiam redigere ſtudu it. Eius rei gratia, virum & vita et doctrina inſigni præditum, qui quũ alijs in rebus p̃clarus eſſet, tum in tuenda fidei profeſsione, paulò antea magnam ſibi gloriam comparaſſet, quique in maxima apud Imperatorem veneratione & honore præcipuo eſſet nomine Hoſium, ciuitatis Cordubæ in Hiſpania epiſcopum, ex omnibus familiaribus ſuis dilectum, cũ literis ad eos qui in Aegypto inter ſe diſsidebant conciliandos, & ad concordiam reducendos. Et Imperator quidem prudenter ſcripſit. Diſsidium autem magis inualeſcat, res omnis prẽter ſpẽ in deterius vergebat, & contentio impotens reconciliationi locum non relinquebat. Neque enim tam pium Imperatoris ſtudium, neq; excel-

Hoſius Epiſcopus.

excellens oratoris virtus, quidquam effecit. Et tantum abest, vt ad gratiam redintegrandam homines persuaderentur, vt amplius etiã ad vindictam sint excitati. Quapropter infectis rebus ad Imperatorem redijt, qui ad pacem componendam missus fuerat Hosius.

## CAPVT V.

CVm igitur hac contentione, pax Ecclesiarum nimium turbaretur, & malum id ad summũ excrescere cerneret Imperator, decantatissimam illã in Bithynia Nicænam Synodum promulgat, & literis locorum omnium Episcopos ad constitutam diem eò euocat, publicis asinis atque mulis & curracibus equis, Episcopos, & qui cum eis erant, ad Synodum venire præcipiens. Non solùm enim Episcopos publica vehebant vehicula & iumenta, publici equi & muli, verùm etiam eos, qui illos ministerij gratia comitabantur. Vbi Arium, trecentis & octodecim Episcopis residentibus, adesse iubet, ac de eius propositionibus ac quæstionibus iudicari. Verùm cum per dies multos in E-

Concilium Nicænum indicitur.

piscoporum concilio, fidei quæstio ver teretur, & nonnulli diuersa sentirent ac vehementer cœptis Arrij fauerent, con plures tamen erant, qui impium Arrij execrarentur inceptum. Cumq; in eo dem concilio, esset confessorum ma gnus numerus sacerdotum, omnes Ar rij nouitatibus aduersabantur. Faue bant verò ei viri in quæstionibus calli di, & ob id simplicitati fidei aduersi. Per dies itaque singulos agitabatur con uentus, nec facilè aut temerè de re tan ta statuere audebant. Euocabatur fre quenter Arrius in concilium, & assiduo tractu, assertiones eius discutiebantur. Et quid aduersum hoc teneri deberet aut statui, summa cum deliberatione quærebatur. Verùm post diutinú mul tumque tractatum, placet omnibus, ac velut vno cunctorum ore & corde de cernitur. Homousion, hoc est, eiusdé cum patre substantiæ filium scribi de bere & confiteri, idque firmissima om nium sententia pronunciatur. Decem & septem soli tunc fuisse dicuntur, qui bus Arrij perfidia magis placeret, ex tria-

Nota Arrium frequêtius euocatum in concilium

Homousion,

trinsecus creatum Dei filium ex nullis substantialibus, & nõ ex ipsa patris deitate progenitum confirmantes. Defertur ad Constantinum, sacerdotalis concilij sententia. Ille tanquam à Deo prolatam veneratur. Cui si qui tentassent obniti, velut contra diuina statuta venientem in exilium se protestatur acturum. Sex igitur soli cum Arrio se patiuntur expelli, reliqui verò vndecim, cõsilio inter se habito acquiescunt ad subscribendum manu sola, non mente. Cuius simulationis autor præcipuè extitit Nicomediæ Episcopus Eusebius. Interim concilium direptum est.

Eusebius Nicomediæ Episcopus Arrianus.

## CAPVT VI.

His à concilio ita dispositis, scripsit absentibus quæ fuerunt à concilio celebrata, & inuitabat vt ab omni discordia recedentes, concordarent in exposita concilij fide, quæ nihil aliud nisi scientia Dei videretur, ex consonã tia tantorum & talium sacerdotũ, sancto spiritu constituta, & post inquisitionem subtilissimam, & animaduersionem dubitationum omnium comprobata.

Lex Constantini aduersus Arrium & sequaces eius Socrate. lib 2. Tri. hist. cap. 35.

bata. Talem autem ac eiuscemodi religiosissimus Imperator, promulgauit legem. Victor Constantinus Maximus Augustus, Episcopis & populo. Malignos & impios Arrius imitatus, dignũ est, vt illorũ quoq; suscipiat vltionem. Sicut ergo Porphyrius diuinæ pietatis inimicus iniqua volumina contra religionem proferens, dignam promeruit inuenire mercedem, & talem per quam in posterum esset opprobrio, & plurima compleretur infamia, & nũc placuit Arrium & consectatores eius, vocari Porphyrianos, vt quorum mores imitati sunt, eorum vocabulo perfruantur. Super hæc autem, si qua conscriptio ab Arrio facta reperitur, igni tradatur, vt nó solũ praua eius doctrina depereat, sed neque vlla eius possint remanere commenta. Hoc etiam præcipio, si quis conscriptiones Arrij celasse comperitur, & non repentè proferens igne consumpserit, mortis supplicio subiacebit. mox enim vt in hoc fuerit captus, capitalem suscipiet vltionẽ. Deus vos custodiat. Et hoc modo per verbum Dei, sancti

patres,

patres, in sancto Concilio, errorē (qui emerserat) conuicerunt.

## CAPVT VII.

POrrò hæc omnia, quæ nunc explicata sunt, de verbi Dei victoria, & insuperabili potentia ecclesiæ, tam quātum ad gentiles, Christianorum (purū verbi Dei docentium ac seruantium) persequutores, tam quantum ad hæreticos Arrianos, verbum Dei adulterantes, sanctus Euangelista Ioannes, in Apocalypsi sua longè antè viderat & prædixerat, dicens: Factum est prælium magnum in cœlo, Michael & angeli eius, præliabantur cum dracone, & draco pugnabat & angeli eius, & non valuerunt, neque locus inuentus est eorum amplius in cœlo. Et proiectus est draco ille magnus, serpens antiquus, qui vocatur diabolus & sathanas, qui seducit vniuersum orbem, & proiectus est in terram, & angeli eius cum eo missi sunt. Et audiui vocem magnam de cęlo dicentem: Nunc facta est salus & virtus & regnum Dei nostri, & potestas Christi eius, quia proiectus est Apoc. 12

accusator fratrum nostrorum, qui accusabat illos ante conspectum Dei nostri die ac nocte, & ipsi vicerunt eum propter sanguinem agni, & propter verbū testimonij sui, & non dilexerunt animas suas vsque ad mortem. Propterea lætamini cœli, & qui habitatis in eis. Væ terræ &mari, quia descendit diabolus ad vos, habens iram magnam, sciens quòd modicum tempus habet. Et postquam vidit draco quòd proiectus esset in terram, persecutus est mulierem, quę peperit masculum. Et datæ sunt mulieri alæ duæ aquilæ magnæ, vt volaret in desertum, in locum suum, vbi alitur p tempus & tempora, & dimidium temris à facie serpentis. Et misit serpens ex ore suo post mulierem aquam tanquā flumen, vt eam faceret trahi à flumine. Et adiuuit terra mulierē, & apuit terra os suum, & absorbuit flumen, quod misit Draco de ore suo. Et iratus est draco in mulierem, & abijt facere prælium cū reliquis de semine eius, qui custodiunt mandata Dei, & habent testimoniū Iesu Christi. Quæ omnia iuxta sententiam

tiam & expositionem Ruperti Abbatis Tuitiensis viri vndecunq; doctissimi in stituto nostro optimè conueniunt, & conuenienter aptantur

## CAPVT VIII.

Cælum significat Ecclesiam

NAm quid per cęlum, nisi ecclesia significatur, quæ terra longè altior, terrenis hominibus & terram sapientibus longè superior in cælo conuersatioem habet. In hoc cœlo factum est prælium magnum, quia Michael et angeli eius præliabantur cum dracone. Sed quomodo draco, hoc est, diabolus erat vel pugnabat in hoc cælo? In cœlo nimirum erat arbitratu suo, Elai. 29. videbaturque sibi similis altissimo, quum exhiberetur ei quasi diuina religio, & à miseris gentibus ( quas seduxerat ) coleretur pro Deo. Itaque & ipse pugnabat quasi in cælo, dũ contenderet haberi pro cælesti Deo. Propterea nemo ferè qui nesciat, draconem istum in aere vagari, et permissam vsque ad tempus iudicij exercere potestatem ipsumque aerem vsitato in Psal. 8. scripturis more, cœlum dici vt illic:

Psal 8. Volucres cœli et piſces maris. In iſto cę-
lo, id eſt, in aëre, nos quoque vſque ho-
die contra illum pugnam habemus, ſi-
cut & Apoſtolus ad Epheſios ſcribens
Ephe. 6 loquitur: Non eſt nobis colluctatio ad-
uerſus carnem & ſanguinem, ſed aduer
ſus principatus et poteſtates et rectores
mundi tenebrarum harũ, aduerſus ſpi-
ritalia nequitiæ in cœleſtibus. Sunt er-
go ſpiritalia iſta nequitiæ, ſcilicet dra-
co iſte et angeli eius, in cœleſtibus, nó
vbi ſidera diſpoſita effulgent, et ſancti
angeli commorantur, non in illa ſupe-
riore tranquillitate cęleſtium, habitant
iſti nequiſsimi ſpiritus contra quos no
bis colluctatio ſpiritalis indicitur, vt de
uictis malis, illo prędmio perfruamur,
quo angelis bonis incorrupta æternita
te ſociemur, ſed in huius aëris infimi ca
liginoſo habitaculo, vbi et nebula con-
globatur. Et tamen ſcriptum eſt, quòd
cooperit cœlum nubibus, vbi et aues
non volitant, et tamen dicuntur volati
lia cœli. Igitur et iuxta literam ſic rectè
intelligitur, quòd prælium imaginari-
um in iſto cælo, id eſt, aëre, Ioannes fie-
ri vi-

fieri viderit, in significationē eius prælij, quo de templis et aris, imò et de cordibus hominum, diabolus iam cœperat eijci, cuius videlicet prælij finis erit, vt mittatur in ignem æternum draco iste cum angelis suis, atq; ita fiat quod subiunctum est: Et non valuerunt, neque locus eorum inuentus est amplius in cęlo. In cælo (inquam) non tantùm, qđ est spiritalis vel cælestis fideliū hic peregrinantium cōuersatio, sed nec in aēre isto, in quem detrusus est, detrudēdus iterum in tartarum, illo iudicij die magno et tremendo.

## CAPVT IX.

SEd iam verba ipsa ordine prosequamur. Michael (inquit) et angeli eius præliabantur cum dracone, et draco pugnabat et angeli eius. Quibus vel qualibus armis acies illæ vtuntur? Et quidem in illa visione Ioannis huius armorum materialium quasdam similitudines videri potuisse non dubitamus, sed angeli siue boni siue mali, cum sint spiritus, corporali siue materiali armatura non induuntur. Attamen draco ille,

Angelorū malorum armatura

quod natura non habuit, arte maligna sibi assumpsit, scilicet omne genus armorum, quibus bella gerũtur inter homines & homicidia peraguntur, scilicet gladios regum & imperatorum, secures consulum, vincula carceresque iudicũ, & omnia omnino genera tormentorũ. Primus quem Romæ inuasit siue arripuit, Neronis gladius extitit, & in illo pugnauit. At verò Michael & angeli eius, econtra præliantes, nihil de huiusmodi genere armorum habuerunt aut quæsierunt, sed vt ministratorij spiritus, in ministerium missi propter eos qui hæreditatem capiunt salutis, commilitonib. suæ partis hominibus Christianis, signa miraculorũ ab Iesu Christo per spiritum sanctum data ministrauerunt, præsentes illis & cooperantes, ad curandos infirmos, ad suscitandos mortuos, assistentes pijs martyribus in tormentis, & colloquentes illis & colloquio suo consolantes & refouentes illos in carceribus & vinculis, religantes etiam angelos draconis, & extrahentes de antiquis templorũ simulachris,

Angeli boni quõ pijs subueniãt

Heb 1.

Et

Et hoc plerunque fecerunt, visibiliter apparendo sanctis martyribus, sed & vbi visibiliter non apparuerunt, ibi inuisibiliter semper adfuerunt compatientes patientibus, adhęrentes laborantibus, vulnera dinumerantes, sanguinem profluentem metientes, responsa singulorum conscribentes, & inter hęc omnia preces gemitusque morientiũ aureo thuribulo velut incensa concremantes ante oculos domini Dei perferebant. Et hoc modo cum dracone pręliabatur Michael & angeli eius. Cęterum armis materialibus ad defensionem sui pars ista nihil moliebatur, cum totæ interdum legiones martyrum prosternerentẽ arma tenentes militaria, quibus ad defensionem Reipublicæ fideliter sese ac fortiter accinxerunt, quæ tamen in causa fidei Christianæ, vllatenus attrectare despiciebant. Vnde verissimè propheta cũ dixisset: Iugum enim oneris eius & virgam humeri eius, & sceptrum exactoris eius superasti, addidit, sicut in die Madian, videlicet quãdo mirabili genere pugnã di-

Esaię 9. iud 7.

di Gedeon cum trecentis viris Madian superauit. quomodo? Intra lagenas missæ sunt lãpades, confractis verò lagenis, ostensæ sunt lampades, quarũ choruscã te luce, hostes territi in fugã versi sunt. Designatus est in tubis, clamor prædicationis, in lampadibus claritas miraculorum, in lagenis fragilitas corporum, quorum despecta salute martyres hostes suos moriendo prosternerent, eorum gladios, non armis & gladijs, sed patiẽtia superarẽt. Nimirũ huiusce plij cõplices esse, imò duces & prĩcipes, Michaelẽ & angelos eius iure delectabat.

## CAPVT X.

ET non valuerunt, inquit. Quid non valuerunt? Nimirum contra fortioris Michaelis & angelorum eius fortitudinem, diutius stare, quin foras eijcerentur, cum illo suo principe rufo dracone, sicut Christus prædixerat. Nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Ita namque foras eiectus est, vt in locis, in quibus sordes eius computruerant, religio Christiana, floreret, in templis, in quibus idolum cuiusq; turpitu-

Ioan. 12.

pitudinis steterat, crux Christi splendesceret, vt per ora, quæ Iouem adulterum cantare solita fuerant, nomẽ Christi, & laus sanctæ Trinitatis, cum gloria personaret. Hoc est quod ait: Neque locus inuentus est eorum amplius in cœlo. Quod idem est ac si diceretur: Neq; relictus est illi locus, in quo exhiberetur ei cælestis vel diuina religio. Et proiectus est in terram, id est, perdita gran æstimatione, qua cælum sibi obtinere videbatur, dum coleretur vt Deus, amisso electorum populo, in quo cœlo suo iam inhabitat Deus, eos tantùm nunc possidet, qui pertinaciter terram diligendo, ipsi terra sunt, tandemq; cũ illis, & angelis suis, mittetur in ignem æternum. Terram ergo possidet, quia perditorum hominum vitam omnino terrenam gubernat. Itaque quoniam proiectus est in terram, qui seducit & abducit vniuersum orbem, à cultu Dei debito, ad cultum suimet indebitum, ideo audiuit vocem magnam de cœlo, dicentem: Nunc facta est salus &c. Vox illa magna quam iste in spiritu audiuit, con-

concentus est publicus, quo cœlum Dei, id est, Ecclesia per totum orbem hodie laudes canit, concinentibus, imò præcinentibus angelis gloriam Deo in excelsis, secundum quod ait Psalmista:

Psal. 65. Omnis terra adoret te, & spallat tibi, psalmum dicat nomini tuo. Ex hoc ergo quòd sathanas proiectus est in terram, accusator fratrum nostrorum, qui accusabat illos ante conspectum Dei nostri die ac nocte, qui tenebat cyrographum decreti aduersum nos, quod nobis contrarium erat, in quo peccatũ Adæ scriptum erat, cuius nos recitatione semper accusabat, confidens & iactabundus, quòd illo cyrographo teste genus humanum iure esset possessio sua. Ex hoc, inquam, quòd iste accusator fratrum nostrorum proiectus est, post quam cyrographũ illud perdidit, quémadmodum Apostolus dicit:

Col. 2. Conuiuificauit nos Deus cum Christo donans nobis omnia delicta, delensq; aduersum nos cyrographum decreti, quod erat contrarium nobis. Et ipsum tulit de medio affigens illud cruci, & expo-

lians

lians principatus & potestates traduxit confidenter palàm triumphans illos in seipso, tunc facta est salus, & virtus & regnum Dei nostri, & potestas Christi eius, quia antea priusquam scilicet proijceretur ille accusator, non erat regnũ non erat potestas Dei nostri & Christi eius, sed perditio & mors, non erat virtus, sed infirmitas & corruptio, non erat in hominibus regnum Dei, sed regnũ peccati et mortis, nõ erat potestas Christi eius, sed potestas principis tenebrarũ, qui in hoc mũdo principabatur. Non erant hæc omnia facta, sed futura, vel facienda promittebantur, et paucos in lege veteri, spes ista consolabatur. Quando autem Christus passione et resurrectione sua, perditionem et mortẽ, corporum quoq; mortalium corruptionẽ destruxit, tũc facta est salus, id est, remissio peccatorũ nostrorum quæ est resurrectio animarum, et virtus, id est, reformatio resurgentium corporũ nostrorum, et regnũ, imò facti sumus nos regnũ Dei nostri, et facta est potestas Christi eius in cęlo et in terra, quemadmo-

admodum ait: Data est mihi omnis pote
Matt vlt. stas in cœlo & in terra. Et ipsi vicerunt illum, nimirum illi qui accusabãtur ab accusatore illo, in ipsa accusatione siue accusationis causa, constanti certamine, legitima sui defensione illum vicerunt & obmutescere fecerunt, & hoc non propter se, non propter virtutem iustitiæ siue conditionis propriæ, sed propter sanguinem agni, quo redempti sunt, & propter verbum testimonij sui, id est, propter fidem, per quam testimonium reddit illis, quòd sint filij Dei. Adde quòd pro eodem verbo testimonij sui, propter confessionem fidei suas animas expenderent, victores siue præliatores isti. Propterea lætamini cæli, & qui habitatis in eis. Sed nihilominus etiam væ terræ & mari, id est, vę impijs hominibus non credentibus, qui dicuntur terra, quia sola terrena & vana quærunt. Dicuntur etiam mare, propter inquietas quas patiuntur & amant omnium vitiorum curarumq; inutilium amaritudines. Ad hanc terram & mare descendit diabolus proiectus

è cælo

è cęlo habens iram magnam, quia dum eos nequiores facit, maiorem ebullit iram in illis. Antea ſegnius eos poſſidebat, proiectus autem è cœlo, deſcendit ad eos habens iram magnam, comparatione eius iræ quam prius habuit. Nam prius faciebat eos errare per ignorantiam, nunc autem facit eos blaſphemare per inuidiam, & perſequi per malitiam. Hæc eſt ira magna, magna inuidia, magna malitia illis inſpirata.

# DE VERBI DEI VIRTVte, & Eccleſiæ inſuperabili potentia.

## LIBER QVARTVS.

### CAPVT I.

REuocemus ad memoriam, quæ ſuperius dicta ſunt, quomodo videlicet diabolus quũ vidiſſet paganorũ errore ſe fuiſſe nudatũ, & varia dæmonum machinamenta capta, to- Lib. 3. ca. 8.

ta, totam conuertit suæ malignitatis abundantiam, ad scripturarum veritatē corrumpendam, atque hoc modo cœpit persequi Ecclesiā. Et hoc deinceps sanctus Ioannes in Apocalypsi sua prophetauit, dicens: Et postquam vidit draco, quòd proiectus esset in terram, postquam proficiente Christiana fide, desertis ac destructis idolis, amisit vsurpatam, quasi diuinæ culturæ gloriam, iam Romani fastigio imperij adorāte Christum, Christiano imperatore Constantino, in fronte sua signum gestante crucis Christi, persecutus est mulierē, quæ peperit masculum. Arrius siquidē presbyter magnus hæresiarches, sub nomine Christiano, in blasphemiam Christi filij Dei, procaciter nimis erupit, loquacitate iniolerabili. Per Arrium ergo atque eius sequaces, persequutus est hanc mulierem. Et vide quid dicat, qa non ait: Persequutus est masculum filium, sed persequutus est, inquit, mulierem, quæ peperit masculum. Non enim per os Arrij, cæterorumque huiusmodi hæreticorum doctrinam profundens impiam,

Ecclesiam diabolus per Arriū persequutus est.

impiam, hoc apertè exigebat à quolibet, vt negaret Christum siue nomen Christianum, sed vt Christum quisquis confitens, aliam quam apostolica veritas tradiderat, reciperet confessionis aut fidei regulam, hoc intendens, imò contendens, persequebatur mulierem illam, vt Christi ecclesiam, suam sathanas faceret synagogã. Nimia loquacitate, & clamosa hoc agens cõtentiõe, mittebat ex ore suo serpens ille aquam tanquam flumen. Nota, quòd non dixit: Misit ex ore suo flumen, sed misit aquã tanquam flumen. Aquam denique quã serpens ille de ore suo mittit, similitudinem fluminis habere potest, sed verè flumen esse non potest. Nam flumen verum, flumen aquæ viuæ, sancta scriptura, vera atq; catholica doctrina est, quã Ecclesia, quæ est mulier ista mittere consueuit de fonte veritatis, quam habens in semetipsa hortus est domini, sicut dicit in Cãticis: Hortus cõclusus soror mea spõsa, hortus conclusus fons signatus. Itẽ in Euangelio: Qui credit in

Sanctæ scripturæ flumen verum ecclesia sola profundit

me, sicut dicit scriptura, flumina de vẽtre eius fluent aquę viuæ. Serpens autẽ de ore suo (quod erat Arrius) aquas mortuas, aquas putidas, doctrinæ nequam emittebat, sed quia de scripturis eisdem disputabat, & testimonia sibi vsurpabat, quas recipit & habet mulier ista, aquam suam flumen aquæ viuę, flumen sanæ doctrinæ videri volebat. Vt quid hoc? Vt eam, inquit, trahi faceret à flumine. Vnde & quò illam trahi volebat rapiente flumine? Nimirum à fide in perfidiam, à veritate in mendacium, à luce in tenebras, à vita in mortem, ab altitudine in profundum, à cælo in infernum. Sic enim & tam in diuersa imò contraria trahuntur, quicunq; profluentem ex ore blasphemantium hæreticorum loquacitatem mirantes sequuntur.

Arrii doctrina putida.

## CAPVT II.

ET adiuuit terra mulierem, & aperuit os suum, & absorbuit flumẽ, quod misit draco de ore suo. Tunc vtique quando illud famosissimum in Nicæa Concilium, feruor Christiani principis

cipis Constantini excitauit, publicis asinis atque mulis, & curracibus equis, episcopos & qui cum eis erant, ad synodum venire prȩcipiens, tunc inquam, adiuuit terra mulierem, quia de tota pene terra, de toto orbe terraque, conuenientes viri illustres, ex omnibus gentibus viri religiosi, viri famosi, disputare scientes, omni elocutionis arte exercitati, ad defendendam catholicæ veritatis ecclesiam confederunt illic terra, i. cõuẽtus cõgregatus de vniuersa terra, aperuit os suum, scilicet ad loquendum ad disputandum, ad proferenda testimonia scripturarum, & absorbuit flumen, quod misit draco de ore suo, id est, ad nihilauit atq; damnauit, sectam doctrinę nequam, quæ confessa fuerat spiritu diabolico. Illic namq; Arrij dogma destructum est. Porro quemadmodum in hoc concilio, Arrij dogma destructum est: ita quoque in cæteris concilijs œcumenicis, reliquorum hæreticorum errores damnati sunt, & sic terra semper aperuit os suum & absorbuit eiuscemodi flumina, euadente muliere, et

Arrii dogma vbi destructum sit.

duabus alis volante, ſicuti Ioannes præ dixit.

## CAPVT III.

ET datæ ſunt, inquit, mulieri, alæ duæ aquilæ magnæ, vt volaret in deſertum in locum ſuum, vbi alitur per tempus & tempora, & dimidium temporis à facie ſerpentis. Magna illa aquila, ſancta eſt ſcriptura, & huius duæ alæ, duo ſunt teſtamenta, quæ huic mulieri data, id eſt, intelligibilia ſunt facta, vt habeat quo ſubleuet in cœlum cor ſuum, & non incidat flumen quod fluit per terram, flumen diabolicum, flumé hæreticæ loquacitatis laqueoſum, & ſophiſticis retibus plenum. Eiuſmodi habens alas, in deſertũ volat in locũ ſuũ, id eſt, ſectatur otium vt vacet illi, meditationi inſeruire ſcripturarum, iuxta illud Sapientis: Scribe ſapientiam in tempore otij, & qui minoratur actu, percipiet eam. Qui minoratur actu, id eſt, qui corporali exercitatione minus exercetur, quemadmodũ Iacob, qui ſimplex domi habitabat, non tantùm agés quantum Eſau, qui vtpote venator cor-

Scriptura ſacra aquilæ comparatur.

Eccl 38.

Gen. 5.

corporaliter exercebatur. Idcirco nanque Iacob sapientiam percepit, ille autem exercitio quo exercebatur, ad mo- 1. Tim. 4.
dicum profecit. Exerce autem teipsum (inquit) ad pietatem. Nam corporalis exercitatio ad modicum vtilis est, pietas aũt ad omnia vtilis est, promissionem habens vitæ quæ nunc est & futuræ. Illuc ergo mulier hæc euolans in illud desertum, in illum talem locum suum, & sanctum otium ad pietatis exercitium, alitur, inquit, subauditur, contemplatione veritatis & lectionibus sacris, imò & corporalibus ex munificentia ſiliorum suorum stipendijs alitur inquam, à facie serpentis, id est, ita vt non timeat serpentem. Per tempus & tempora, & dimidium temporis, id est, tribus annis & dimidio, quanto tempore Antichristus persecutione sua mũdum vexabit, atque idcirco rectè per hunc terminum, omne intelligitur tempus, quo persequutionem patitur Ecclesia, pro eo quòd in Christo piè viuit. Absorptũ est itaq; flumen, siue phãtasma fluminis serpentium, quando

concilium sanctum, concilium Nicænum, nefarium Arrij dogma damnauit.

## CAPVT IIII.

POsteaquam hæc terra, hoc modo flumen absorbuit hæreticæ loquacitatis, quid deinde gestum est? Iratus est, inquit, draco in mulierem, & adiecit facere prælium cum reliquis de semine eius, qui custodiunt mandata dei & habent testimonium Iesu. Iratus est draco in mulierem, quia videlicet iam extincto Arrio, rursus per quendam presbyterum, dogma illius pullulauit, quemadmodum Ruffinus lib. 10. Eccle siast. histo. cap. 12, refert. Et Socrates li. 4. Trip. histo. cap. 1. Et Nicephorus lib. 8. cap. 47. Per istum siquidem presbyterum temporibus Constantini, Arrius reuocatus fuerat. Erat enim hic presbyter Constantio quoq; gratus, eò quòd paternum ei seruauerat testamentum, ita vt vsque ad principem, palatijq; potentes haberet accessum. Nam eo tempore quo Constantinus imperator erat moriturus, testamento filijs imperium siue regnum distribuens tempora-

Arrii dogma quō repullulauerit.

Li. 4. trip. histo. cap. 1.

le( nullus em̃ eorũ erat p̃sens)presbyte ro à sorore propria Constantia sibimet commendato,suum credidit testamentum,præcipiens illud Constantio dari qui inter alios videbatur esse vicinior, & prius venire posse credebatur. Hinc iste Constantio factus notus, tradito testamento,accepit ad eum ingrediẽdi fidutiam.Qui videns facilem Constantij voluntatem,& velut calamum ventis accedentibus agitari, præsumpsit contra Euangelica dogmata bellum assumere, & aduersus Ecclesias, asperrimam erigere tempestatem. Dicebat enim esse culpabiles,qui consubstãtialitatis vocem, quæ scripta nõ inueniretur,in fidei doctrina posuissent, quòd inter sacerdotes & eos,discordiam generaret. Hinc ergo Athanasium & eius sectatores accusans,insidias instruebat. Huius cooperatores erant Eusebius Nichomediæ Episcopus,& alij Arrianorum partium Episcopi.Isti namq; sæpius venientes adimperatorem, reuersionem Athanasij,multorum causam asserebant esse malorum,& non solùm Aegyptum,sed eti

Constantii leuitas.

am Paleſtinam & Phœnicem, vicinaſq; gentes, eius gratia dicebant eſſe turbatas. Pròinde huiuſmodi verbis leuiſſimam obſidentes imperatoris intentionem, ſuaſerunt, vt Athanaſium ab Eccleſia rurſus expelleret. Euſebius namq; in aula imperiali videbatur ita perſpicuus, vt ſuos cõſectatores, faceret augustos ac proceres. Quam ob rẽ de dogmate rurſus priuatim & publicè diſputationes crebro proferebantur, & ſimul iniuriæ, inimicitiæ, & plurima quæ ex talibus ſolent ſæpius euenire.

Euſebii ſaſtus & arrogantia. Lib 4. tri. hiſto. ca. 1

## CAPVT V.

SEquitur. Et adiecit draco, facere prælium cum reliquis de ſemine eius, qui cuſtodiunt mandata Dei, & habent teſtimonium Ieſu. Videlicet quia parũ proficiebat ſolo flumine, quòd miſerat de ore ſuo, quia trahere nõ poterat mulierem illo doctrinę ſuæ, profluuio, bellum exterius adiecit, gladium linguæ ſuæ, vis hæretica crudeliter addidit. Et primùm quidem catholici ſuis expellebantur Eccleſijs, deinde tormentis etiam

am communicare cogebantur hæreticis, ita vt plurimi plagarum immanitate deficerent, alij ſubſtantijs, alij humana ciuilitate priuabantur, alijs in frontibus characteres ponebantur, vt eſſent huiuſmodi ſigno notati. Itaque de imperatoris Conſtantij leuitate præſumẽtes hæretici, bellum commouerunt catholicis, nec minora fecerunt, quàm fecerant dudum perſequentes tyranni gẽtiles & ſacrilegi. Quæ ſi qs cognoſcere voluerit, legat ſanctum Athanaſium in lib. quem de fuga ſua ſcripſit lib. 5. Tripartitæ hyſtoriæ. cap. 3. & 31. Acceſſerat quoque in auxilium diaboli, Valens imperator, alloquio ſeductus hæreticæ cõiugis, quæ primitus Arrianæ fallatiæ captionibus irretita, virum quoq; corruere ſecum, in blaſphemiæ foueam perſuaſit, autore ſeductiõis Eudoxio, qui tũc temporis Conſtantinoplitanę, guberna cula tenens eccleſiæ, nauim ſuam mergebat, non regebat. Hac fiducia freti Arriani amplius effrenati, vexabant vehementer Orthodoxos, cædentes, contumulijs agentes, carceribus reclu-

**Valens imperator, auxiliator diaboli.**

Lib 7. Tri. hiſt cap. 13

**Eudoxius Conſtantinopolitanus Epiſcopus Arrianus.**

cludentes, damnificãtes sępe pecunijs, & omnia contra eos facientes importabiliter. ¦Quod ita esse¦, liber vndecimus Eccleſi. hiſt cap. 3. 4. 5. teſtatur. Et liber ſeptimus hiſto. Trip. capite 29. 30. 31. 32. 33. 38. 39. 40. & liber octauus c. 2. 3. & 7.

## CAPVT VI.

Gothi quõ Arriani effecti. lib. 8 Trip hiſt. c. 13.

PEr idem tempus, Gothi quoq; Arriani effecti ſunt, hac occaſione. Barbari namque trans Iſtrum conſtituti, qui vocantur Gothi, ciuile bellum inter ſe, duabus partibus cõmouerũt, perque ſeditionem inter ſe diſsidentes in duas diſceſſere factiones, quarum alterius Athanaricus dux fuit, altera Fridigernes auſpicia ſequuta eſt. Et pugna inter ſe commiſſa acri, Fridigernes victus, auxiliares à Romanis copias per legationem petijt. Imperator auxilium ei ferre, quæ tum ibi erant, copias iuſſit. Quibus fretus Fridigernes, prælio rurſus cum aduerſarijs contendit, eoſque victor profligauit. Vt autem is gratiam Valẽti referret, & pignore aliquo, ſe illi modis omnibus ſyncerè fidũ & amicum fore confirmaret, eandem cũ Im-

Nicephorus lib 11. cap. 48. Athanaricus & Fridigernes inter ſe pugnant.

Imperatore de Deo opinionem suscipere, atq; in eandem sententiam, qui sub eo essent barbaros adducere statuit. Id quod statim sicuti volebat, confecit. Nã cum exercitu suo vniuerso, ad Arrianismum transit. Atque hanc opinor causam fuisse, cur gens ea omnis Arrij fidẽ sit sequuta, eandem ab initio, quam Valens, opinionem professa. Non hanc verò solam, sed Vlphilas quoque accessit, qui apud eos Episcopatum gessit. Nam is primum cum ecclesia catholica, nihil ab eo dissidens communicauit. Et quũ in Synodo Constantinopolitana sub Constantio, nulla dum conuentione intercedente, cum Eudoxio & Acacio esset, nihilominus in communione cum Episcopis Nicæam fidem propugnantibus permansit, postea verò Constantinopoli versanti, quum Arriani de dogmate suo dissererent, & legationem se ei ex sententia apud imperatorem cõfecturos esse, si idem cum ipsis sentire in animum induceret, pollicerentur, vtilitate ea illectus aut etiam fortasse, quod melius esse, si ita de DEO opinaretur

Vlphillas Gothorũ episcopus.

naretur , cenſeret , cum Arrianis communicauit , & gentem vniuerſam ab Eccleſia vniuerſali abduxit. Gothi nanque, quòd ipſo autore atque duce, ad veriorem pietatem ſe contuliſſent, & illius beneficio, humaniore manſuetioreque viuendi inſtituto vterentur, facilè admodum ei parebant, & quocunque ille duceret, ſequebantur, nihil mali eſſe, ex animo perſuaſum habêtes, quicquid ille vel diceret vel faceret, omnibuſq; id adeò æmulari volentibus, in commodum prorſus atque vtilitatem, ceſſurum eſſe arbitrantes. Quin etiam ingens ille perſæpe virtutis ſuæ ædiderat ſpecimen multis fortiter pro Chriſtiana doctrina prius toleratis periculis, quàm gens ea, quæ tota ex græca ſuperſtitione pendebat, ad Chriſtianiſmum eſt conuerſa. Primus etiam ipſis literas inuenit, & ſacras ſcripturas eis trâslatas propoſuit. Atq; equidem, quamobrem barbari plerique omnes Iſtrum accolentes. Arrij dogma ſequerentur, cauſa & occaſio hæc fuit.

Caput

## CAPVT VII.

POrro non solùm gens Gothorum, verùm etiam VVandali ad illam impietatem declinauerunt, quemadmodũ Albertus Krantz in Saxonia sua & VVandalia scribit. Qua ex re infinita sunt ecclesijs orta mala, multa milia martyrum coronata. Nam tempore Valentiniani tertij, Imperatoris. 52. VVandali sub Genserico eorum rege Aphricã deuastarunt, vel vt alij scribunt, tempore Theodosij minoris, qui fuit Archadij filius, amissa est Carthago cum omni Aphrica, quàm VVandali ceperunt, per Gallias & Hispanias mouẽtes, cum venissent ad mare Gaditanum, traiecerunt, inuitati à Bonifacio comite, & mãsit res in eorum manibus per annos centum & quinque. Genscricus ergo relione Arrianus, malè habebat Catholicos, postquam regnasset annis 48. regnum Aphricæ, Honorico filio suo reliquit, qui nulla in re, quòd ad religionem pertinet, patre melior fuit. Nam eiusdem Arrianæ perfidiæ sectator, & defensor fuit acerrimus, initium regni

VVandali Arriani facti sunt.

Gẽsericus rex VVandalorum.

VVandali potiti sunt Aphrica, annis centũ & quinque.

Honoricus rex VVandalorum.

gni à crudelitate auſpicatus. Nam quibus pater ob ætatem pepercit, epiſcopos catholicos egit in exilium, deinde Synodum euocauit, pōtifices quadringētos, ex quibus quadraginta, qui ſubſcribere noluerunt Arrianæ perfidiæ, miſit in exilium, Eccleſias Catholicorum per Aphricam iuſsit claudi, plebē fidelem grauiter inſectari, poſtquā ſuperatis in concilio (vt ille dicebat) Catholicis, Arriani viciſſent. Multos ergo Catholicos Epiſcopos, ſuis eccleſijs ſpoliauit, in plebe verò linguā pręciderat his qui Arrianam ſectam verbis execrārētur. Lamentabile hoc in gentibus exteris, quòd fidē Chriſti ambiētes, doctores nacti ſunt Arrianos, qua impietate ſemel inbibita, magnas Eccleſiæ & viris Catholicis diu calamitates intulerunt, diabolo in eis ſæuiente, qui pridem in tyrānis, aduerſus Chriſti fidem, digraſſantibus, tot milia ſanctorum martyrū miſit in cœlum. Nec minor erat numerus eorū, qui ſub Arrianis, hoceſt, Gothorum VVandalorumq; manibus, ad Chriſtum peruenerunt, patiente omnium

Honorici regis crudelitas in catholicos

um rerum arbitro Deo, vt in sanguine agni multi lauissent stolas suas, & cum triumpho martyrij transirent ad immortalitatem, hac in re cæteris fœliciores, quòd de morte, quàm vniuersi naturæ debemus, ipsi etiam sacrificium Deo facerent. Hic ergo rex pro insigni in sanctos impietate, à Deo percussus, scatet vermibus, miserabiliter expirãs, postquam annos octo post patrem regno præfuit VVandalorum in Aphrica.

Guntamundus filius eius, regnat post eum annis octo, qui melior sensu quàm parentes, impietatem declinauit, & Catholicorum partes tuebatur. Post hunc Transimundus, frater Guntamundi, filius Honorici, regnauit. Hic rex in eandem qua patres eius lapsus perfidiam, rursus omnia post fratrem in deterius transformat, redit proscriptio Catholicorum, persequutio in omnem plebem fidelium, clauduntur ecclesiæ Catholicæ partis. Arriani insolescunt, regem nacti impietatis suæ defensorem. Tanto autem seruore insectatus est Catholicos, vt etiam post se disponere curaret,

Guntamũdus rex VVandalorum.

Trasimundus rex VVandalorum.

ne inualescerent. Nam moriturus vocatum ad se filium, iuramento constrinxit, ne vnquam Catholicis fauorem impenderet, sed patrum suorum religionē (quam ille iustam & veram putaret) magnificè quòd in se didicisset, tueretur. Expleuit autem in regno annos. 26. & fato functus in ea impietate, emigrauit, translatus corpore & spiritu ad patres suos. Hildericus filius eius, patri in regnum surrogatur, qui quamuis iuramentum morienti patri præstitisset, de persequendis Catholicis, meliore tamen mente, in malis promissis rescidit fidem, in turpi voto mutauit decretum. Catholicos & Episcopos, reuocabat ab exilio, Ecclesias dudum à patre claudi iussas, aperuit, & pacem reddidit Catholicis, post annos. 74., ex quo Genserícus proauus eius, turbare cœpisset Ecclesias. Sed non est passus hunc optimum regem diu regnare, insidiator regni Gelismerus, quem alij vocant Gildimerim. Octo vix totis annis præerat Hildericus, cùm à Gelismero truncatus, perderetur, Sed iam regno parabat exitum,

Hildericus, VVandalorum rex.

Gelismerus VVandalorum rex.

exitum, regnator mundi Deus talem ad sceptra permittens, qui à maioribus quæsita, per insolentiã pessundaret, qui regnandi finem VVandalis faceret in Aphrica. Gelismerus, aut vt alij scribũt Gildimerus, occisor Hilderici, regno potitur, fuitque in eo aliquamdiu, cùm Iustinianus legum parens, imperium teneret Orientis, & Occidentale adhuc premerent Ostrogoti post Theodoricum. Is ergo imperator, circumspiciens Imperium misere laceratum, eius restaurationi, & perditorum recuperationi intendit, & primùm quidem in Persas conuersus, cùm per Belisarium ducem à se missum, rem benè procurasset, constituto ad illos fœdere, eundem Belisarium, virum ingenio acrem, & militaris rei peritissimum, &, quod est omnium maximum, in prælijs fœliciſsimum, mittit ad recuperandam imperio Aphricam, qui Carthaginem per insidias cæpit, & deinde regem (qui ob nimiam suam crudelitatem cunctis erat inuisus) captum, misit Imperatori Iu-

Iustinianus imperator.

Belisarius dux exercitus Iustiniani.

Iustiniano, positisque præsidijs, ad terram pro Imperatore gubernandam, præfecit idoneos præsides. Ita restituta est tertia pars orbis terrarum Imperio Romano, postannos quinque ac centum. Hic etiam Italiam reddidit, victis Gothis. Nam post Valentinianum tertium, qui fuit nouissimus in occidente imperator, vsque ad Carolum Magnum, fuerunt quidam qui purpuram sumebant, sed nemini fœliciter res cessit, & ideo in imperatorum catalogo non ponuntur, bimestres aut trimestres imperatores. Omnium nouissimus Augustulus, qui sumptam purpuram proiecit, cum audiret Odoacrem regem, cum copijs in Italiam venisse, & priuatam agens vitam, nusquam se opposuit venienti.

**Augustulus.**

## CAPVT VIII.

**Gothi inuaserunt Italiam. Nauclerus lib. 2. Chronographiæ suæ. Odoacer rex Gothorum.**

INterim ergo quòd in Occidente nõ erat imperator, Gothi inuasérũt Italiam, & multis annis in ea regnauerunt, quemadmodum Odoacer rex Gothorum, qui magno exercitu Italiam ingressus Orestem vicit & occidit, Ticinum

num expugnauit, vrbem & agrum igne ferroque vastauit, & vrbem Romam ingressus totius Italæ regnum adeptus est. Illum enim primo ingressu regem Romæ & Italię appellatũ, Romani summis honoribus in Capitolium deduxerunt, qui etsi barbarus esset, Romam & Italiam quietissimè primo gubernauit sed postea infœlicęm regno & vitæ finem dedit. Hic ergo tyrannus Romæ & in Italia 14. regnauit annis. Siquidem rex Ostrogothorum Theodoricus, Italiam ingressus commisso prælio superauit Odoacrem. Sed ecce Odoacer reparatis copijs in campos processit Veronæ subiectis, & copia pugnandi facta, Theodoricum lacessiuit, & succubuit, atque etiam fugatus est: Theodoricus interim, omnibus Italiæ transpadanæ ciuitatibus, oppidisque potitus, Mediolani constitit, Odoacer verò Rauennam se contulit. Theodoricus verò expeditas armatorum copias ad obsidendum Odoacrem Rauennam perduxit. Cepit autem ilico omnes prouincię ciuitates, præter Ariminũ & Cæsenam.

Theodoricus rex Ostrogothorum.

Odoacrem verò in Rauenna per triennium obsedit. Verùm postea Odoacer deditionem fecit pactis interpositis, vt Theodoric⁹ simul & Odoacer, socij dominatiõis essent. Verùm hac regni societas, non diuturna permansit. Cùm em occultas inter se suspitiones haberent, sperareteq; Odoacer, saltẽ aliquam particulam sibi in Italia, suiseq; Herulis attribui possidendã, misit Theodoricus, qui illum & filium adolescentem primoresque gentis interficerent, Herulorum plebem conseruans. Breui deinde omni Italia & Roma Theodoricus, summo senatus, & populi Romani applausu, est potitus. Huius temporibus Iustinus imperator princeps catholicus & deuotissimus, non solùm eos quos Anastasius imperator sed hæreticus Euthicianus, in exilium miserat, reuocauit ab exilio, sed etiam ordinauit, Ecclesias quas tenebant Arriani in Oriente, eis auferri, & Catholicis episcopis dari. Omnes enim hæreses exterminare contendens, deiecit sedibus suis Episcopos Arrianos. Tulit eam ré graiuiter

Iustinus imperator Episcopos Arrianorum deiecit sedibus suis.

uiter Theodoricus rex Italiæ, labe Arrianorũ inquinatus, & sectæ illius oppugnator: Vnde per legatos minatur Imperatori, nisi restituat Arrianos, Italiam se omnem igne & gladio perditurum. Mitis imperator dissimulauit tẽporaliter, ne grauius malum immineat, rogatus à Romanis. Nam Ioannem pontificẽ summum, Agapetum & Patritium consules, ac Theodorum & Importunum senatores præstantissimos viros, è Roma tollere constituit, idque vt sine nota faceret, ipsos legationis nomine misit Constantinopolim ad Imperatorem Iustinum, vtque eam simulationem melius concinnaret, Episcopum Rauennatem eis adiunxit. Fuit autem summa legationis, vt agerent cum Iustino de Arrianorum Episcoporum sacerdotumque restitutione, & nisi hoc impetrarent, comminatus est omnem Italiam atque vrbem Romanam, cædibus ac incendijs vastaturum. Verùm cùm legati flectere Iustinum christianissimum Imperatorem non possent, ad lachrymas versi, suppliciter petunt, vt perituræ

Theodorici regis calliditas & crudelitas

Italiæ, vna cũ Catholicis omnibus subueniat. Hinc magna vtrinq; dicentium & audientium commiseratio est subor-
ta, hinc fidei causa, si Arriani tolerarentur, inde vrbis & Italiæ desolatio. Vicit tandem grauissimorum (in quibus sanctus timor erat) virorũ sententia, postponendam, pro tempore fidei causam, & vrbis Italiæq; consulendum saluti, ita pium principem perpulere, vt Arrianos restitueret, atq; eos viuere suis legibus atq; institutis sineret. Verùm honores effusius impensi à Iustini pontificia legatis Romanis, adduxerunt Theodoricum in maiorem suspitionem, vnde & pontificem in carcerem cõiecit, parumque abfuit quin eum statim occidisset, adeò in hominem erarserat, & fide ac moribus cum Iustino sentientem. Perijt tamẽ sanctissimus homo in carcere, pedore, siti, & inedia. Pari modo Romanos legatos, cruciatos in carcere, fame peremit. Boethium verò & Symachum, in Papia (vbi per aliquod exulauerant tempora) pariter iugulari iussit. Quàm eius sæuitiã, ira diuina grauiori mul-

Ioãnis põtificis maximi mors

Boetij mors.

mulctauit pœna. Vnde mortuus successorem reliquit Atalaricũ filium suum annum agentem ætatis suæ octauũ. Regnauit hic in Italia cum matre Amalasunta. Veruntamen Atalaricus indisciplinatus & secta Arrianus erat, & octauo quo regnum assumpserat anno, defunctus est. Tunc Amalasunta, videns se à Gothis spretam, secum deliberans ipsa, Theodatum sibi consobrinum ad se vocauit, & multis in eam sententiam dictis, prius iniurium, recõciliatum tamẽ, regni consortem declarauit. Sed cũ Theodatus rapinis pro sui ingenij vitio manum apposuisset, dissuaisisset qúe illi primò, & post obstitisset Amalasunta, mox summa ingratitudine vsus eam in insulam Vulsinensum relegauit, occidiqúe permisit, Tulerunt eam mortẽ ægerrimè Ostrogothi, sed & Rom. Italiqúe omnes, vt si aliquem inuenissent, à rege defecissent. Propter quod anxius Theodatus, existimare cepit, quantum immineret periculum, si Iustinianus Imperator, qui Iustino successerat, sumpta occasione necis Amalasuntæ,

Atalaricus rex Gothorum.

Amalasunta regina Gothorũ.

Theodatus rex Gothorum.

(cuius virtutem dilexerat) Italiam in-
Agapetus pontifex. uaderet. Itaque placaturus imperatorẽ, literas & legatos, videlicet vnà cum Agapeto pontifice Romanos ſenatores, mittit. Cùm verò mandata Theodati de pace pontifex expoſuiſſet, ita adulá ter & ſimulatè Imperator reſpondit, vt poſthac nimis ſibi ſecurus rex Theoda tus, multa ſit auſus ad ruinã ſui ſtatus. Iuſtinianus autem tempus idoneum ratus Italiæ liberandæ, mentem & cogi tationem ad hoc conuertit. Inuitabat & eum proſperitas imperij, quòd paulò antè per Beliſarium ducem, Vuandalis Aphricam abſtulerat, nec ferendum
Iuſtinianus per Beliſarium Italiam inuadit. iam ſibi videbatur, vt contra decus imperij Romani, Italiam occupari à barbaris pateretur. Beliſarium ergo in Italiã traſmiſit cum ingenti exercitu, & primò quidem Siciliæ vrbes facilè per deditionem cœpit, mirabili victoriæ curſu, populis vrbes oppidaque certatim Romano imperatori, cuius deſiderio iã pridem tenebantur, vltro offerẽtibus. Deinde Beliſarius Regium & circumiacentia oppida recepit per deditioné,

Nea-

Neapolim expugnauit. Interim Gothi alium regem sibi & Italicis creant, Vitigim nomine, & Theodatum, iussu noui regis interficiũt. Belisarius reparato exercitu Romã tendit, & receptus est, euenitque vt qua die Belisarius Asinariam portam intraret, eadem Gothi, qui in præsidio ibi fuerant à Vitige rege collocati, Flamineam sint ingressi. Deinde ciuitates & oppida in circuitu plurima cœpit, non sine Vitigis pugna, ac vtriusque partis cæde maxima. Quid multis? tamdiu pugnatũ est, donec per Belisarij virtutẽ, primò Aphrica, deinde Italia ad imperium reuocata est. Sed certè multis prælijs id factũ est, quæ habuit cũ Gothorum regibus. Nam cum Belsarius cum Vitige Constantinopolim ad Iustinianũ fuisset profectus, Gothi nouũ regem creant Ildoualũ nomine, qui postea à Buillo, vno ex custodibus sui corporis, in cõuiuio occisus est. Suffectus illi Araricus, qui quinto postq̃ rex creat⁹ fuerat mẽse, ipse etiã est occisus. Duobus his regibus intra bienniũ interfectis, ad Totilã, qui & Baduilla, magno

Vitigis rex Gothorum.

Ildouadus rex Gothorum.

Araricus rex Gothorum.

Totilas rex Gothorum.

magno Gothorum consensu, regnum peruenit. Qui anno regni sui decimo interficitur, & Teias omnium iudicio, rex Gothorum eligitur. Hic pugnans cum Narsete (quem Iustinianus Italico bello præfecerat ducem) telo interijt. Quo mortuo Gothi oratoribus ad Narsetem missis, velle se ex Italia excedere obtulerunt, si incolumes abire, suaque asportare permittantur. Narses concilio habito, Gothis permittere decreuit liberum recessum cũ suis bonis. Tuncque belli Gothici verus finis fuit, decimo & octauo anno postquam fuerat inchoatum. Ita Narses vniuersam Italiam, cum Romana ciuitate ad Reipublicæ iura reduxit.

Teias rex Gothorũ.

Narses dux exercitus Iustiniani.

## CAPVT IX.

Gothi Italia excedunt, & Hispaniam petunt.

POstquam autem Gothi Italia abeunt, Narses eam possidebat in pace annis 17. omnia in meliora reformãs. Per id tempus Visigothi in Hispanijs manserunt, & in longa pacis quiete, ipsis Alani coaluerunt, vt illius gentis nomen sensim confuderint, ac nostra ętate permanet gens nomine composito, vt qui

vt qui Gothi & Alani dicebantur, nũc corrupto nomine Cathelani, gens profectò, quæ ferociæ illius, generiq; suo in omnibus respondeat. Gothi igitur Italiam relinquentes, Hispaniam suis sedibus occupauerunt quam ab Hispano decimo Hispanorum rege, nuncupatam esse tradunt. Ante Gothorum verò ingressum tres nationes Hispanias occupabant, Sueui, Vuandali, atque Alani. Abeuntibus autem Vuandalis in Aphricam, Sueui Galitiam soli gubernabant sub Emerico eorũ rege q̃ 33. annis super eos regnauit. Succesit illi Rixilla filiꝰ, huic Rixiarius filius succedit in regno Sueuorũ. Hic habuit vxorẽ filiã regis Gothorũ Theodorici, qui in initio regni sui p̃dat̃ Vascões, deinde regionem quæ est vbi Cæsar augusta auxiliantibus Gothis vastat. Iste ad vltimum dum Gothi Hispaniam cum potentia ingrediuntur, occiditur, dum regnasset annis nouem. De hoc tamen Rixiario alibi legitur, quod vltro Theodoricum cognatum prouocauit, & cum Theodoricus victoriam obtinuisset assum-

Cathelani vnde dicti

Sueuorũ regnum in Hispania

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

sumpto Rixario, permisit vt Sueui de genere suo principem constituerent. Vnde elegerunt in regulum Romismundum. Masdrugo ei succedit, & regnauit annis duobus, quem Armisuindus subsequitur, post illum regnum suscepit Theodomirus, post hunc Mirus. In quo deletum est regnum Sueuorum, & translatum in Gothos. Gothi autem de secta Arriana, vsque ad tempora sancti Leandri Episcopi Hispalensis fuerunt. Is nempe primus eos, ad vnitatem fidei orthodoxæ reduxit. Nã Gothi ab illo tempore quo Hispaniam intrauerunt, in illa perfidia permanserunt, donec Recaredus, aliàs Ricardus succederet, qui per Leandrum Episcopum Hispalensem in fide instructus errores prædecessorum suorum minimè secutus est. Non enim solùm in se bonus fuit, sed & totum populum Gothicum, ab hæresi Arriana, ad veritatẽ reduxit Catholicæ fidei. Factum est hoc præsidente Romæ pontifice Maximo Benedicto eius nominis primo circa annum Domini 577. aut circiter impe-

Sanctus Leander Episcopus Hispalensis conuertit Gothorum regẽ & gentem

imperante apud Cõſtantinopolim Tiberio eius nominis ſecundo, imperatore 59. Hæc idcirco fuſius proſequuti ſumus, vt intelligas ac cognoſcas candide lector per quos & quales & quibus modis & quanto tempore hæreſis Arriana aduerſus verbum Dei & ſanctam Catholicã eccleſiã defenſa ac q̃ acriter ſit propugnata, & tamen præualere nõ potuerit, quin tandem euaneſceret, & veritati cederet. Et quomodo iratus draco in mulierem, adiecit facere prælium cum reliquis de ſemine eius, qui cuſtodiunt mandatum Dei, & habent teſtimonium Ieſu, qui videlicet vigilantes ſunt in operibus bonis, & ſancto confirmati ſpiritu. Ipſe namq; ſpiritus, teſtimoniũ reddit ſpiritui noſtro, quòd ſumus filij Dei. Iſti ergo tã flumine, q̃ bello perſecutionis circũuenti, dicebãt fortes, dicebãt inſuperabiles cuicunq; Arrianæ impietatis defenſori: Quieſce, iam quieſce, his nos terrere ſermonib. ceſſa verba vana proferre, nos neq; nouum neque recentem colimus Deum: & licet inaniter furas, teq̃ concutias, ſicut

Apo. 12.

Rom. 8.

as, ſicut vehemens ventus, in dogmatibus pietatis, vſque ad mortem conſiſtimus, non impotentem, non inſipientē, nō ſine veritate aliquando fatentes Deum non aliquando quidem exiſtentem, ſicut impietas Arrij tēporalem prædicat filium, & his ſimilia.

# DE VERBI DEI VIRTVte, & Eccleſiæ inſuperabili potentia.

## LIBER QVINTVS.

### CAPVT I.

QVoniam itaque Eccleſia Chriſti, virtute diuinitus cōfirmata per verbum Dei omnia iſta perſecutionum genera ſuperauit, ac per patiē-

Pſal. 28. tiam euicit, non immeritò dicit cū propheta: Sæpe expugnauerunt me à iuuē-

tute

tute mea, etenim non potuerunt mihi. Supra dorsum meum fabricauerũt peccatores, prolongauerunt iniquitatem suam. Vbi expugnauerũt accipitur impropriè, pro oppugnauerunt, vel expugnare conati sunt. Dicat ergo, sępe oppugnauerunt me, meq; frequenter expugnare conati sunt, atque frequenter insultum in me fecerunt inimici mei, diabolo eos instigante. Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores, prolongauerunt iniquitatem suam. Fabricauerunt supra dorsum meum, quando per grauem & longam vexationem atque afflictionem, impij iugiter molesti fuerũt mihi. Tunc enim supra dorsum iustorum et fidelium impij quasi fabricant quando magna illos vexatione affligunt, et quasi multa imponunt, quæ sunt portatu difficilia.

## CAPVT II.

Ecclesia ab initio pessa est persecutionem malorum.

SEepe itaque expugnauerũt me à iuuentute mea, quia ab initio, quando incepit Ecclesia in terra, perpessa ast persecutionem malorum. Aliquando (vt

D. Augustinus loquitur) in solo Abel Ecclesia erat, & expugnatus est à fatre malo & perdito Cain. Aliquando in solo Enoch Ecclesia erat, & translatus est ab iniquis. Aliquando in sola domo Noe Ecclesia erat, & pertulit omnes qui diluuio perierunt, & sola arca natauit in fluctibus, & euasit ad siccum. Aliquãdo in solo Abrahã Ecclesia erat, & quãta pertulit ab iniquis nouimus. In solo filio fratris eius Loth, & in domo eius in Sodomis Ecclesia erat, & pertulit Sodomorũ iniquitates & puersitates, quousq; Deus eum de medio ipsorum liberauit. Cępit esse & in populo israhel Ecclesia, pertulit Pharaonem & Aegyptios. Cępit & in ipsa ecclesia, id est, in populo Israel numerus sanctorum, Moyses & cæteri sancti pertulerunt iniquos Iudæos, populum Israel. Ventum est & ad dominum nostrum Iesum Ghristum, prædicatum est Euangelium, dixit in Psalmis: Annunciaui & loquutus sum, multiplicati sunt super numerum. Quid est super numerum? Non solùm illi qui crediderunt, & qui pertinent

Psal. 39.

tinent ad numerum sanctorum, sed & super numerum intrarunt multi iusti, sed plures iniqui, & pertulerũt iusti iniquos. Quando? In Ecclesia. Nunqd modo solùm ex quo enumerat, ex quo cõmemorat? Ideóne miraretur modo ecclesia, vel ne quisquam miraretur in Ecclesia, volens esse menbrum bonum Ecclesiæ, audiat & ipsam Ecclesiam matrẽ suam, dicentem sibi: Noli mirari ad ista fili. Sœpe expugnauerunt me à iuuentute mea.

## CAPVT III.

Ecclesiæ oppugationes.

PORro vt cognoscas, quàm sæpe Ecclesia sit oppugnata à iuuentute sua, præter oppugnationes quas sanctus Augustinus ex sacris recensuit literis, & quæ in sacris scripturis reperiuntur Ecclesiæ factæ & maximè temporibus Machabæorum martyrum, recensea-mus quàm sæpe Ecclesia ab aduentu Domini oppugnata sit & quam grauiter. Et quamquam non omnes, præcipuas tamen recensebimus. Et principio quidem cum beatissimus Stephanus fuisset à Iudæis lapidatus (quẽadmodũ

Act 8 sanctus Lucas refert) facta est persecutio magna in Ecclesia, quæ erat Hierosolymis, & omnes dispersi sunt per regiones Iudeæ & Samariæ, præter Apostolos. Saulus quoq; deuastabat Ecclesiam, per domos intrans, & trahēs viros ac mulieres, tradebat in custodiam. Deinde à Nerone Imperatore persecutio grauissima mota est Christianis, in quibus crudeliter iussu eius sæuitum est. Nam addebātur pereuntibus ludibria, vt ferarum tergis tecti, canum laniatu interirent, aut crucibus affixi, aut flammandi, atq; vbi defeciſſet dies, in vsum nocturni luminis vrerentur. Persecutio hæc prima in Christianos humiles & sanctos viros, fuit Romæ, Deinde per omnes prouincias, pari sæuitia excruciari imperauit. Domitianus deinde Imperator pessimus, mouit secundam persecutionem contra Christianos, tertiam persecutionem in Christianos concessit Traianus imperator. Tempore Marci Aurelij Antonini Veri, & Lucij Veri Cæsarum, quarta contra Ecclesiam persecutio orta est, multiq; martyrio coronati

nati sunt. Seuerus imperator quinta persecutione agitabat Ecclesias, & quinto loco præclara à militib⁹ Christi pro pietate certamina martyrij gerebãtur. Maximus imperator, excitauit sextam à Nerõe persecutionem. Decius Imperator, persecutionem septimam post Neronẽ Christianis mouit. Valerianus per vniuersum orbem octauam post Neronem persecutionem grauissimam excitauit. Aurelianus autem nonam. Decimam verò Diocletianus & Maximianus, Diocletianus quidem in Oriente, Maximianus autem in Occidente Ecclesiam persequuti sunt, Christianos affligentes & Ecclesias vastantes. Fuit hæc persecutio omnibus cæteris seuerior, quia per decem annos & amplius Ecclesiam afflixit incessanter. Et quamuis antea semper Christianos persequerentur, sed 19. anna Imperij Diocletiani, tam crudelis, tam sæua persecutio flagrabat, vt intra vnum mensem 17, milia martyrium inueniãtur perpessi. Exijt enim edictum, vt cunctæ quæ erant in orbe Ecclesiæ, ad solum diruerentur, & sacræ scriptu-

ræ vbiq; igni comburerétur, omnesq; qui Ecclesijs præessent, in vincula conijcerentur, ac deinde exquisitis supplicijs, immolare dijs cogerentur. Rapiebant itaque omnes Ecclesiarum principes, & sanctos clericos, nobiles & ignobiles, viros ac mulieres vna cum pueris, & varijs, inauditis, crudelioribusque vti excogitare poterant, supplicijs excruciabant. Post hos omnes Licinius, qui paulò antè aduersus persecutores Christianorum vindicauerat, tela in Christianos vertit, primoque de palatio suo omnes Christianos exire iubet, exutos omni militia. Post hæc statuit omnes qui se Christianos profiterentur, in carcerem trudi, addidit, ne quis alicui in carcere cibum vel potũ deferret, deinde omnes qui contaminatis sacrificijs acquiescere nollẽt, lanionibus dari, vt eos porcorum more suspensos, per frusta cæderent, & tunc proijcerẽtur in mare. Ecclesias quoq; iussit subuerti quemadmodum Eusebius scribit lib, 9. Eccles. historiæ cap. vlti. Iulianus quoque apostata quali genere persecu-

**Licinius persecutor Christianorum**

secutionis Ecclesiam vexauerit, quum adeptus esset imperium, lib. 10. Ecclesiasticæ historiæ cap. 35. &c. refert Ruffinus, & liber sextus Tripartitæ historiæ indicat. Sufficit ad memoriam reuocasse hoc loco (vt cæteras quæ passim factę sunt in diuersis regnis & prouincijs persecutiones omittamus) illam horrendá persecutionem, qua catholicis & orthodoxis multis in locis, multoque tempore molesti fuerunt Bohæmi, Husitica hæresi infecti, quemadmodum Aeneas Syluius in historia Bohæmorum, & Albertus Krantz in VVandalia sua descripserunt.

## CAPVT IIII.

VIdes quàm sępe ecclesia oppugnata sit, vt verè Psalmista nomine ipsius dixerit. Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea, supra dorsum meum, id est super meam patientiam, qua grauia portantur, fabricauerunt peccatores, mihi procul dubio coronam inuiti. Sed quid? Nunquid præualuerũt? Minimè. Etenim non potuerunt mihi. Sum etenim domus ædificata supra petram. Matt. 7

Ecclesia domus est ædificata supra petram.

petram. Descendit pluuia hæreticæ loquacitatis, venerunt flumina tyrannicæ persecutionis, qua instar torrentis rapiebantur ac diripiebantur omnia. Et tamen non cecidi, quia fundata sum supra petram, illam scilicet de qua ipsa veritas dixit in Euangelio ad Petrum (qui Christum Dei filium confessus fuerat)

Matt. 16 loquēs: Ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram, ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non pręualebunt aduersus eam. Vnde Hilarius:

Lib. 6. de Trinit. Super hanc (inquit) confessionis petrā, Ecclesiæ ædificatio est. Hæc fides, Ecclesiæ est fundamentum, per hanc fidem, infirmæ sunt aduersus eam portæ inferorum. Hæc fides, regni cœlestis habet claues. Hæc fides quæ in terris soluerit, aut ligauerit, & ligata sunt in cœlis & soluta. Et portæ inferi non prævalebunt aduersus eam. Non quidem hæretici, quia (vt iterum Hilarius ait) magna est vis veritatis, quæ cum per se

Lib. 7. de Trinit, intelligi non possit, per ea tamen ipsa, quæ ei aduersantur elucet, vt in natura suai m mobilis manens, firmitatem natu-

naturæ ſuæ quotidie dum attentatur acquirat. Hoc enim eccleſiæ proprium eſt, vt tum vincat, cum læditur, tum intelligat, cum arguitur, tum obtineat, cum deſeritur. Omnes quidem illa ſecũ atque intra ſe vellet manere, nec ex trã quilliſsimis finibus, aliquos abijcere aut perdere, dum indigni fiunt tantæ matris habitaculo. Sed diſcedentibus ex ea hæreticis vel abiectis, quantum amittit occaſionis, largiendæ ex ſe ſalutis, tantum aſſequitur ad fidem, expetendæ de ſe beatitudinis. Cognoſci enim hoc ex ipſis hæreticorum ſtudijs promptiſsimum eſt. Namque cum à domino eccleſia inſtituta, & ab apoſtolis confirmata vna omnium ſit, ex qua ſe diuerſarum impietatum furens error abſciderit, nec negari poſsit ex vitio malæ intelligentiæ, fidei extitiſſe diſſidium, dum quod legitur ſenſui potius coaptatur, quam lectioni ſenſus obtemperat, tamen dum ſibi partes ſingulæ aduerſantur, non ſolùm ſuis, ſed etiam aduerſantium eſt intelligenda doctrinis, vt dum aduerſus vnam eam omnes

Hæretici fidem noſtram dũ ſibi aduerſantur affirmant.

nes sunt, impijssimum tamen errorem omnium per id quod sola est atque vna confutet. Hæretici igitur omnes, contra ecclesiam veniunt, sed dum hæretici omnes seinuicem vincunt, nihil tamen sibi vincunt. Victoria enim eorum, ecclesiæ triumphus ex omnibus est, dum in eo hæresis contra alteram pugnat, quod in hæresi altera ecclesiæ fides dãnat. Nihil enim est, quod hæreticis cõmune est. Et inter hæc fidem nostram, dum sibi aduersantur, affirmant. Hæc ille.

## CAPVT V.

**Tyranni aduersus ecclesiam nunquam præualuerunt.**

**Vidi dominum. Esaiæ 6**

SEd neque tyranni atque crudelissimi Christianorum persecutores (q quidem Ecclesiæ nauiculã impetu suo submergere conati sunt) præualuerũt aut præualebunt vnquam aduersus eã. Vnde Chrysostomus de verbis Esaiæ, homil. 4. Iactatur quidẽ nauis (inquit) sed non mergitur. Poterat quidem in tranquillo nauigare, verùm non passus est gubernator, quo simul & nauigantium perspicias tolerantiam, & gubernatoris prudentiam plenius cognoscas. Audiant gentes, audiant Iudæi bene-

facta

facta noſtra, audiant inſtans ac feruens eccleſiæ ſtudium. A quàm mutis oppugnata eſt Eccleſia, nec vnquã tamen victa. Quot tyranni, quot duces, quot imperatores? Auguſtus, Tyberius, Caius, Claudius, Nero, homines literis ornati, potẽtes, tot modis oppugnarunt recentẽ ac teneram, at non deiecerunt. Quin potius ij q̃ oppugnarunt, ſilenter obliuiõi traditi, illa verò oppugnata cœlum tranſcendit. Neq; enim illud mihi ſpectato, quòd in terris ſita eſt eccleſia, ſed quòd in cælo verſatur. Vnde hoc dilucidum eſt? Nimirum ipſæ res demõſtrãnt. Oppugnati ſunt vndecim diſcipuli, totus orbis oppugnabat, verũ q̃ oppugnabanẽ, vicerũt, qui oppugnabãt ſublati ſunt. Oues deuicere lupos. Vidiſti paſtorẽ oues in mediũ luporũ emittentem, vt ne fuga quidem ſalutem conſequerentur. Quis paſtor hoc fecit? Chriſtꝰ hoc fecit, quò tibi demonſtraret quæ rectè geruntur non accidere, iuxta noſtrarum actionum tenorem, ſed præter naturam, præterq̃; rerũ tenorem. Nam Eccleſia radices in cœlo fi-

Eccleſia in cælo verſatur, & potius radices in cælo fixas habet, quã in terra.

lo fixas habet potius quàm in terra. Verùm fortasis ethnicus, meam despicit arrogantiam, sed maneat hic donec harum rerum probationem attulero, discatque vim veritatis, quomodo facilius est, solem extingui, quàm ecclesiam obscurari. Quis, inquis, ista prædicat? Is qui eam fundauit. Cælum & terra transibunt, sed verba mea non transibunt. Hæc nõ modò dixit, sed & compleuit. Siquidem latius illam fundauit, quàm cœlum. Est enim cęlo honoratior ecclesia. Quare conditum est cęlum? propter ecclesiam. Ecclesia non est condita propter cælum, cælum conditum est propter hominem, non homo propter cælũ. Id perspicuum est ex his quæ fecit Christus. Non enim cœli corpus assumpsit, sed hominis.

Ecclesia cælo honoratior.

## CAPVT VI.

Et in sermone quodam de penteco ste: Multum, inquit, Deo Ecclesia chara est, non muris circundata, sed fide circunsepta. Propter ecclesiam namque extensum est cælum, diffusum est mare, extensus est aër, terra fundata est, paradisus

disus plantatus est, mirabilia multa facta sunt, pelagus scindebatur, & iterum fuebatur, petra findebatur, & iterum pluebat de cœlo, & tanquam pruinosa ponebatur mensa. Propter ecclesiã prophetæ, propter ecclesiam apostoli, & quid plura dicam? propter ecclesiam vnigenitus filius Dei homo factus est, sicut dicit Paulus: Qui proprio filio non Rom. 8.
pepercit, vt ecclesiæ mederetur, sanguinem filij effudit propter ecclesiam. Hic sanguis irrigat ecclesiam. Et ideo plantaria eius marcescere non possunt, nec amittunt folia arbusta eius, nõ subiacet necessitati temporis, nec est conditioni obnoxia, vt per æstatem, coma foliorũ tegatur, hyeme amittatur. Non tenetur temporum qualitate, sed spiritus eam sancti gubernat gratia, & ideo non senescit, nec contrahitur, & multis impugnantibus non opprimitur. Quãti ab initio imgugnarunt Ecclesiam, cum fidei semina iacerentur, & arma contra eam commota sunt, sed quanto magis impugnabatur, tanto clarior reddebatur. Sed nũc quidem propter Dei

gra-

gratiã, & reges, & duces, & milites, & vniuersus orbis fide repletus est. Nam in principio, & (vt ita dicam) in cunabulis ecclesię reges fuere impij, duces insani, populus seditioni deditus. Et edicta iu dicum vbique dabantur, aræ incendebantur dæmonibus, fumus & odor pessimus, ipsum maculabat aerẽ. Terra coinquinabatur sanguine, dæmões debachabantur, diabolus dñabatur, pater abdicabat filiũ, filius inhonorabat patrẽ. Natura quidẽ scindebaẽ, sed pietas non diuidebatur. Vbi sunt nunc q audẽt ecclesiæ contraire? Quando nouella erat, in nullo potuit lædi, & nũc quando vsque ad cælũ peruenit, existimas eã posse superari? Et tũc quidẽ cũ vndecim essent apostoli, nullus eos superare potuit, sed pauci hoĩes totũ ceperunt mundum, & nunc quando terra & mare, & orbis terrarum, & inhabitabiles regiones & ciuitates, & omnes fines terræ, pietate repleti sunt, putas eam te posse lędere? Sed non poteris. Christus enim propter eam passus est, portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Facilius

Ecclesia quando nouella erat non potuit superari, quãto minus robusta facta?

lius cœlum exterminari potest, & terra perire, quam aliquid mali pati Ecclesia. QVIS est qui hæc dicit? Ipse CHRISVS loquitur :Cælum & terra transibunt, verba autem mea non præteribunt. Bene enim verbum Dei ipso cœlo validius est, quia cœlum, opus verbi est. Dixit quippe Deus: Fiat cœlum, & verbum in opus apparuit. Currebant naturæ, & nemo impediebat, quia naturæ dominus imperabat, qui & facere & immutare potest. Ego eam ædificaui, qui cælum statui. Sed propter cœlum non fudi sanguinem, propter cęlum crucifixus non sum, nec propter cœlum cœleste corpus accepi. Et quid dicam cœli? Angelorum corpus non assumpsi, vt dicas, quoniam cœlo & angelis & omni creatura, honorabilior ecclesia est. Ideo cęlum & terra transibũt, verba autem mea non præteribũt. Adsit gentilis, adsit Iudæus, si hæc inania sunt verba, redarguant, si autem veritas est quæ dicta sunt, adorent virtutẽ dei. Dixit Christus: Cælum & terra transibunt,

Matt. 21.

Lucæ 21.

ibidem

sibunt, verba autem mea non præteribunt. Facilius est cælum præterire, & terram deuorari, quàm verba mea excidere. Quæ autem sunt verba eius? Adducamus in medium, videamus ne fortè inciderint, non dubitans dico, sed hæreticos occludo. Quæ ergo sunt verba? Cælum & terra transibunt, verba autē mea non præteribunt. Qui sermones? quæ verba? Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portę inferi non præualebunt aduersus eam. Super hanc petram, non dixit super Petrum, non enim super hominem, sed super fidem ædificauit ecclesiam suam. Quid autem erat fides? Tu es Christus filius Dei viui. Petram vocauit ecclesiam, fluctus susципientem & non tubantem. Etenim Ecclesia tot susципit tentationes, non tamen vincitur. Quid est super petram? hoc est, super confessionem, super sermones pietatis. Si forsitan interrogabis, vtrum hæc ædificatio susципiat lapides, aut ligna, aut ferrū non inquit, nec enim est insensibilis ædificatio, quòd si talis esset, solueretur tem-

Ecclesia non super Petrū, sed super fidē ædificata.

tempore, confessionem autem pietatis, neque dæmones, neq; vlla creatura vincere potest. Testantur martyres, quorum latera radebantur, sed fides nõ frãgebatur. O noua rerum materies. Paries effoditur, & thesaurus non aufertur, caro scinditur, & fides non rumpitur, Talis quippe martyrum virtus. Etenim super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalebũt aduersus eam. Attendite diligẽtius verba. Portas inferi, pericula vocat, quæ mortem pariunt. Quid ergo? In infernum intrabit quisque, quando periclitabitur? Etiam. Sicut enim portę introitus ciuitatum sunt, sic pericula, introitus mortis sunt. Et cur, inquit, non prohibet tentationes? Vt ostendat virtutẽ eius. Si nemo eam impugnare posset, dicere poterant, quoniam si impugnaretur, vtique vinceretur. Propterea permitto eam impugnari, vt non imbecillitas impugnantium, sed fides victoriæ imputetur. Et portæ inferi. Non dixit, non appropient ei, sed, non prævalebunt aduersus eam. Quid ergo? Impugnabi-

Portæ inferi quæ sint

gnabitur quidem, non tamen vinci poterit. Tempestates suscipit ecclesia, sed nõ demergitur, iacula in eam mittuntur, sed non perforatur, machinamenta præparantur, sed turris non eliditur. Et quid dico ecclesiam? Vnum sermonem loquutus est pastor, & sicut turris immobilis perseuerat. Quanti tyranni verbum hoc delere conati sunt? Sed nó potuerunt. Supra petram enim fundatum erat. Considera tyrannos, reges, gladios acutos, bestiarum dentes mortem minantes, caminos, sartagines, manus ferreas, & vncos & omnia machinamenta parata. Et pharetram quidem euacuauit diabolus, sed nihil læsit ecclesiam. Portæ inferi non prævalebunt aduersus eam. Testatur res ipsa, testatur horum quæ fiunt adstipulatio. Quanti impugnauerunt, & nemo prævaluit? Et impugnatores quidem taciturnitati & obliuioni dati sunt, Ecclesia autem quotidie virtutibus augmentatur. Vbi nunc Claudius, vbi Augustus, vbi Nero, vbi Tyberius? nomina sunt nuda, horum aũt nemo nec vlla horum mentio.

tio. Etquia ecclesiam impugnarunt, ideo & memoriam perdiderunt, ecclesia autem clarior resplendet.

## CAPVT VII.

ET oratione 2. aduersus Iudæos: Quot bella, inquit, aduersus ecclesiam concitata sunt, quot exercitus instructi, quot arma mota, quod non afflictionum & vindictæ genus excogitatum, sartagines, catapulta, lebetes, fornaces, lacus & præcipitia, bestiarum dentes, maria & proscriptiones, aliaque innumera tormentorum genera neque dictis memorãda, neq; factis tolerãda? Atque hæc non tantùm ab extraneis, verumetiam à nostris domesticis. Nam ciuile quoddam bellum occuparat omnia, vel quouis potius ciuili bello pernitiosius. Neque enim ciues modò cum ciuibus, verùm etiam cognati cum cognatis, domestici cum domesticis, amici cum amicis conflictabantur. Nihil tamen horum dissoluit ecclesiam, ac ne inferiorẽ quidẽ reddidit. At q; id sanè mirũ & incredibile, q̃ hæc in ipsis statim primordijs mota sunt. Nam

*Ecclesiæ ciuile bellum non potuit illã euertere.*

si tum irruisset hæc acerba, posteaquã iam radices egerat,& per omnes mundi partes plantatum esset Euangelium, haud perinde fuisset admirandum non fuisse subuersam ecclesiam. Cæterùm cum ipso doctrinę exordio nuper iacto fidei semine,teneris etiamnum auditorum mentibus, tot procellæ bellorum eruperint,res nostras non solùm nulla ex parte fuisse diminutas, verùm etiam multam accessionem adiunctam fuisse, hoc nimirum superat omne miraculũ. Ne quis autem dicere possit,quòd nũc Ecclesia ob pacem à regibus præbitam constabilita sit,cum esset minor,quum videretur imbecillior,tunc illam oppugnari permisit,vti cognoscas etiã,quòd nunc in tuto est,non acceptum esse ferendum paci,quam præstant reges,sed à potentia Dei proficisci. Id quo magis cognoscas esse verum, reputa tecum q̃ multi conati sint apud Græcos opiniones nouas,ac peregrinas viuendi rationes inducere, velut Zenon,Plato,Socrates,Diagoras,Pythagoras,alijque innumeri,tamen adeò non vicerunt, vt plerisq;

risq; ne de nomine quidem sint noti. Christus autem non modò præscripsit vitæ formam, verùm etiam hanc per totum terrarum orbem plantauit.

## CAPVT VIII.

ET in homilia, cum de expulsione Chrysostomi ageretur: Insaniat licet mare (inquit) petram non potest cõ mouere, insurgant quantumlibet fluctus, nauis Iesu obrui non potest. Et post pauca: Durum tibi erit aduersum stimulum calcitrare, quia non stimulũ retundes, sed pedes calcitrans vulnerabis, neque fluctus qui saxo illiduntur, amplius aliquid proficient, quàm vt semetipsos fracti dissoluant, & in spumas extenuati depereant. Christi ecclesia nihil fortius, si quis eam impugnare proponit, vires atterat necesse est, tale est enim, velut si cælo bellum meditetur inferre. Homini si bellum inferas, fortasse vinces, at fortè vinceris, ecclesiã vincere nulla vis poterit. Deus est ecclesia, qui est omnibus fortior. Aut æmulamur dominum. Nunquid fortiores illo sumus? Deus fundauit hoc, quod labe

Ecclesiam trementé deus cõfirmat.

factare conaris. Aut experiri vis potentiam domini? Ipse est qui respicit super terrã, & facit eam tremere, & iterum qui iubet, & tremor eius soli datur. Aut non vidisti trementem ciuitatem tuã, quoties stare fecit? Multo magis ecclesiam suam trementẽ poterit cõfirmare. Fortior enim ecclesia multo quàm terra, imò & fortior cælo. Cælũ & terra transibunt, verba autem mea non transibunt. Quę verba? Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt in eam. Quòd si non credis verbo & rebus ipsis, operibus crede. Quanti tyranni aggressi sunt impugnare ecclesiam Dei, quanta tormenta, quantas cruces adhibuerunt, ignes, fornaces, feras, bestias, gladios intendentes, & nihil agere potuerunt? Vbi nunc sunt illi qui hæc fecerunt, & vbi illi qui hæc fortiter pertulerunt? Nunc ij æternis pœnis premuntur, & isti æternis gaudijs eriguntur. Fulget enim ecclesia super splendorem solis, & persequutores eius perpetuis tenebris contegun-

Luc. 21.

Matt. 16

Ecclesia fulget super splendorem solis.

tur.

tur. Non legis ſcriptum, quia vndecim ſoli erant, & vinci non potuerũt? Nunc vbi orbis tetrarum repletus eſt piorũ multitudine, quomodo poterunt vinci? Cælum & terra tranſibunt, & meritò, charior enim eccleſia Dei quàm cęlum. Non enim eccleſia propter cęlum, ſed propter eccleſiã cælum. Et poſt aliquanta: Intuemini ergo quomodo commota eſt & contremuit terra, & tñ non corruit ciuitas quomodo impuriſsime diabole eccleſiam te putas poſſe deijcere, qui trementes parietes deijcere minimè valuiſti? Non eſt in parietibus eccleſia, ſed in multitudine piorum. Ecce q̃ fortes, quàm immobiles ſtatis, non ferro, ſed fide vincti. Et quid de tanta multitudine loquor? Vnum fidelem vincere non potes. O diabole, neſcis quæ tibi fecerint martyres? Quõ frequenter ingreſſa eſt puella ætate tenera, annis immatura, & inuenta eſt fortior ferro, cũ latera eius ſcinderes, fidẽ tñ eius mouere non poſſes. Defecit frequenter caro in tormentis, & robur fidei non defecit. Conſumptum eſt corpus, & mens

Eccleſiam quõ vincere poſſet diabolus, cum plerũque teneram puellã non potuerit ſuperare?

non potuit inclinari. Interijt ſubſtantia, & perſtitit patientia. Si ergo frequẽter ab vna puella victus es, quomodo ſperas tantæ huius & tam fidelis multitudinis fidem te poſſe euincere? Non audis domini vocem dicentis, Quia vbi duo aut tres ſunt congregati in nomine meo, ibi ſum & ego in medio eorũ? Quid, vbi tanta fideliũ multitudo eſt, charitatis nexibus vincta? Et in libro, Quòd Chriſtus ſit Deus: A die, inquit, qua dictum eſt, conſtat eccleſia ſolida & ſtabilis ac inuicta, florens & fulgens, & indies magis ac magis vigens, creſcẽs & plus roboris ſumens, & omnibus qui ab illo die vſque ad domini aduentum futuri ſunt præſtans, vt ſummos inde fructus, & ineffabilem vtilitatem capere queant. Nam & qui ante nos, & qui ante illos, & qui multo ſuperius fuere, cognouerunt eius virtutem, videntes eam vexari bellis, periculis, tumultib', turbis, fluctibus & tempeſtatibus, & neque ſic ſubmergi, vinci, ſuperari, & extingui, ſed florere, creſcere, & extolli.

Caput

## CAPVT IX.

SAepe itaque expugnauerunt me à iuuentute mea, sed non potuerunt mihi. Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores, prolongauerũt iniquitatem suam. Sed nunquid impunè? Minimè. Nam sequitur: Dominus iustus concidet ceruices peccatorum, qui currentes aduersus Deum erecto collo & pingui ceruice armati ecclesiã eius persecuti sunt. Nam plerosque ex eis graui ter percussit in hac vita pariter & futura. Alios & si fortè hîc nõ puniuit, æternis tamen incendijs damnauit in alia vita. Et vt è plurimis pauca exempla proferamus in medium, sic omnipotens & iustus Deus, concidit ceruicem impijssimi Antiochi, eò quòd ita superbè locutus est se venturum Hierosolymam, & congeriẽ sepulchri Iudæorum, eam facturum. Sed qui vniuersa conspicit dñs deus Israel, percussit eum insanabili & inuisibili plaga. Vt eñ finiuit hũc ipsum sermonẽ, apprehẽdit eum dolor dirus viscerum, & amara internorum tormenta. Et quidem satis iustè. Quip-

Psal. 128

Ecclesiæ oppugnatores semper puniti fuerunt.

2. Macha. 9

pe qui multis & nouis cruciatibus aliorum torserat viscera, licet ille nullo modo à sua malitia cessaret. Super hoc autem superbia repletus, ignem spirans animo in Iudæos, & præcipiens accelerari negotium, contigit illum impetu euntem, de curru cadere & graui corporis collisione membra vexari. Isq; qui sibi videbatur, etiam fluctibus maris imperare, supra humanum modum superbia repletus, & montium altitudines in statera appendere, nunc humilia-
tus ad terram, in gestatorio portabatur, manifestam Dei virtutem in semetipso contestans, ita vt de corpore impij vermes scaturirent, ac viuentes in doloribus carnes eius effluerent, odore etiam illius & fœtore, exercitus grauaretur. Et qui paulò ante sidera cæli contingere se arbitrabatur, eum nemo poterat propter intolerantiã fœtoris portare. Igitur homicida & blasphemus pessimè percussus, & vt ipse alios tractauerat, pergre in montibus, miserabili obitu vita functus est. Herodes rex, qui miserat
Act. 12. manus, vt affligeret quosdam de Eccle-
sia,

sia, qui occidit Iacobum fratrem Ioannis gladio, & Petrum misit in carcerem, tandem in Cæsarea, cum non dedisset honorem Deo, percussit eũ angelus domini, & consumptus à vermibus expirauit. Simili modo Honoricus rex Arrianus in Aphrica, q̃ catholicos grauiter fuerat persecut⁹, extinctus est. Nam pro insigni in sanctos impietate, à Deo percussus scatet vermibus miserabiliter expirans. Possemus plurima ex historijs ecclesiasticis eiuscemodi exempla hic annotare, sed breuitatis gratia studiose intermittimus, hæc de virtute & felici progressu verbi Dei, & ecclesiæ insuperabili ac inuicta potentia scripsisse contenti.

## CAPVT X.

PRoinde non ineptè, quod in psalmo 90. de iusto dicitur: Veruntamen oculis tuis cõsiderabis, & retributiõnẽ peccatorũ videbis, Ecclesiæ potest aptari, q̃ per tentatioees variasprobata, tandẽ coronatur, ipsis persecutionibus vel hic vel in futurum damnatis, & retributionem peccatorum, suorum recipien-

cipientibus. Cæterùm propter vicinitatem argumenti, placuit hic subijcere quædam ex opere quodam imperfecto in Matthæum quòd habetur inter opera S. Ioannis Chrysostomi Ex cap. 7. Homilia 20. Omnis qui audit verba mea hæc, & facit ea, assimilabitur viro sapienti, qui ædificauit domum suam super petram. Frequenter miramur, quod homines, aut promissionibus flexi, aut terroribus fracti, aut persuasionibus falsorum doctorum circumuenti, relinquunt fidei veritatem, & ad mendaciũ infidelitatis transmigrant. Quòd si vel hanc vnam sententiã Christi cautè intelligeremꝰ, & recordaremur, nunquam de perditione talium hominum stuperemus. Quomodo enim permaneat apud Christum qui nunquam stetit in Christo? aut quomodo teneat eum veritas, qui nũquam tenuit veritatem? aut quomodo seruet eum iustitia, qui iustitiam non seruauit? Omnis qui audit verba mea hæc, & facit ea. Quæ verba? Quæ superius dixit. Vt qui vult esse Christianus verus, non solùm non occi-

Non esse mirãdum si mali discedant.

dat,

dat,sed nec irascatur sine causa,non solùm non periuret,sed nec iuret,non solùm non fornicetur, sed nec vsque ad oculum concupiscat,non solùm nō percutiat,sed nec percussus repercutiat,nō solùm aliena non tollat,sed etiam cogẽti dimittat, non solùm amicos syncerè diligat,sed etiam inimicos. Eleemosynas faciat,non coram hominibus,orationibus instet intrans in cubiculum suum,ieiunia celebret,non cum tristitia, non iudicet fratrem suum peccantem, sed suæ infirmitatis consideratione ignoscat, non det sanctum canibus,neq; margaritas suas mittat ante porcos. Petat,quærat,pulset,vt accipiat. Attendat autem à falsis prophetis. Qui ergo se talibus ædificauerit mandatis, quomodo potest fieri , vt aliquando fractus tentationibus cadat? Aut econtrà quomodo percussus tentationibus stabit, qui se nullius iustitiæ fundamento ligauit? Quis ista custodiuit & cecidit? Culpamus Deum,quia non custodiuit. Si autem illis prævalet fortitudo diaboli, in quibus iustitia Christi non inuenitur,

ma-

magis illorũ perditione laudandus est Deus, quam culpandus, quia hi soli pereunt, qui mandata Christi conténũt. Similabo eum viro sapienti. Non dixit, Aestimabo eum virum sapientem, sed similabo eum viro sapienti. Ergo alter est qui simulatur, alter est vir cui simulatur. Ergo qui simulatur, est homo, cui autem simulatur Christus. Christus enim sapiens est vir, qui ædificauit domum suã, id est, ecclesiam, supra petram, id est, supra fortitudinẽ fidei. Nã & fortitudo fidei petra dicitur, propter quã Simon Petrus dictus est, ad quã dicit Deus: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiã meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Quis est vir stultus? Diabolus, de quo dicit Hieremias: Clamauit perdix, congregauit filios quos non genúit, fecit diuitias suas, nó cum iudicio, in medio dierum derelinquet eas, & in finem erit stultus. Iste ergo diabolus insipiens vir, ędificauit domum suam sup arenã. Domus enim eius ante Christũ fuerunt omnes gentes. Sicut enim sancti, domus

Christus vir sapiẽs ędificauit domum supra petram.

Matt. 16

Diabolus vir stultus

Hier 17

Diaboli domus ædificata ẽ super arenam.

mus facti sunt Christi, ita & impij dom' sunt inimici. Aedificati aũt fuerunt super arenam, id est, super inconstantiam infidelitatis. Si enim constantia fidei dicitur petra, rectè & incostantia infidelitatis arena vocatur, id est, idolatria, quæ per varias idolorum culturas semper dispersa est. Aut certè super arenam, id est, super carnales homines ac infideles. Ideo tales homines arena dicuntur, non terra, quoniam terra quidem fructum facit, arena autem sterilis manet. Deinde, quia terra quidem vnita est, & in seipsam constricta, arenę autem grana non conueniunt sibi, nec adhærent adinuicem, sic et sunt omnes infideles, qui sub diabolo sunt, non sunt vniti, nec vnum sapiunt, sed sunt per diuersas opiniones dispersi, et alius quidem sic dicit, alius autem sic. Sic et dogmata Philosophorum nos docent, quæ sunt contraria sibi semper. Eo modo perfidia hæreticorum, qui nunquam sapiunt vnum, sed quot sunt tot sententias habent. Propter quod arenæ assimilatur oĩs diaboli populus.

Arenę assimilantur omnes infideles & hæretici.

Popu-

Catholici assimilantur lapidi.

Populus autem Dei, non solùm vnitus est, quasi terra, quæ quamuis compacta sit, tamen solubilis est, sed est sicut lapis constrictus & indissolubilis. Tertio quia diaboli populus, non numerabilis est, sicut arena, Dei autem ex multis vocatis pauci electi. Pluuia autem est doctrina, quia sicut pluuia irrigat terram, vt proferat fructum, sic doctrina hominem irrigat, vt iustitiam operetur. Sicut dicit Deus per Esaiam, de tollenda à Iudæis doctrina: Et mandabo (inquit) nubibus, ne pluant super eam pluuiam. Nubes enim dicuntur Prophetæ & apostoli, quia sicut nubes baiulant pluuiá, & effundũt eam super terram, sic & Prophetæ & apostoli, accipiũt verba à deo, & effundunt super rationalem terram. Sunt autem nubes, quæ à spiritu sancto excitantur, & sunt nubes, quæ à spiritu potestatis aeris, sicut dicit Propheta: Te nebrosa aqua in nubibus aeris. Nubes enim quæ à spiritu sancto excitantur, candidam baiulant aquam, id est, veram & sanctam doctrinam. Quæ autem à spiritu potestatis aeris, tenebrosam baiulant

Pluuia doctrinam significat. Esaiæ 5.

Nubes prophetas & Apostolos designant

Psa. 17

iulant aquam , id est, falsam & impiam doctrinam , quæ non illuminat sed tenebrescere facit mentes eorum, qui suscipiũt eam. Venti autem ex parte quidem mala, sunt immũdi spiritus, qui intra præcordia hominum flant. Ex parte autem bona, spiritus diuersarum virtutum, vel angeli qui inuisibiliter in sensibus hominum operantur & adducunt ad bona. Et vide proprietatem rerum. Pluuiæ proprium est mollire & soluere, ventorum autem cum virtute vrgere, Sic ergo impiorum nubes falsa sua doctrina & promissionibus molliunt homines, & blandimentis & persuasionibus soluunt, diabolus autem intrat in corda eorum, quasi ventus, & inuisibiliter vrget consentire mendacijs eorum, vel in cætera peccata cõpellit. Sic & in parte bona sanctæ nubes doctrinam iustitię persuadent hominibus & rationabiliter placant, spiritus autem sanctus vel angeli, quasi prosperi venti prosperantes in cordibus, faciunt homines acquiescere veritati. Sicut enim non est possibile, vt ex sola pluuia fru-

Venti angelos significant.

Flumina doctores intelligun tur.

ctificet terra, nisi flauerit super eam ventus, sic non est possibile, vt sola doctrina corrigat hominem, nisi cooperatus fuerit spiritus sanctus in corde ipsius. Flumina autem sunt, ex parte quidem mala, homines immundo spiritu pleni, & in verbo structi, quales sunt Philosophi dogmatum diuersorum, Oratores, Grammatici, cæteriqúe non secundum DEVM sapientes, de quorum ventre eunt flumina aquæ mortuæ. Ex parte autem bona, Euangelistæ, doctores populi, cæteriqúe sapientes secundum Deum, de quorum ventre exeunt flumina aquæ viuæ. Ecclesiam ergo, quam Christus vir sapiens super petram ædificauit, neque pluuia mendacis doctrinæ corrumpit, neque diabolicus ventus impelllit, neque violentorum fluminum impetus mouet. Nam & si humiliatur Ecclesia propter tentationem, tamen perire non potest propter fidem Christi.

Caput

## CAPVT XI.

NEc est contrarium, quod quidã de ecclesia cadunt, illi enim nunquam Christiani fuerunt. Sicut enim non omnes qui sunt in israhel, hi sunt israhelitę, sic non omnes qui Christiani dicuntur, sunt & Christi. Christianorum enim opera sunt aspicienda, nõ nomina. Dicit enim apostolus: Cognouit dominus qui sunt ipsius, & discedat ab iniquitate omnis qui inuocat nomẽ domini. Ergo qui discedit ab iniquitate, ille est Christi, non qui vacuè nominat nomẽ Christi. Illi enim tales, nec supra petram fidei erãt ædficati. Aduersus domum autem, quàm ædificauerat stultus sibi super arenã, id est, aduersus gẽtiles & oẽs impios, qui sunt diaboli dom⁹, descendit pluuia. i. veritatis doctrina, p⁹pheticas, & apostolicas nubes, flauerunt venti, id est, gratiæ spirituales, aut angeli, qui inuisibiliter operãtes hoĩes ad fidem veritatis inclinant, venerũt flumina. i. quatuor Euãgelistæ, aut cæteri sapientes, & impegerũt in domũ illã & sic cecidit

Ecclesiam qui deserunt, nunquã Christiani fuerunt.

2. Tim. 2

Domus diaboli quomodo sit subuersa.

cidit domus Diaboli, & spiritualibus instrumentis, erecta est domus Christo.&c.

## CAPVT XII.

EX cap. 8. homilia.23. In illo tempore, ascendente Iesu in nauiculam, secuti sunt eum discipuli eius &c. Secundum allegoricam rationem quæ in his omnibus figura monstrata sit, solicitè debemus intelligere. Quærendũ enim est, quid hæc nauis iuxta spiritualem rationẽ intelligi debeat, vel quod hoc mare, vel qui insurgentes fluctus, qui venti, qui hos fluctus cõcitant, qui etiam somnus domini, vel quæ hæc increpatio domini in ventos, & quæ ista restituta tranquillitas, vel que digna admiratio nauigantium. Et non dubium est nauem istam Ecclesiam figurasse, secundum quod per Salomonẽ de ea spiritus sanctus loquitur, dicens: Facta est tanquam nauis mercatura longinqua, id est, Ecclesia, quæ nauigantibus apostolis, gubernante domino, flante spiritu sancto, prędicationis verbo vbiq; discurrit, portans secum magnum & inæstima

Ecclesia figurata per nauem. Prou.31.

ſtimabile pretium, quo omne genus hominum, vel potius totum mundum in ſanguine Chriſti mercata eſt. De quo alio quodam loco idem Salomon retulit dicendo inter cętera, veſtigiũ nauis pelagizantibus inueniri non poſſe, oſtendens couerſationem eccleſiæ, non terrenam eſſe vel ſeculi, ſed cœleſtem, ſecũdum quod ſanctus Apoſtolus refert, dicens: Noſtra autẽ conuerſatio in cœlis eſt: Mare ſeculum intelligitur, quod à diuerſis peccatis, & varijs tentationibus, velut quibuſdam fluctibus ęſtuat. De quo ſcriptũ legimus: Hoc mare magnum & ſpatioſum, illic reptilia quorũ non eſt numerus. Animalia puſilla cum magnis, & draco iſte quem formaſti ad illudendum ei. Et iterum: Veni in altitudinem maris, & tẽpeſtas demerſit me. Venti autem nequitiæ ſpirituales, & immundi ſpiritus intelliguntur, qui ad naufragium eccleſię per diuerſas ſeculi tentationes, velut per fluctus maris deſęuiunt. Dormire verò dominus in hac naui tunc intelligitur, cum ad probationem fidei, eccleſiam ſuam preſſuris

Sapient. 5

Phil. 3

Pſal. 103.

Venti deſignãt immundos ſpiritus.

Dormire quando Chriſtus dicatur in Eccleſia.

& persecutionibus mundi istius tentari permittit. Oratio verò discipulorum, & excitantium dominum & auxilium implorantium vt liberarentur, preces sanctorum omnium ostenduntur, qui orta tempestate persecutionis, sæuiente diabolo & angelis eius, deuota fide ac iugi oratione, patientiam domini velut de somno excitant, vt miserricordiæ suæ auxilio, per timorem humanæ infirmitatis, periclitantibus subuenire dignetur, quo increpatis ventis, immundis scilicet spiritibus, qui autores sunt persecutionis, & mitigata omni seculi tempestate, Ecclesiam suam in pace & tranquillitate restituat in de- admiratione verò eorum qui in naui erant, qui post tranquillitatem factam Dei filium confitentur, omnium credentium persona & fides ostensa est, qui in Ecclesia constituti, prius orationibus dominum excitantes, reddita sibi pace, verè dominum ac defensorem Ecclesiæ suæ, Dei filium confitentur. Quod factum statim in Actis Apostolorum, post Hærodis persecutionem &

Iudæo-

Iudæorum,à ſanctis pro Eccleſia recognoſcimus. Vnde & quamuis infeſtatione inimici eccleſia, vel ſeculi tempeſtate laboret, quibuſuis tentationum fluctibus pulſetur, naufragium facere non poteſt, quia filium Dei habet gubernatorem. Inter ipſos enim turbines mundi, inter ipſas ſeculi peſecutiones, plus gloriæ ac virtutis acquirit, dum in fide firma & indiſſolubili permanet. Nauigat enim inſtructa fidei gubernaculo, fœlici curſu per huius ſeculi mare, habens Deum gubernatorem, angelos remiges, portans choros omnium ſanctorum erecta in medio ipſa ſalutari arbore crucis, in qua Euangelicæ fidei vela ſuſpẽdens, flante ſpiritu ſancto, ad portum paradiſi & ſecuritatẽ quietis æternæ deducitur. Et hæc quidem nauis, q̃ uis per hoc tempus vitæ, per has tentationes ſeculi nauiget, non eſt tamen ſeculi nauis, ſed Dei. Eſt enim & alia ſeculi nauis, non Dei, collectio hæreticorum, quæ ſibi huius nomen Eccleſiæ vendicat. Aduerſum quam diem iudicij futurum Eſaias manifeſtè declarat

Eccleſia naufragiũ nõ poteſt facere.

Hæreticorum collectio nauis eſt huius ſeculi.

declarat dicens: Dies (inquit) dominus
Esaiæ 2. sabaoth, aduersus omnem contumelio
sum et superbum. Et post aliquantulũ
ait: Et aduersus omnem nauem maris,
Esaiæ 53. id est, omnem Ecclesiam hæreticorum,
De qua alibi idem Esaias retulit: Diru-
pti sunt (inqt) funes tui, inclinauit ma-
lus, neq; depressa sunt aut etiam laxata
vela tua. Nauem verò hanc maris esse
dixit, quia huiusmodi ecclesia, non Dei
est, sed seculi, quæ licet habere in se prę
dicationem dominicæ crucis videatur,
inualidam tamen hancarborem eius o-
stendit, quia vbi non est veritas fidei, in
firma crucis assertio est. Vnde inclinata
et laxata vela eius sunt ostẽsa, quòd nul
lo flatu sancti spiritus diriguntur. Et
ideo huiusmodi nauis, id est, ecclesia hę
reticorum, amisso veræ fidei guberna-
culo, dominãtibus aduersis spiritibus,
in naufragium mortis æternæ demergi
tur, quæ gubernari à Christo domino
non meretur, qui est benedictus in se-
cula seculorum, Amen

FINIS.

# F. IOANNNIS SLOTANI GEFFENSIS, SACRAE Theologiæ professoris, De vero verbo Dei oratio, habita Coloniæ in schola Theologorũ, anno 1559. 5. Octobris.



Stendimus alibi, omne id verbum Dei esse, quod ad Ecclesiæ vtilitatem, à Deo reuelatum est, & docuimus sub hac definitiõe, nõ solùm contineri canonicas vtriusq; Testamenti scripturas, verùm etiam sacrosanctas Traditiones, & hanc verbi Dei definitionem, eneruare aduersariorum definitionem, qua dicunt illud esse verbum Dei, quod à Deo reuelatũ, & duntaxat sacris scripturis, expressis verbis demandatum est. Quod eorum ruinosum fundamentum, quanquã alibi satis superq; destruxerimus, modò tamen a-

lia quadam via ad eius conuulsionem procedemus. Siquidem de ipsa scriptura (qua nihil est sanctius, nihil præclarius ac augustius, nihilque secundum Deum venerabilius) nulla est nobis cũ hæreticis huius temporis nouatoribus controuersia, sed de intelligentia, nec nos negamus ipsam scripturã esse verbum Dei, sed constãter affirmamus, nõ statim quicquid verbum Dei esse prætenditur, id verbum Dei esse, atq; quasi verbum Dei susci pi debere. Non em quod in libris sacræ scripturæ scriptũ reperitur, hoc verbum Dei censendum est, sed quod sanè in illis intellectũ est, secundum interpretationem Ecclesiæ catholicæ. Nõ enim satis est, multas scripturarum autoritates adduxisse, sed eas probè intellexisse. Omnes enim pro pemodum hæretici, scripturarum testimonijs, sed non bene intellectis, ad errores suos confirmandos vsi sunt. Et idcirco Sanctus Hilarius in libro ad Cõstantium rectè scribit: Memento neminem hæreticorum esse, qui se nunc non secundum scripturas, prædicare ea, quæ blas-

**Scripturæ non in legendo, sed in intelligẽdo consistunt.**

blaſphemat, mentiatur. Hinc enim Marcion, verbum Dei cũ legit, neſcit, hinc Photinus, hominẽ Ieſum Chriſtũ, cum loquitur, ignorat, hinc & Sabellius, dum quod ego & pater vnum ſum⁹, non intelligit, ſine Deo patre, & ſine Deo filio eſt, hinc & Montanus per inſanas fœminas ſuas, paracletum aliũ defendit, hinc & Manichæus & Marcion legem odit, quia litera occidit, & mundi princeps diabolus eſt. Omnes ſcripturas ſine ſenſu loquuntur, & fidem, ſine fide prætendunt. Et lib. ſecundo de Trinitat. Extiterunt (inquit) plures, qui cœleſtium verborum ſimplicitatem pro voluntatis ſuæ ſenſu, non pro veritatis ipſius abſolutione, ſuſciperent aliter interpretanda, quàm dictorum virtus poſtularet. De intelligentia enim hæreſis, non de ſcriptura eſt, & ſenſus, non ſermo fit crimen.

Ioan. 10.

2. Cor. 4

Non in legendo, ſed in intelligendo ſcripturæ conſiſtunt, non in ſcripturarũ verbis Euangeliũ eſt, ſed in ſenſu, nõ in ſupficie, ſed in medulla, nõ in ſermonum

Contra Luciferianos. Et in 1 cap. ad Galat.

num folijs, sed in radice rationis. Neq; sibi (inquit Hieronymus) blandiantur, si de scripturarum capitulis videntur sibi affirmare, quod dicunt, cum & diabolus de scripturis aliqua sit loquutus, & scripturæ non in legendo consistant, sed in intelligendo. Hæc ille. Arrius scripturam protulit: Pater maior me est, sed quo sensu ille protulit, non erat verbum Dei. Scripturam proferebat Nouatus hæreticus, qua lapsis negari pœnitentiam voluit, citans illud Pauli ex epist. ad Hebræos: Impossibile est eos, qui semel sunt illuminati, gustauerunt etiam donum cæleste, & participes facti sunt spiritus sancti, gustauerunt nihilominus bonum Dei verbum, virtutesque seculi venturi, & prolapsi sunt, rursus renouari ad pœnitentiam, rursus crucifigentes sibimet ipsis filium Dei, & ostentui habentes. Secundum sensum Nouati, non erat verbum Dei, sed verbum Sathanæ, loquétis per os Nouati. Si autem eo sensu hęc verba protulisset, negari vt diceret per hæc verba secundum baptisma, vt à sanctis

Arriani Ioan. 14

Heb. 6. Nouatiani.

ctis patribus animaduersum est, & ipsum renouationis verbum satis indicat quæ in baptismo, non in pœnitentię sacramento confertur, Dei verbum erat, neque fas esset cuiquam homini Christiano contradicere. Sed quid opus est veterum hæreticorum impios errores prosequi, ad nostros veniamus. Proferunt Anabaptistæ scripturam: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit, qui verò non crediderit, condemnabitur. Et: Eũtes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine &c. Verùm si eo sensu hæc verba proferuntur, vt paruulos à baptismi sacramento velint excluſos, eò quòd fidem nõ habeant, quæ est ex auditu, diaboli (qui saluti paruulorum inuidet, & quibus potest modis eam impedire conatur) verbum est, & non Dei. Sin autem per hæc verba, omnes rationis compotes, cùm ad baptismum accesserint, velint fidem (sine qua impossibile est placere Deo) adferre propriam (nã paruulis sufficit fides ecclesiæ, in qua cùm baptizantur, quoniam baptismus est fidei sacramentum, habi-

Anabaptistæ. Marci vlt. & matt. vlt.

Heb 11.

habitum in eo fidei consequuntur, & iam deinceps fideles vocantur & sunt. vt etiam decedētes, credātur in fide & confessione nominis Christi decessisse) sine qua non sit consequuturus salutem, verbum Dei est, omni veneratione amplectendum. Verùm de hoc latius egimus in Tractatu de baptismo paruulorum. Adducunt Sacramentarij hæc Christi verba sacris scripturis comprehensa, & à Christo prolata, dum Eucharistiæ sacrosanctum sacramentum instituere: Hoc est corpus meum, &, Hic est sanguis meus. Quæ si hoc sensu proferrent, vt in Eucharistia præsens reuera esse intelligerent, verùm & viuificum corpus domini nostri Iesu Christi, verumque & viuificum eiusdem sanguinem, nemini dubiū, quin sint verba Dei. Nam & ipsa Christi verba hoc demonstrāt. & ipse verus consensus ab initio vsque ad præsens tempus Catholicæ Ecclesiæ idipsum comprobat. Si autem hæc verba non simpliciter vt sonant, iuxta singularem significationem, non de

Sacramentarii.

Matt 26. Marci 14. Luc. 22.

de vero corpore, ac vera viuenti carne & sanguine, intelligunt, sed metaphoricè aut schematicè accipiant, quasi Dominus dicat, illa corpus meum declarant designantque, vel figurant aut adumbrant corpus meum, aut si (vt de quibusdam refertur) eò amentiæ atque audaciæ fuerint progressi, vt etiam ipsa Christi verba in consecratione cœnæ dominicæ mutare, pro eo quod ille dixit, Hoc est corpus meum, non fuerint veriti dicere, Hic panis meus, aut denique si eadem prorsus omittere non dubitarint (vt de quibusdam narratur) qui sic enunciauit: Accipite, comedite, hoc facite in mei commemorationem, certè non verbum Dei sed diaboli censendum erit.

Iam quid dicam de Lutheranis, qui affirmãt substantiã panis & vini manere in Eucharistię sacramẽto, vnà cũ veritate corporis et sanguinis Chri? Nũqd sic intelligentes verba Chri, existimandi sunt habere verbũ dei, hoc est, verã eorũ intelligentiã? Haudquaq̃. Non sunt ergo

Lutherani.

ergo verbum Dei, sed diaboli. At si panem conuerti in corpus, & vinum in sanguinem Christi, neque facta consecratione, vllam ibi substantiam panis & vini remanere, & cum ecclesia catholica transubstatiationem panis in corpus, & vini in sanguinem crediderint (Christus enim non dixit, Hic est panis meus, neque cum pane est corpus meum, sed, hoc est corpus meum. Neque dixit: Hoc est sanguis meus, aut cum hoc vino est sanguis meus, sed, hic est sanguis meus) iam erit verbum Dei. Sed de his prolixius in libro disputationum nostrarum aduersus hæreticos, & præcipuè contra Velsium. Rapiunt pro communione vtriusque speciei illa verba Christi, quæ in vltima cœna dixit Apostolis dum calicem eis porrigeret: Bibite ex hoc omnes. Quæ si intelligere velint, ex eis colligere ac definire omnes, etiam laicos communicantes, adstringi ex præcepto Domini, ad suscipiendam Eucharistiam sub vtraq; specie, quia sensum non habent, quo ea protulit Christus, verbum non sunt do-

Bibite ex hoc omnes.

mini,

mini, sed diaboli. Cõcedimus enim verba Christi, verùm eo sensu ea esse exp̃ssa ab eo, quem ex eo loco aduersarij colligere conãtur, hoc est, q̃ constanter negamus. Non ergo hic de scriptura illa ambigitur, sed de intelligentia. Scripturam magis reuerẽter amplectimur, nos catholici, quàm aduersarij, & dimicamus pro eiusdem vera intelligentia. Si autem rectè ea intelligere volumus, necesse est, vt quæ præcesserũt, videamus, vt quibus ea dicta sint, cognoscere valeamus. Intelligimus ergo ea verba, solis dicta esse Apostolis duodecim, ibi duntaxat cum Christo præsentibus. Nõne perspicuè Matthęus cum dominicã cænam describeret, dixit cap. 26. Vespere autem facto, dicumbebat cum duodecim discipulis. Quod & Marcus dixit cap 14. Vespere autem facto, venit cum duodecim. Et similiter Lucas ca. 22. Cum (inquit) facta esset hora, discubuit, & duodecim Apostoli cum eo. Quid perspicuè magis dici potest? quin ad hos duodecim, quos ita diligenter enumerant Euangelistæ memorati, di-

ctum sit tantummodo, bibite ex eo o-
mnes. De quo dubitatũ fuit nunquam.
Nam & Marcus eos hoc feciſſe ſcribit,
quòd biberint videlicet ex eo omnes.
Iuſsit ergo Chriſtus bibere duodecim
apoſtolos, qui tum duntaxat præſentes
erant, qui etiam omnes biberunt. Si er-
go hũc ſenſum inde colligimus, vt qui-
bus hoc dictum eſt apoſtolis & eorum
ſucceſſorib. Epiſcopis & ſacerdotibus,
non licere putemus, aut conficere, aut
offerre, aut oblatione facta Chriſti cor
pus & ſanguinem ſumere, niſi ſub vtra-
que ſpecie, Dei eſt verbum, quod reue-
renter amplectimur. Nã Chriſtus ſic in
inſtituit, ſancta Catholica & apoſtolica
eccleſia ſemp obſeruauit, neq; faciet vn
q̃ vt iſtud Chri mutet inſtitutũ. Quòd
aũt aduerſarij claris verbis Chriſti cali
ginẽ quãdã offundere conantur, & q̃d
ad omnes Apoſtolos ſolũ dictum eſt, id
de Chriſtianis omnibus dictũ intelligi
velint, quaſi ſic eſſet præceptũ oĩbus e-
tiam laicis, de calice ſanguinẽ Dñi bibe
re, vt niſi facerent, de ſalute ſua pericli
tarentur, non verbũ Dñi, ſed diaboli

creden-

credendum est esse. Nã de hac re decreta conciliorũ Constantiensis & Basiliẽsis interceſſerunt, in quibus ab oĩbus vnanimiter definitũ est, nõ esse de neceſsitate ſalutis, vt de calice ſanguinem dñi bibant oẽs Chriſtiani. Non laborat diabolus de altera vel vtraq; ſpecie Eucharistiæ ſumẽda, nouit nihil ad ſalutẽ referre, vtatur quis calice nec ne, ſcit veriſsimum esse quod à patribus in prędictis Concilijs decretũ est, nihil de calice ſumendo tanq̃ ad ſalutẽ neceſſarium à Chriſto præceptũ esse, nihil eum offendit, quòd ſub vna ſpecie, nec hoc vrget, vt ſub duplici communicent homines, ſed vt contra ordinationem & obſeruantiam Eccleſiæ faciant homines, malè eum habet, quòd ſunt qui obediunt Eccleſiæ, & cõmunionẽ (nã aliàs non proficit cõmunicãtibus ad ſalutẽ) ſecundum ordinationem & obſeruanetiem Eccleſiæ accipiunt, vnde maximè inſtat & vrget, ne hoc modo communicetur. Vnde quicunque verba Chriſti, quæ ſolis Apoſtolis dicta ſunt, torquent ad omnes etiam laicos,

ſicque ea intelligenda eſſe vociferantur, quoniam perperam ea intelligũt, verba ſunt diaboli, per ſuos miniſtos ea contra Eccleſiaſticam intelligentiam malè exponentis. Proferuntur & aliæ ſcripturæ. Scriptum eſt enim omnibus Chriſti fidelibus: Vos eſtis genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, populus acquiſitionis. Et rurſus: Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo, & fecit nos regnum & ſacerdotes Deo. Et iterum: Redemiſti nos in ſanguine tuo, ex omni tribu & lingua, et populo, & natione, & feciſti nos deo noſtro regnũ & ſacerdotes, & regnabimus ſuper terram. Sancta quidẽ ſunt hæc ſcripturæ verba, quibus nihil eſt certius, nihil eſt verius, ſi rectè intelligantur. Si enim hoc ex illis colligunt, vt ex æquo omnes ſint ſacerdotes hierarchici, æquè omnes baptizare, ęquè p̃dicare, ęquè abſoluere, ſacris operari, et quocũq; alio reconciliationis miniſterio ęquè vti poſſe, viros, mulieres, pueros, vt p̃otificẽ quẽuis, aut ſacerdotẽ, qs nõ videt diaboli eſſe commentum,

Non omnes eſſe ſacerdotes.

1. Pet. 2.
Apoc. 1

Apoc. 5.

mentũ, ſatanæ eſſe verbum, qui diuina cũ humanis confundere, qui ſurſum et deorſum miſcere conatur omnia, qui in hoc totus eſt, & curas ſuas abſumit omnes, vt ex eccleſia ordinem tollere poſsit, vt non ſit illud quod Paulus præcepit, omnia honeſtè & ſecundum ordinem fiant in vobis. Porrò ſi ex iſtis ſcripturis ſentias, ſpiritum ſanctum per Petrum & Ioannem hoc velle ac ſignificare voluiſſe, Chriſtianos Chriſto per baptiſmum inſitos, rectius vocari genus electum & regale ſacerdotium, quã Iudęos (quibus olim dictum erat à domino: Vos eritis mihi regnum ſacerdotale & gens ſancta) qui non aliunde magis gloriari ſolebant, quàm quòd ſecũdum carnem ex Abraham eſſent propagati, qui neque rex fuit, neq; ſacerdos, cũ in Chriſtum credentes, qui & ſacerdos fuit ſecundum ordinem Melchiſedech, & rex dictus eſt, mãſuetus, iuſtus, & ſaluos faciens, multo rectius id nob. illius ſacerdotis & regis membra facti, qñ per lauachrũ regenerationis corporis eius ſumus inſiti, vẽdicare poſsimus,

1 Cor. 14.

Exod. 19.

Pſal. 109

De sacrificio missæ.

Ita enim intellecta, quemadmodum & patres intellexerunt, verè verbũ sunt Domini. Profertur ab eisdem alia quoque scriptura, aduersus augustissimum missæ sacrificium ex epistola Pauli ad Hebræos, in qua dicit: Christus assistẽs pontifex futurorum bonorũ, per proprium sanguinẽ introiuit semel in sancta, æterna redemptione inuenta. Etiterum: Non in manufactis sanctis, introiuit Iesus exemplaria verorum, sed in ipsum cęlũ, vt appareat vultui Dei pro nobis. Neq; vt sæpe offerat semetipsum quemadmodum pontifex intrat in sancta per singulos annos in sanguine alieno (alioquin oportebat eum frequenter pati ab origine mundi) nunc autem semel in consummatione seculorũ, ad destitutionẽ peccati, p hostiã suã apparuit. Et quẽadmodũ est hominibus semel mori, post hoc aũt iudiciũ, sic & Christus semel oblatus est, ad multorũ exhaurienda peccata. Et in sequenti capite: Christus (inquit) vnã pro peccatis offerẽs hostiã, in sempiternum sedet in dextera dei de cætero expectãs, donec ponantur

Heb. 9

Heb. 10

ponantur inimici eius scabellũ pedũ eius. Vna.n. oblatione confirmauit, inæternũ sanctificatos. Hæc scripturæ verba, q̃ certissima sunt, si interpretari voluerint, vt incruentum illud missæ sacrificiũ (in quo fit memoria & repsentatio cruenti illius per Christũ verũ pontificẽ nostrũ semel pacti sacrificij) deinceps in Ecclesia haud quaq̃ celebrãdũ existimẽt, verbũ est diaboli, q̃ p satellites suos, hoc psuadere conatur populo. Nõ.n.põt esse verbũ Dei. Nã spiritus S. (quo suggerẽte Paulus hæc scripsit) nũquã sic ea verba intelligi voluit, quẽad modũ ex patribus alibi demõstrauim⁹. Sed ea est intelligentia verborũ Pauli, vt affirmet visibiliter & sensibiliter cruento modo, semel tm̃ Christi corpus in ara crucis oblatũ fuisse, eo genere oblationis, quo inspectante populo vniuerso mortẽ p nob. oppetere dignatus est quodq̃; deinceps eiusdẽ generis alia oblatio expectanda non sit: non enim necessaria erat, quia ad redimendum genus humanũ vniuersum ad abluendos omnes à peccatis, ad iustificandos om-

Antichristi præcursores

In li. disp. aduersus hæreticos

Rom. 6 nes vna illa hostia abundè suffecit. Sed nec poterat. Quia Christus resurgés ex mortuis, iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur. Hoc modo intellecta verba Pauli, verbi Dei nomenclaturam sortiuntur. Adducunt pro suo no imputato peccato illud spalmistę dicentis: Beati quorũ remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Be-

psal. 31. atus vir cui nõ imputauit dñs peccatũ, nec est in spũ eius dolus. Quòd si hisce verbis intelligant sanctum illũ regem & prophetam exprimere voluisse, beatũ eum esse, in quo peccatum sic deletur, vt eius etiam omnis memoria, prorsus extinguatur, quasi nunquam admissum fuisset, secundum illud Ezechielis:

Ezechi. 18 Omnium iniquitatum, quas operatus est, non recordabor, verba erunt Dei. Sin autem eo sensu Dauid hæc verba lòquutum fuisse dicant, vt peccatum, quod veri peccati rationem habet, quodque sempiternæ mortis reum facit hominem, sic remitti, vt non sit, sed vt non imputetur, longè dicimus abfuisse ab hac sententia sanctissimum

peccatum non imputari, quõ fit verum.

ctiſsimum prophetam, & idcirco non eſſe verbum Dei, ſed Diaboli, qui per ſuos miniſtros miro quodam artificio, omnia Chriſti beneficia, non obſcurare modò, verùm etiam ex omni hominũ memoria delere, & ſempiterna quadam obliuione conatur obruere. Sed aduertant obſecro, diaboli alumni quo modo inter ſe pugnantia dicant: vt vel hoc euidens ſit iudicium, ſe non à ſpiritu ſancto, qui ſpiritus eſt vnitatis & cõſenſionis, ſed à ſpiritu ſatanico agitari, ac illius verbum ſequi. Dominus dicit per Eſaiam: Iniqtates veſtræ diuiſerunt inter vos, & Deum veſtrum, & peccata veſtra abſconderunt faciem eius à vobis, ne exaudiret. Et Sapiens dicit: Similiter odio ſunt deo, impius & impietas eius. Si hæc vera ſunt, vt vtiq; ſunt, quo modo fieri poteſt vt nõ imputet, quod odio habet, cùm ipſum etiam imputationis verbum, odium quoddam ſignificare videatur? Ea propter explodẽnda prorſus eſt iſta doctrina, de manẽte quidem in nobis, ſed non imputato peccato, quia pugnat cum verbo dei, qui non

Aduerſarii inter ſe pugnantia dicunt

Eſa. 59

Sapi 14

Psa 43 dixit per Esaiam prophetam: Ego sum qui non imputo, sed ego sũ ipse qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum non recordabor. Pugnat cum Dei spiritu qui loquitur de Christo: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Qui tollit (inquit) non qui imputat. Cum itaq; pugnet cũ Dei verbo & spiritu, nónne censebitur verbum esse diaboli? Nec minus pugnat cũ verbo dei, quòd quandã excogitant ac fingunt, imputatiuam iustitiam, nequaquam nobis inherẽtem, q̃ proculdubio commẽtus est Satanas, vt homines veræ iustitiæ prsus faceret expertes. Nos verò de iustitia, Christo potius & Apostolis eius fidem habeamus, q̃ verè nos sanctos, verè liberos, verè iustos esse constitutos, ac filios dei, non modo noïari, verum etiam esse dixerunt, q̃ aduersarijs, qui dum imputatiuam hanc iustitiã adstruere conãtur, prium suum axioma falsum esse demõstrant, p in scripturis oïa continentur ad salutem necessaria, quodq́; præter eas nihil credi, nihilq; recipi oporteat. Nam certè, non verè nos esse iustos, sed imputatiuè, vel nõ esse iu

Ioan 1.

De fictitia & excogitata iusti. tia imputatiua aduersariorum.

ſtos, ſed pro iuſtis imputatione haberi, quatenus Chriſti iuſtitiam per fidē poſ ſidemus, nō eſt ſcriptū vſq̃ in ſcripturis Canonicis. Reputari nobis fidem ad iuſtitiam, beatum eſſe cui non imputauit dñs peccatum, propter Chriſtum, nō re putari nobis delicta noſtra, legimus in ſcripturis, imputatiuā aūt iuſtitiam nuſ q̃. Non eſt ergo verbū dei, ſed diaboli. Huic ſimile eſt qꝓ docent, omni homini ad remiſsionē peccatorū conſequēdam neceſſariū eſſe, vt credat certò & abſq; vl la hæſitatiōe ꝓpriæ infirmitatis & indiſ poſitionis, peccata ſibi eſſe dimiſſa, nec eſſe quenq; verè iuſtificatū, niſi qui credit ſe iuſtificatum, & hac ſola fide iuſtifi cationē & abſolutionem ꝓfici, hominē renatū & iuſtificatum, teneri ex fide ad credēdū, ſe certò eſſe in numero ꝑdeſti natorū, & in finē vſq; magnū illud ꝓſeue rantiæ donum habiturū, abſoluta qua dam & infallibili certitudine. Hæc vbi in ſcripturis reperiunt? Quin aduerſant illis potiꝰ. Neſcit homo (inqt) vtrū odio vel amore dignꝰ ſit, ſed oīa in futura re ſeruant incerta. Delicta qs intelligit? ab occultis meis mūda me. Quis pōt dicere,

De inani fiducia remiſsionis peccatorum, & futuræ ſalutis.

Eccleſ. 9

Pſal. 18

Prou 20 mundum est cor meum, purus sum à
Ioc 9 peccato? Verebar omnia opera mea (in-
2. Cor. 4 quit S. Iob) sciens quòd nõ parceres de-
Eccles. 5 linquenti. Et Paulus ait: Nihil mihi con
scius sum, sed non in hoc iustificatus sũ.
De propitiato peccato (ait ille) noli esse
sine metu. Ne dicas: Misericordia domi
ni magna est, multitudinis peccatorum
meorum miserebitur. Misericordia em̃
& ira ab illo cito proximant, & in pec-
catum respicit ira illius. Cumque metu
& tremore (inquit Paulus) salutem ve-
Philip. 2 stram operemini. Beatus homo qui sem
Prou. 28. per est pauidus, inquit Salomon. Qui
Eccles. 1 sine timore est, non poterit iustificari,
ait Ecclesiasticus. Sed non præsentis in
stituti, plura adferre hoc axioma testi-
monia, satis est enim paucis demonstraſ
se, pugnare cum sacris literis, & euidẽs
sit, non esse verbum domini, sed diabo-
li, qui cum hac inani fiducia, demerge-
re conatur homines ad æterna gehennę
De libero supplicia. Proferuntur scripturæ ex
arbitrio. Psalmo. 36. Apud dominum gressus ho-
minis dirigetur, & viam eius olet. Et
Psa. 36. ex Esaia: Omnia opera nostra operatus

es

es in nobis. Aperta sunt scripturæ verba, nihilq; illis est certius. Sed si ita accipiantur, vt dicant hominem nihilo plus in bona agere, quàm agat securis in manu fabri, aut lutum in manu figuli, atq; ita deum per filium suum, legem in credentibus implere, nihil vt agant ipsi, nõ dei, sed verbum est diaboli, qui eos etiam ad ea blasphemiarum portenta deduxisse tandem videtur, vt solùm bonũ Deum, etiam malorum autorem faciãt, & affirment impudenter, neque bona magis, quàm etiam in opera mala in nobis operari, quòd haud aliter se habere dicant facinorosos, ad ea quæ patrant crimina, quam se habet gladius quo iugulatur proximus. Neque minus esse ,p prium opus dei, Dauidis adulterium, aut Iudæ proditionem, quàm Pauli vocationem? potuit ne dici aliquid pestilentius? Quid autem est aliud hoc docere, quàm omnem ordinem, omnem benè agẽdi curam, omnem solicitudinem prouidentiam ac industriam, & disciplinam omnem euertere, omnem religionem ex mortalium animis, radicitus euellere,

uellere, deniq; vitam humanam ab hominibus velle proscriptam, & pro illa introductam, pecuniam quandã, securitatem, ac feralem licentiam? Ad quid ergo leges? quorsum magistratus & principes? cur bonis p̃mia, malis cõstituta sunt supplicia? Deniq; quorsum etiam istud ꝑtinet, ꝙ deus mercedẽ regni cælestis pijs ꝓmittit, gehennę verò pœnas impijs comminatur, si oĩa siue bona, siue mala, sine nobis operatur in nobis? si absoluta necessitate & ineuitabili, patimur magis, q̃ agimus, aut velut ferræ q̃dam, ab illo acti agimus? Si autẽ in hunc modum has scripturas accipiamus, vt intelligamus, oĩa opera nostra operari in nobis deum, operari & velle & perficere, operari oĩa in omnibus, quemadmodũ sessor agit equum, & nõ quemadmodũ faber agit serrã, verbũ dei habes. Opatur siquidẽ in nobis deus, verũm nõ otiosis nobis, sed ipsis etiã & voluntatẽ & conatum adhibentibus, quanq̃ vt velimus sine nobis operatur, vt ait Aug. Ab ipso em̃ præparatur voluntas nostra, cũ volumus, & sic volumus vt faciamus, no

In lib de Gram. & lib. arb ca. 13.

biscum

biscum cooperatur, sine illo tamen, vel operante vt velimus, vel cooperante cùm volumus, ad bona pietatis opera, nihil valemus. Veruntamen certum est, nos facere cùm facimus, quamuis ille faciat, vt faciamus, præbendo vires efficiacissimas voluntati, qui dixit: faciam vt in iustificationibus meis ambuletis, & iudicia mea obseruetis & faciatis ea. Cùm dicit (inquit Augst.) faciam vt faciatis, quid aliud dicit: nisi auferã à vobis cor lapideum, vnde non facietatis, & dabo cor carneum, vnde faciatis? Et hoc quid est? nisi auferam cor durũ, vnde non faciebatis, & dabo cor obediens, vnde faciatis. Ille facit vt faciamus, cui dicit homo: Pone domine custodiã ori meo. Quòd beneficium dei iam fuerat consecutus, qui dixit: Posui custodiam ori meo. Quomodo autem deus omnia operetur in nobis, & velle & perficere, & ꝙ placeat coram se, non tamen sine nobis sanctissimus apostolus Paulus declarat dicens: Abundantius omnibus laboraui, sed ne sibi suæq; virtuti bona tribuere videretur, q̃ per ipsum deus opra

Ezech. 36.

Vbi sup. c. 16.

Psal. 140.

Psal. 38.

1. Cor. 15

tus fuerat, ſubiunxit eueſtigio & ait: Non ego autem, ſed gratia Dei mecum. Quando dicit: Non ego &c. non ita accipiendum eſt, quaſi dicere voluerit, ſe nihil laboraſſe, nihilque prorſus operatum eſſe, ſed quia minus erat, maluit dicere mecum, præſumens ſe nõ ſolùm operis eſſe miniſtrũ per effectũ, ſed operãtis quodammodo ſocium per conſenſum. Ac ſi diceret: Abundantius laboraui, non ego, ſed & ego, in eo eñ quòd ſolo dei dono præuentus ſum, nõ ego, in eo autem quòd domini voluntate ſubſecutus ſum, & ego. Non itaque adieciſſet, & gratia dei mecum, ſi præueniente gratia, ſubſequens liberum arbitrium non habuiſſet. Obijcitur nobis aduerſus Sanctorum inuocationem ſacra ſcriptura. Scriptum eſt inquiunt: Gloriam meam alteri non dabo. Et iterum: Soli deo honor & gloria. Et Dominum deum tuũ adorabis, & illi ſoli ſeruies. Si has ſcripturas ita intelligas, vt aſſeras, eos impiè facere, qui contra hæc dei verba, tam clara & manifeſta, colunt Sanctos cum Chriſto regnantes, cultu illis

De cultu Sanctorũ.

Eſa 42.
1. Tim. 1
Deut. 6.
Matt 4

illis non incongruo, non es assecut⁹ ver bū dei, sed quia minus benè scripturas intelligis, diaboli. Non enim quia ista scripta sunt, vlla est nobis dubitatio, sed de eo quemadmodum quæ scripta sunt intelligere oporteat controuertitur. Si vis ergo ex his scripturis, verum eruere verbum dei, disce gloriam & honorem, etiam hominibus tribui in scriptura. Gloria & honor (inquit Paulus) Rom 2. omni operanti bonum, Iudæo primum & Græco, non enim est acceptio personarum apud deum. Reuoca quoque ad mentem, quòd Iacob adorauit septies sibi obuiãtem fratrem suum Esau, quòd Iudith Holofernem, quòd Nathan, & Barsabeæ, regẽ Dauid, quòd Nabuchodonosor Danielem, quòd Abraham & Iosue, angelos adorauerunt. Audebis ne sanctos hos patriarchas & prophetas idololatras pronunciare, aut Paulum sibi contraria loquutum affirmare? Qui cum dixerit vno loco, soli deo honor & gloria, dixit alio, gloria & honor omni operanti bonum. Non igitur de verbo dei, nõ de scriptura controuertitur in-

Genes. 33. Iudith 10. 3. Reg. 1. Dan. 2. Genes. 19. Iosuæ 5.

ter nos, sed de eo quemadmodũ quod scriptum est, intelligi oporteat. Distingue ergo duplicem cultum, siue adorationem, siue seruitutem, & plurimum lucis scripturis his attulisti, vt verbum dei ex eis haurias. Dic esse cultum latrię vnũ, alterum duliæ. Latriæ adorationẽ soli deo deberi dulię, etiam hominibus rectè tribui. Duliæ cultum, seruitutem ac honorem, Paulum hominibus præstari voluisse, latriæ verò nequaquam.

Cultus duplex,

Detorquent aduersus traditiones apostolicas & ecclesiasticas, vt eas abolean t, scripturam, & dicunt: Scriptum est: In præceptis patrum vestrorum nolite incedere, nec iudicia eorum custodiatis. Et illud: Sine causa colunt me, docentes doctrinas & mandata hominum. Si has scripturas ita intelligunt, vt earũ authoritate, traditiones omnes humanas reijciendas putent, procul sunt à verbo dei, sed amplexantur verbum diaboli. Et quidem quantum spectat ad id quod ex Ezechiele adferunt, vide quæso, quam ridiculos & ineptos semetipsos ostendunt, dum hæc adducunt,

De traditionibus. Ezech. 20.

Matt. 15

cunt,ad pios maiorum noſtrorum cultus euertendos,quos conſtat in fide & confeſsione CHRISTI nominis,ex hac vita migraſſe. Propheta enim non loquitur de præceptis patrum pijs, & iudicijs iuſtis,ſed patrum Iudæorum(quibus loquitur) impia præcepta,& iudicia iniuſta redarguit, & hortatur ne in præceptis illorum incedant. Sed quid hæc ad nos? Libenter non tam in patrum,quàm in auorum,proauorum,attauorum incedimus præceptis, donec tandem ad eos perueniamus, qui pluſquam mille & quingentis annis, eadem qua nos ratione Chriſtum coluerunt, eiuſque colendi rationem partim ſcripto,partim ad nos traditionibus transmiſerunt.Sed audi tu gens acephala, an non tuis filijs hæc obijci poſsint rectius & verius? Dicimus illis optimo iure: In præceptis patrum veſtrorum nolite incedere, quoniam non ſolùm pugnant cum Traditionibus Apoſtolicis,& Eccleſiaſticis,quas patres eorum ſummo conamine abrogare contẽdũt, vt ſuam ſtatuãt impietatẽ, ſed etiã cum

ſcripturis ſacris. Porrò quare filijs tuis ô gens perfida hæc potius exꝓbramus, quàm tibi? Quoniam liberi tui, nó in aliorum, quàm in patrum ſuorum præceptis incedunt. Alios enim non habent patres, quàm à quibus vixdum ante quadraginta annos geniti ſunt. Quos enim auos & proauos, numerare poſſunt, niſi condemnatos hæreticos, Ioannẽ VViclefſum, Ioannem Hus, & Hieronimum Pragenſem? niſi fortè non habent ſua quoq; præcepta, non habẽt ſuas quoq; conſtitutiones. Porrò quantum ad aliã ſcripturã attinet, dicimus Chriſtum de eo traditionum genere ibi loqui, ꝙ aut leue ꝓrſus eſt ac inutile, nec ad cultum dei quicquam facit, quale fuit, non lotis manibus mãducare, de qua re tum ſermo fuerat, aut quòd dei p̃ceptis palam aduerſaretẽ, quale fuit, cuius in eodem loco Chriſtus meminit: Quicunq; dixerit patri aut matri, munus quodcũq; eſt ex me tibi ꝓderit &c, quibus verbis hoc ſignificare velle videbantur, in templo munus offerre, ſatius eſſe, quàm neceſsitati parentum ſubuenire. Quòd

præcepto

præcepto de honorandis parentibus apertè aduersabatur. Traditiones autem Apostolicæ ac Ecclesiasticæ, nõ sunt leues, aut inutiles, aut cum verbo dei pugnantes, sed ad cultum dei ꝓmouendũ plurimum facere videntur. Hæc ideo latius ꝓlixiusq;, diuersarum scripturarũ exemplis ꝓsequuti sumus, vt omnibus planum faceremus, non esse statim tanquam verbum dei recipiendum, quicquid è scripturis, in prauum aliquẽ sensum detortum profertur, quia vt antea ex Hilario & Hierony. citauimus, scripturæ non in legendo, sed intelligendo consistunt, & de intelligentia hæresis, non de scriptura est, & sensus nõ sermo fit crimen. Scripturam produxit cõtra Christum, tentator satanas: Angelis (inquit) suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis. In manibus portabunt te, ne fortè offendas ad lapidem pedẽ tuum. Sed quo sensu, ipse eam adduxit, non dei, sed ipsius fuit satanę verbum, qui se transfigurat in angelum lucis, vt non magnum sit, si ministri eius, transfigurentur velut ministri iustitiæ, *Matt. 4* *Psal. 90* *2. Cor. 11.*

nec mirandum si fuerint semper & sunt etiam nunc pseudoapostoli & operarij subdoli, transfigurantes se in Apostolos Christi, qui Dei verbum sic sibi solis arrogant, vt reliquos Christianos eius possessione propemodum excludant. Sed an à vobis (inquit Paulus) dei verbum processit, aut in vos solos peruenit? Certè ipsas scripturas, non aliunde quàm à nobis, à quibus discesserunt, acceperunt, quas nos reuerenter omnes recipimus, sed illi, quoniam non authoritati scripturarum subijci volunt ad fidem, sed sibi scripturas subijcere conantur, non recipiunt in illis, nisi quod suis dogmatibus commodum est. Ergo (inquit Vincentius Lirinensis, secundum Apostoli Pauli magisterium, quotiens cunque vel pseudoapostoli, vel pseudo prophetæ, vel pseudodoctores, diuinæ legis sententias proferunt, quibus male interpretatis, errores suos conantur adstruere, non dubium est, quin autoris sui (diabolum intelligit) callida machinamenta sectentur, quæ ille

1. Cor. 14

In lib. aduersus prophanas hęr. nouitates.

ille nunquam comminiſceretur, niſi ſciret omnino nullam eſſe, ad fallendum faciliorem viam, quàm vt vbi nefarij erroris, ſubinducitur fraudulentia, ibi diuinorum verborum prætendatur authoritas. Deinde vbi per autoritatem iam paulò ante citatam comprobaſſet, diabolum ſacræ legis exemplis, vti ſolere, ſubinfert dicens: Magnopere nobis dorctina loci iſtius attendenda, atque retinenda eſt, vt tanto Euangelicæ authoritatis exemplo, quando aliquos Apoſtolica, ſeu prophetica verba proferre contra catholicam fidem viderimus, Diabolum per eos loqui minimè dubitemus. Nam ſicut tunc caput capiti, ita nunc quoque membra membris loquuntur, membra ſcilicet Diaboli, membris CHRISTI, perfidi fidelibus, ſacrilegi religioſis, hæretici poſtremò catholicis. Hæc ille. Porrò ſi Diabolus loquitur per pſeudodoctores & hæreticos, meritò diximus verbum eorum etiam in ſacrarum ſcripturarum (quas

Matt 4

Diabolus loquitur per hæreticos.

perperam intelligunt)prolatione, esse verbum diaboli. Sed iterum audiamus Vincẽtiũ Lirinensem: Sed dicit aliquis inquit:Si diuinis eloquijs, sententijs, ꝑmissionibus, & diabolus & discipuli eius vtuntur, quorum alij sunt pseudoapostoli, alij pseudoprophetæ & pseudo magistri,& omnes ex toto hæretici, quid facient catholici homines, & matris Ecclesiæ filij?quonam modo in scripturis sanctis,veritatẽ à falsitate discernent?Hoc scilicet facere magnopere curabũt,vt diuinum canonem, secundum vniuersalis Ecclesiæ traditiones,& iuxta catholici dogmatis regulas interpretentur,in qua item catholicæ apostolicæq; Ecclesiæ, sequãtur necesse est vniuersitatem, antiquitatem,consensionẽ, de qbus multa habet in eodem verè aureo libello suo, multis verbis fermè à principio docens fidem catholicam cõstare,vniuersitate,Antiquitate, Cõsensione.Vbi etiam satisfacit quæstioni,q̃ ipse sibi ꝑponit dicens:Quum sit perfectus scripturarum canõ,sibiq; ad oĩa satis superq; sufficiat, quid opus est vt ei Eccle-

Ecclesiasticæ intelligentiæ iungatur au toritas? Respondet: Quia videlicet scripturam sacram, pro ipsa sui altitudine, non vno eodemque sensu, vniuersi acci piunt, sed eiusdem eloquia, aliter atque aliter, alius atque alius interpretatur, vt pene quot homines sunt, tot illinc sententiæ erui possevideantur. Aliter nãq; illam Nouatianus, aliter Sabellius, aliter Donatus exponit, aliter Arrius, Eunomius, Macedonius, aliter Photinus, Apollinaris, Priscillianus, aliter Iouinianus, Pelagius, Celestius, aliter postremò Nestorius. Atqui idcirco multũ necesse est, propter tantos tam varij erroris anfractus, vt propheticæ & apostolicæ interpretationis linea, secundum Ecclesiastici & catholici sensus normã dirigatur. hæc ille. Quoniam itaque hanc Ecclesiasticæ intelligentię autoritatem reijciunt aduersarij, & scripturæ verbis non eum qui omnium, qui Ecclesię catholicæ est, quem eundem esse Dei sensum ambigere nõ debemus, sed suũ adferunt, non verbum Dei, productione scripturarum, sed proferũt diaboli, qui

licet ſcripturarum teſtimonia recitauerit, non tamen veritatem loquutus eſt, quia de ſuo loquutus eſt. Eccleſiæ catholicæ ſenſus ſequendus eſt, quia quiſquis de ſuo loquitur, mendacium loquitur: qui autem contra ſenſum Eccleſiæ, & illius conſenſum loquitur, de ſuo loquitur,, nec dubium quin diabolus per os illius loquatur. Qui enim conſentienti totius Eccleſię (quam ſcriptura prædicat eſſe colũnam & firmamentum veritatis, & conteſtatur omnem eum habendum tanquam ethnicum & publicanum, qui eam non audierit) voci nõ adhæſerit, eiq; nõ obedierit, ſed è ſcripturis ad peruerſum ſenſum detortis, aduerſus eccleſiaſticæ intelligentiæ autoritatẽ, aliqd protulerit, ex quarũ praua interpretatione, hæreſes oẽs natas eſſe cõſtat, ipſius diaboli propriũ, non dei verbum fuerit. Teneamus igitur illam, quę firmamentũ eſt, & colũna veritatis, neq; cuiusq̃ authoritate nos ab ea auelli patiamur, quamlibet is doctus, & ſanctus videatur, quamlibet etiam multa ſacrarum lite-

1. Tim. 3. Matt. 18

literarũ proferat oracula, q̃ non in legẽ do, sed in intelligendo cõsistunt. Non est verbum Dei, vbi nõ est ecclesia, nec est ecclesia vbi non est verbum Dei. Potest quidem haberi scriptura extra Ecclesiam, extra quam pelles haberi siue chartæ possunt, item atramentum & literæ siue characteres, quibus scriptura conscripta est, haberi possunt, cæterùm ipsa sacrarum literarum intelligentia, extra ecclesiã non habetur, nec haberi potest. Hinc est q̃ habemus in Symbolo Apostolorũ articulũ fidei, quo credimus sanctã ecclesiam, in qua sunt sacræ scripturæ, & verbũ Dei, quia in ea est verus & sanus scripturæ sanctæ intellectus, est ergo verũ verbũ dei, quod secundũ prophetã, manet in æternũ, de quo & dominus loquitur in Euangelio: Cælum & terra transibunt, verba autẽ mea non transibunt. Esa. 40. Luc. 21.

Cæterùm quoniam scripturæ non in legendo, sed intelligendo consistũt, & de intelligentia hæresis est, nõ de scriptura, quoniam non cõtinuò est verbũ Dei quod profertur ex scriptura perperam intel-

Hæretici & hæresis idola sunt

intellectum, aut ad prauum sensum detortum, sed verbum diaboli, qui per os hæreticorum loquitur, quemadmodũ abundè monstratum est, iam tu mihi hic considera, an non hæretici omnes, qui non Dei verbum, sed diaboli habent, & illud contra receptam Ecclesiæ doctrinam pro Dei verbo misellis hominibus obtrudunt tanquam Dei verbum amplecti & adorari iubent, idola quædã sunt? Coli enim volunt sua phantasmata, quæ ipsi sibi confinxerunt, & verbum Dei esse dicunt, quod ipsi sentiunt, & coli volunt ab alijs tanquã idola. Hinc fit, vt cum vnaquæq; secta, suum verbum dei esse verbum iactitet, vt tot deos habeant, quot sunt hæresiarchæ, quos iam videmus, non solùm neglectis, sed & contemptis sanctorum patrum scriptis, non aliũde ferè, quàm ex impurissimi alicuius hæretici libris, hęreses suas confirmare, nec minore autoritate, quæ ab illo scripta sunt, quàm quæ in canonicis scripturis reperiuntur, proferre. Quæ est, si hæc non est ipsissima idololatria? Neque verò ipsi tantùm

tùm hæretici, ſed & qui dogmata eorũ recipiunt, atq; ea tanquam verbum dei amplectũtur, huius idololatriæ rei ſunt Dicunt enim hæreſiarchæ, quod ego doceo, dei verbum eſt, & purum Euangelium, mox miſeri homines, hominis illius, vel diaboli potius per eum loquẽtis, verbum, pro dei verbo, & Chriſti euangelio amplectuntur, & ſic ſe coram diaboli verbo incuruant ac illud adorant. Horrenda eſt hæc idololatria, & omnibus modis fugienda. Et tamẽ huc cæcas hominum mentes, præſtigijs dæmonum, adductas eſſe videmus. Sunt grauiſsimi autores, qui hanc idololatriam repugnare ſcribunt primo præcepto decalogi. Et rectè, nam quid aliud hæreſis eſt, quàm idolum quoddam & figmentum, opus manuum hominũ, cum ſcilicet quiſque, quod ſibi placet, quod ſibi gratum eſt, eligit in religione & fide? Hi ergo ſunt dij alieni, quos prohibet ſequi ſcriptura, quos miſeri homines colunt, & coram quibus incuruantur. Si ſurrexerit (inquit Moyſes) in medio tui pphetes, aut qui ſomnium

Hæreſes amplectentes idololatræ ſunt

nium vidisse se dicat, & prædixerit signum atq; portentum, & euenerit quod locutus est, & dixerit tibi: Eamus, & sequamur deos alienos, quos ignoras, & seruiamus eis, nô audies verba prophetæ illius, aut somniatoris, &c. Noua dogmata, inquit Vincentius Lirinensis, vetus testamentum allegorico sermone deos alienos appellare consueuit, eò ꝙ scilicet ita ab hæreticis ipsorum opiniones, sicut à gentilibus dij sui obseruentur. Scribit ergo in Deuteronomio beatus Moyses: Si surrexerit (inquit) in medio tui propheta, aut qui somnium vidisse se iactat, id est, magister in ecclesia constitutus, quem discipuli vel auditores sui, ex aliqua reuelatione docere arbitrentur. Quid deinde? Et prædixerit (inquit) signum atque portentũ, & euenerit quod locutus est. Magnus profectò nescio quis significatur magister, & tantæ scientiæ, qui sectatoribus proprijs, non solùm quę humana sunt nosse, verùm etiam quæ supra hominẽ sunt, prænoscere posse videatur. Quales ferè discipuli sui fuisse iactant, Valen-

Dij alieni allegorice quid significent,

lentinum, Donatum, Photinum, Apollinarem, cæterosque eiusmodi. Quid postea? Et dixerit (inquit) tibi: Eamus & sequamur deos alienos, quos ignoras, & seruiamus eis. Qui sunt dij alieni, nisi errores extranei, quos ignorabas? id est, noui & inauditi, & seruiamus eis, id est, credamus eis, sequamur eos. Quid ad extremum? Nõ audies, inquit, verba prophetæ illius, aut somniatoris. Hactenus ille. Nam si audierimus eos, & sequuti fuerimus deos alienos, hoc est, noua quædam & aliena ab Ecclesia dogmata receperimus, necesse est vt fides beatorum patrum nostrorum, aut tota, aut certè magna ex parte violetur, necesse est, vt omnes omnium ætatum fideles, omnes sancti, omnes clerici & sacerdotes, tot martyrum exercitus,, tot confessorum millia, tot virginum meriades, tanta vrbium, tãta populorum celebritas & multitudo, tot prouinciæ, tot insulę, reges, regna, gentes, nationes, totus postremò iam pene terrarum orbis, Christo capiti per catholicam fidem incorporatus,

tam

tam lõgo ſeculorum tractu, ignoraſſe, erraſſe, blaſphemaſſe, quid crederet neſciſſe, & idola coluiſſe, pronuncietur. Quod ſi verum eſt, vt certè nõ eſt, quo hactenus relegatum fuit magiſterium ſpirituſſancti, quod Chriſtus Eccleſiæ promiſit & dedit? Sed de his hactenus dixiſſe ſufficiat. Noſtrum porrò erit fugere hæc idola, & abhorrere ab hac horrenda idololatria, quæ tanto eſt grauior, quanto ab ijs qui Chriſtum profitẽtur, committitur. Ante omnia nobis ſemel deliberatum ſit, omnia prius & facere &pati, quam vt ſequamur deos alienos, errores nimirum extraneos, nouos & inauditos, quos hactenus ignoramus, vt ſeruiamus, hoc eſt, credamus eis. Quin deo potius obtẽperemus per fideliſsimum ſuum famulum Moyſen dicenti: Non audies verba prophetę illius, qui videlicet iubet ſequi deos alienos, vnum Deum ſequamur, vnius veri Dei, vero verbo credamus, illius qui multifariam, multisque modis olim loquutus in prophetis, poſtea loquutus in filio, loquutus in apoſtolis, loquutus dein-

Hebr. 1.

deinceps semper in sanctis Christi martyribus, confessorib. sacerdotibus, patribus & doctoribus, & loquitur adhuc in vna sancta, catholica & apostolica Ecclesia. Quicquid ab illa tanquam Dei verbum receptum est, siue id scriptum sit, siue traditum, tanquã dei verbum libenter & gratanter amplectamur, & summa qua possumus veneratione prosequamur, & verbum diaboli summo conamine, omnibus viribus fugiamus, detestemur, ac horreamus.

FINIS.

# INDEX LIBRORVM NOuem De retinenda fide orthodoxa & catholica aduersus hæreses & sectas. In quo litera a post numerũ, prioré folij faciem, b verò posteriorem designat.


ADam propheta fuit fol. 28.b
Baptizati apud hæreticos, materiam, formam & intentionem Ecclesiæ habentes, non sunt rebaptizandi 64.b
Cathedra pestilentiæ 42.a
Cæremoniæ catholicæ apud Lutheranos sublatæ 112.a
Confusio adducens peccatũ & gloriã 188.b
Concilij decreta ab omnibus rata & firma haberi debent 140.a
Consensio populorum atque gentium in quo consistat 118.a
Considerandum non solùm quid dicatur, sed etiam à quo 4.b
Credẽdi simplicitas tutißimos facit hoïes 117.
Cultus Dei interior & exterior 112.a
Ecclesia catholica est principium oĩm 29.b
Ecclesia fuit ab initio mundi, ante omnem scripturam 28.a
Ecclesiæ uetustas siue antiquitas 104.b


Eccle-

Ecclesiæ catholicæ nomen 174.b
Ecclesiæ autoritas & potestas 150.a
Ecclesiæ unio duplex 50.b
Episcopus absque Dei iudicio non fit 61.b
Episcopum iudicans, Dei se iudicem constituit. 61.a
Episcopo omnes debent obedire 58.b
Episcoporum potestas quomodo par sit, & quomodo non 57.a
Episcoporum certa successio in sola Ecclesia, & nõ apud hæreticos reperitur 94.a et seq.
Euangelium nullum, nec alia doctrina agnoscẽda, quàm hactenus agnouit Ecclesia catholica 2.a
Fide sola coli non potest Deus 109.b
Fidem implicitam habent subditi in fide maiorum rectè credentium 129.b
Hæresis ex Anglia in Bohemiam, ex Bohemia in Germaniam, & ex Germania quomodo denuo sit in Angliam deuecta in epist. nũ.
Hæreses & schismata unde oriantur 61.a
Hæreticorũ laus uituperatio est cẽsenda 5.a
Hæretici cur laudent hæreticos 7.b
Hæretici iustè occiduntur 163.a
Hæretici de paucitate uanè se cõmẽdãt 176.a
Hæretici instrumenta diaboli in epist. nun.

Hæreticorum reliquijs nulla exhibita uenera-
tio 157.a
Hæreticorũ libri interciderunt 157.b
Ioannes Hus lucẽ ueritatis nõ inchoauit 8.a.
Laici nũ in concilio admittendi sint 139.a
Martinus Lutherus non solùm hæreticus, sed
& hæresiarcha comprobatur 2.b 11.b
Martyrem no facit suppliciũ, sed causa 162.b
Martyrium nullum esse potest extra Ecclesiã
99.b

Ordines, status & gradus uarij cur sint in Ec-
clesia 52.a
Patres quare aliquando errare pmiſi 120.b
Patrum omnium concors sententia, tanquam
spiritus sancti magisterium retinenda est
128.a
Pœnitentiæ sacramentum truncatum apud Lu
theranos 74.a
Prophetæ falsi sunt Lutherani 179.a
Propositum Dei de salute generis humani dia-
bolus semper conatus est impedire, sed non
potuit, nec poterit unquam in epist. num.
Reuocare ac retractare malè credita ac asser-
ta, non confusione sed laude dignũ est 188.b
Romana cathedra est ex institutione diuina
38.b
108.a

Sapientia quid sit

Sacramenta ſeptem negat Lutherus 68.a
Sacramenta cur inſtituta, & quis ſit eorum uſus 77.a
Sacramẽtorum ritus à Lutheranis reiecti ſunt 67.b
Sacerdotes Lutheranorum quales 69,a 194.a
Scripturæ ſacræ autoritas, per traditionẽ innotuit 22.a
Scripturas rectè legit ſola Eccleſia 80 a
Scripturas intoxicant hæretici ſerpentũ more 85.a
Scripturarum iuſta poſſeßio non eſt apud hæreticos, nec ullũ ius habent allegandi ſcripturas 79.a & ſequentib.
Signis atque miraculis ſolet Deus nouam doctrinam confirmare 54.a
Spiritus ſanctus in noua lege locutus eſt per patres & doctores 122.a
Spiritus ſanctus extra eccleſiam non datur 9.b. & ſequentib.
Traditionis eccleſiaſticæ definitio 103. b
Traditiones Epiphanius magnifecit 30. a
Tribunal ſupremum apud clericos non apud laicos eſt 139.a
Vnionis & pacis uinculum non eſt apud Lutheranos 97. b

Vnitas Ecclesiæ similitudinibus probatur 55.a
Vnitas spiritus sectanda 51.a. & b
Vniuersitatem esse sequendam ibidem.

# INDEX QVINQVE LIBRORUM de verbi Dei virtute, & Ecclesiæ insuperabili potentia.

ALexandri Episcopi Alexandrini zelus 232.a
Amalasunta regina à Theodato in exilium relegatur, & occidi permittitur 255.a
Angeli maligni qua armatura utantur aduersus sanctos 239.a
Angelorum bonorum armatura non materialis, sed spiritualis 239.b
Apostolis plurima reuelauit Christus, quæ non alijs 202.a
Arrij doctrina in concilio Nicæno damnata 235.b
Arrianorum persecutio in catholicos 248.a
Atalaricus rex Gothorum 255.a
Cathelani qui 257.a
Catho-

Catholici aßimulantur lapidi 274.a
Cælum pro aere ſcriptura ponit 238.b
Chriſtus adduxit homines à malis, & induxit ad bonum 221.b
Conſtantini pietas & prudentia 234.a
Conſtantius à presbytero quodam Arriano ſeductus 246.b
Conſuetudo pro lege ſuſcipitur 206.a
Chriſtianus uerus quis cenſendus ſit 276.a
Diabolus quomodo in cælo 238.a
Diabolus quõ proiectus è cælo 240.b & ſeq.
Doctrina pietatis quantum profecerit 228.a
Dogma & edictum differunt 208.a
Dogmata quæ in Eccleſia prædicantur, quædam habemus è doctrina ſcripto prodita, quædam ex traditione recepta 207.a
Domus diaboli quõ ſit ſubuerſa 276.a
Eccleſia naufragium nõ poteſt facere 278.a
Eccleſia figuratur per nauem ibidem
Eccleſia fortior cœlo & terra 269.a
eccleſia non fuit hactenus in erroribus derelicta 215.b
Eccleſia per cœlum ſignificatur 238.a
Eccleſia quàm ſæpe ſit oppugnata, & per quos 158.a & ſequentibus.

Ecclesia est insuperabilis ac inuictæ potentiæ ibidem

Ecclesia regitur magisterio spiritus sancti. ibidem

Ecclesia inexpugnabilis, quia est domus fundata supra petram 262,a

Ecclesiæ nauicla iactatur, sed non mergitur 263,b

Ecclesiæ persecutores puniti sunt 267.b

Ecclesiam suam per quos ædificauerit Christus 222,a

Euangelij magna uis 220,a

Flumina doctores significant 275.b

Gothi inuadentes Italiam, multis annis in ea regnauerunt 252,b

Gothi Italiam relinquentes, Hispaniam suis sedibus occuparunt 256.b

Gothi qua occasione facti fuerint Arriani 248.b

Gothos reduxit ad unitatem fidei orthodoxæ S. Leander Episcopus Hispalensis 257.b

Hæretici utiliter & salubriter coercentur seueritate legum publicarum 193.b

Hæretici & seditiosi reprimendi sunt, antequã uiribus & numero augeãtur in epistola dedi. ibidem

Hæreticorum paucorum interitum pertinaciter perire uolentium consolatur Ecclesia multitudine liberandorum in epistola dedi. ibidem
Homousion filius Dei decernitur scribi debere & confiteri. 235.b
Honorici regis crudelitas in catholicos 250.a
Impij homines dicũtur terra & mare 242.a.b
Iustinianus Italiam recuperauit, & à Gothorum tyrannide liberauit 253.b
Iustinianꝰ imperator per Belisarium Aphricã Vuandalis eripuit, & imperio restituit 252.a
Et Italiam reddidit uictis Gothis ibidem
Legum seueritas & disciplina ciuilis, quàm necessaria sit, in epist. dedica.
Mare seculum intelligitur 277.a
Martyrum uirtus 267.a
Nicænum concilium, Arrij dogma absorbuit 245.a
Orandum cur sit ad Orientem 208.b
Preces in prima sabbati cur erecti faciamus ibidem
Predicatores uerbi Dei nunquam defuerunt Ecclesiæ 214.a neque deerunt unquam 215.a.b
Prophetæ à deo inspirati, pphetauerunt 202.a

Regum & principum est seruire Deo, ea quæ contra domini iussa sunt, prohibendo atque plectendo in epist. dedi.
Ruina quorundam perditorũ hominum nõ est admiranda 272.b
Scriptura sancta. flumen aquæ uiuæ est 244.a
Teias rex Gothorum 256.b
Theodoricus rex Gothorum 264.a
Totilas rex Gothorum 256.b
Traditiones cur non sint scriptæ 207.a
Traditiones non scriptæ recipiendæ 205.a
Valens imperator per coniugẽ seductus, factus est Arrianus 248.a
Vuandali Aphricam deuastarunt 250.a
Vuandali ad impietatem Arrianam declinauerunt ibidem
Vuadalorum regum crudelitas & persecutio in catholicos ibidem
Verbum Dei quid 200.a
Verbum Dei cœlo ualidius est 266.a.b
Venti angelos significant 275.a
Vir sapiẽs Christus, stultus autẽ diabolus 273.a
Vitigis rex Gothorum 256.a
Vlphilas Gothorum Episcopus 249.a

FINIS.

# ERRATA HOC MODO corrigenda sunt. Prior numerus folium, secundus faciem, tertius lineam designat.

Fol. 1. *facie* 2. *linea* 22. *Cædo.* *f.* 3. *fa.* 2. *l.* 11. *Hieronymo.* *f.* 6. *f.* 2. *l.* 24. *hie infeliciũ.* *f.* 7. *f.* 2. *l.* 5. *habuerint.* *f.* 13. *f.* 1. *l.* 20. *ab œcumenico concilio.* *f.* 16. *f.* 2. *l.* 23. *en uolumen.* *f.* 18. *f.* 2. *l.* 12. *fingunt ergo.* *f.* 19. *f.* 2. *l.* 14. *arbitrio.* *f.* 30. *f.* 1. *l. ultima, quam Iudas.* *f.* 39. *f.* 2. *l.* 2. *consecratione.* *f.* 52. *f.* 2. *l.* 3. *quæ enumeret.* *f.* 56. *f.* 2. *l.* 1. *perfecta mea.* *f.* 58 *f.* 1. *l.* 10. *dispositione.* *f.* 61. *f.* 2. *l.* 1. *scinderet.* *f.* 67. *f.* 1. *l. penul. Alexandri.* *f.* 72. *f.* 1. *l.* 18. *suffragijs.* *f.* 73. *f.* 1. *l. penul. gradui.* *f.* 90. *f.* 2. *l.* 6. *Vuarmiensis.* *f.* 94. *f.* 1. *l.* 3. *augustißimum missæ.* *f.* 96. *f.* 2. *l.* 16. *Episcopi non.* *f.* 106. *f.* 2. *l.* 16. *uocabant.* *f.* 110. *f.* 2. *l.* 5. *unde credit scripturæ, aut ei quod.* *f.* 112. *f.* 1. *l.* 25. *uestros.* *f.* 117. *f.* 2. *l.* 1. *sine præuio.* *f.* 122. *f.* 2. *l.* 22. *indiuisim.* *f.* 146. *f.* 1. *l.* 13. *quas.* *f.* 150. *f.* 2. *l.* 8. *potestatem excommunicandi.* *f.* 160. *f.* 2. *l.* 10. *De qua quoque.* *f.* 161. *f.* 2. *l.* 4. *& ad aduersarius*

sarios. f.166. f.2.l.15. auxerit. f.169.f.1.l. 2.tandem. f.187.f.1.l. 8. communione. f. 189.f.2.l.18.cœpit. f.194.f.1.l.3.deleatur, Agendum. f.196.f.1.l.6.aliquando. f.201. f.2.l.5. uaticinati sunt. f.208.f.2.l.4.seruauere. f.219.f.2.l.22.alati. f.234.f.2. l.21.inualescebant. f.241.f.1.l.10.grandi. f. 245.f.1.l.19. destructum.

f. 1. l.
. f.
atur,
. 201.
4. ser-
4. f. 2.
di. f.

Slotanus
de retinenda
fide orthodoxa

Th
1425

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN